TOMVS QVATVOR
DECIMVS RERVM
POLONARVM.

1536
1537
1538
1539



139

Tomus quindecimus legationum responsorum literarum rerumque Polonicarum


Sub Divo Sigismundo Primo, rege Poloniae: et Joanne Choienski Epo Cracoviensi regni Poloniae Cancellario: [et Samuele Maricowski Vicecancellario] factarum, consultarum, dictarum, scriptarum.

Per me Stanislaum Gorski Cracoviensem et Plocensem Canonicum: in reliquos sex tomos redactarum.


Continet annos
1536
1537
1538
1539
1540


Js Choienski Eps: in anno 1538 absolutis Comitiis regni Pietrkovii, mortuus est. Post eum: Samuel Maricowski Vicecancellariatum recepit














Legatio ad Conuentum Prussię Paulo Plotowski Preposito Varmiensi Secretario Regio data

Post dictam salutem, et nunciatam gratiam Sacrae Regiae Mtis et oblatas fidei literas, hec erunt dicenda.

Est quidem Sacra Mtas Regia, grauibus curis ita nunc distenta atque distracta, vt propemodum nesciat, quo se vertat, quid primu agat, Nam in Lituania graue et periculosum bellum gerit cum hoste magnis opibus et diuitiis predito. In Polonia vero vel potius in Russiae finibus, quae sint hac superiore estate à Valacho designata, proculdubio ad vos quoque iam est allatum. Hostis ille perfidus, nullis inimicitiis denunciatis, nullo bello legitime indicto, contra fidem interpositam, contra Iusiurandum quod dedit, in Russiae fines hostiliter inuadere fuit ausus, vbi multos inopinantes oppressit, totamque eam oram et regionem ferro atque igni depopulatus est. Quae à Tartarorum quoque incursionibus nunquam satis est tuta, quae eo subite esse solent atque insperate

Iste itaque tot curae quam anxiam et sollicitam habeant Mtem Regiam, credi non potest. Sed ea quoque cura et sollicitudo non minor est in pectore eius infixa, qua de commodis terrarum istarum Prussiae angitur, quarum tranquillitati non minore studio quam caeterorum Dominiorum, aut etiam regni sui saluti cuperet prouidere.

Videt autem Mtas regia, grauia minimeque ferenda pericula terris istis impendere, cum propter vicina bellorum incendia, tum propter eos, qui bellum contra nos quotannis parturiunt, quod ne pariant aliquando cauendum est. Non frustra prouerbio illud est iactatum aliquid mali propter vicinum malum. Experiuntur hoc Ciuitates Terraru

istarum presertim Maritime, in quanta sint difficultate, propter bella ista quibus ardet vicinia.

S ed si, quod deus omen obruat, penes eos sit victoria, qui aliena sunt à nobis voluntate, tum verò multo magis essemus experturi, quid habeat mali, malum habere vicinum.

J am quod propius ad nos pertinet, quis est qui nesciat, certos nos hostes habere, qui nichil aliud q̄ opportunum tempus expectant bello nos lacessendi. Illud autem tempus observant, quo nos aversos esse videat ab omni cura et cogitatione defendende patrie, vt nos nec opinantes ex improviso adoriantur. ita vt nisi quasi in specula vel potius in procinctu simus semper, preter opinionem atq expectationem nram, grande aliquod periculum sit nobis pertimescendum.

H ec itaq pericula et discrimina, cum intelligat Mtas regia terris istis Prussie imminere, aliam rationem non videt qua caveri possit et propulsari, nisi vt communi consilio à terris arceantur.

J taq ad hunc diem Dnio luce sacrum Comitia hic Elbingi edixit, in quibus hec vobis deliberanda veniunt, primum vt etiam atq etiam consideretis, ne quid vicinia vobis mali afferat: deinde ne si qui repentini hostium impetus existant, ad eos sustinendos vel propulsandos potius parum instructi sitis et parati.

O biter etiam de Cervisie coctura, de nimia rerum omnium caritate, de luxu, sive re sumptuaria, ea statuetis, que ad publicam pertinere putabitis vtilitatem. Cui quanto fuerit à vobis cura maiore prospectum, tanto et privatis vris rationibus, que de reipub: salute pendent, melius consuletis, et regie Mtis gratiam vobis maiorem et benevolentiam conciliabitis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Regni POLONIE

Reverendi in Christo Patres, sincere nobis dilecte. Singulis annis consilia solemus inire, de malis Regno reique publicae impendentibus, aut propulsandis, aut saltem declinandis. Sed statuere non possumus, fatorum ne id inevitabili quadam necessitate fieri dicamus, an peccatis potius nostris assignemus, quibus in istam dei offensionem incurrimus: quod cum in deliberando, consultandoque, nihil à nobis studii diligentiaeque pretermittatur: tamen non modo prestari hactenus à nobis non potuerit, id quod tanto studio efficere contendebamus, vt vetera et consueta pericula propulsaremus, sed ad ea nova etiam accedant et emergant, quae nostris subditorumque nostrorum ceruicibus grauissima videntur impendere. Nam si quis existimat, nihil esse nobis iam à Tartaris mali metuendum, is toto, quod aiunt, caelo errat. Sunt illi quidem nunc in officio meo, et liberalitate mea deliniti, belli contra Moschos societatem nobiscum inierunt, sed cum nihilominus, nullum certum fœdus cum eis habeamus, quis est qui prestare possit et polliceri, hoc quoque insequenti anno, eadem eos fide et voluntate erga nos futuros? De qua vt Caesar eorum nihil inmutet, eodemque quo nunc est animo in nos esse perseueret: multi tamen sunt in imperio ditioneque illius, qui, cum mendicitate atque extrema inopia egestateque laborent, nullius authoritate contineri possunt, quominus incursionibus et rapinis, vitam suam sustentent, fame alioqui morituri.

Iam Valacho quantum sit fidei habendum, ex iis quae proxima haec aestate designauit, facile quiuis coniecturam facere potest, ausus est perfidus hostis, immemor iurisiurandi à se prestiti: oblitus Induciarum, quae cum Turcarum Imperatore, in cuius ipse fide est et potestate, nobis intercedunt: nullis inimicitiis denunciatis, nullo

bello legitimè indicto, in terram nram Pokuczie, hostiliter inuadere, ferro atq; igni longè lateq; populari: vastitatem agris, euersionem oppidis, internecionem populis afferre. Sed hæc mala omnibus iam nota satis, et quasi consueta esse videntur.

Non satis premi videbamur, si externi isti hostes, in nostrum subditorumq; meorum exitium imminerent, nisi noui quidam et quasi domestici hostes accederent, prædones et latrones, quorum insidiis nunq; magis atq; nunc sunt publica itinera passim infesta fuerunt, Eorum impunitate, crescit audacia, augetur frequentia, vt nisi maturè fuerit prospectum, non minus ab iis, q; ab externis illis hostibus periculi sit metuendum.

Magna quidem ista mala sunt, et quæ celeris indigent medicinæ. sed haud scimus an hoc non sit grauissimum: quòd qui ex hostium telis incolumes euaserunt, qui prædonum et latronum insidijs effugerunt, ij à familiaribus, ab amicis, à propinquis et necessariis, in Conuiuio plerunq; atq; inter pocula, per summum scelus, crudelitatemq; occiduntur. Quo non prorupit vesana rabies? quo non progressa est admirabilis hominum audatia? quam alit impunitas: quæ verè peccandi illecebra esse dicitur, hæc itaq; mala, tam multa, tam grauia, quæ partim impendere, partim præsentia iam adesse videmus, vehementer nos solicitant anguntq;. Quibus vt tanto celerius obuiam venire possemus, Comitia regni maiora, siue Conuentum generalem, in Oppido meo Piotrkow, ad diem Dnæ Catherinæ sacrum, edicenda putauimus, edicimusq; et denunciamus præsentibus, Neq; facturi fuissemus quicq; libentius, q; vt ad Comitia hæc ipsi descenderemus, de eo quod esset Regni reiq; pub. rationibus conducturu, cum Senatoribus et Consiliariis meis deliberaturi, sed auocant nos ardua negotia, quæ nobis adhuc in Lituania conficienda restant, quæ non solum postulant præsentiam meam, verum etiam flagitant, vt nulla ratione abesse nobis hoc tempore à Magno illo Ducatu liceat, nisi eum in certum periculum et discrimen addu-

rere

adducere vellemus. Deinde verò vt nos absimus, eam tamen opini:
onem de fide prudentiaqz P^tis tua concepimus, vt cum illa cum
aliis nostris Consiliariis adfuerit, id quod vt faciat hortamur,
non minus omnia rectè fieri poßint et curari, qz si ipsi pntes
adessemus. Prinsqz autem S. tua ad maiora fuerit Comitia
profectas, prius minoribus qz illis, quos Conuentus vocant particu:
lares, in Proschovicze feria tercia ante festum Sancti Martini pro:
ximum et communibus terrestribus in Noua Ciuitate Corczin die
Sancti Martini quae de more maiora illa praecedent, interesse cone:
tur, ibi operam nanet, vt idonei Nuncij eligantur, cum summa
quidem in maioribus Comitiis de communi consiliò sententiaqz
statuendi potestate, Deinde omni cunctacione remota, ad constitu:
tum et praefinitum à nobis diem Piotrcouiam se conferat, vbi cu
caeteris Consiliariis meis et terrarum Nuncijs pro fide prudé:
tiaqz consultatura quemadmodum à subditis et nec opinatis Tar:
tarorum incursionibus, Dominia meá tuta conseruentur: quid sit
de Valacho statuendum: qua ratione cum praedonum insidiae, tu
meorum hominum caedes istae infinitae reprimantur. Factura
pro officiò suo et gratiá meá quae bene valeat.

Vilnae 1535, ~~aut 1536~~

Legatio ad Conventus particulares data

Post dictam salutem et nunciatam gratiam Mtis Regiæ: et redditas fidei literas, hec erunt dicenta.

Sacra Mtas Regia, ex quo tempore regni huius gubernacula, ad eam delata fuere, nihil habuit antiquius, qz vt subditorum suorum rationibus omni ratione prospiceret, Itaqz hoc egit semper, vt quoad eius fieri posset, ab omni eos hostili impetu defenderet, ab omni vi cuiusqz et iniuria integros et inuiolatos conseruaret, Neqz vero suo sibi solius consilio, quicqz esse putauit decernendum quod ad commoda defensionemqz reipublicæ pertineret, sed quotannis rebus ita postulantibus, Comitia Regni edixit, in quibus de communi Antistitum, Procerum, totiusqz Nobilitatis sententia, aliquid statui posset, quod esset ex vsu reipub. futurum, verum fatorum ne id ineuitabili quadam necessitate factum sit, an iusta potius dei ira meritum est, quod cum nihil curæ diligentiæqz in consultando prætermissum sit, nulla tamen adhuc ratio iniri potuerit, qua, quominus aut de iisdem, aut de nouis et recentibus aliis difficultatibus singulis annis. Comitia edici necesse esset, prouideri potuisset, hoc ipso anno qz multa sunt, quæ nisi diligenter fuerint considerata et prudenter prouisa, magnum possint Regno reiqz pub. periculum et discrimen inferre, Nam si qui sunt, qui hoc anno quietem fore à Tartaris, neqz vllas esse eorum incursiones pertimescendas existimant, hi longe errare videntur, Sunt quidem nunc egregia erga Regiam Mtem voluntate, cuius munificentia deliniti, belli contra Moschos societatem nobiscum coierunt. Sed quis ex vobis sponsor esse velit, hanc societatem et amicitiã quæ nunc nobis intercedere cum illis videtur, in proximam vsqz æstatem duraturam, Quæ vt

cum eorum Caesare fixa permaneat et stabilis ac diuturna, fa:
cit tamen extrema paupertas, vt nullum sit officium tam san:
ctum quod quis, ea adductus, violare non audeat. Itaqȝ saepe
Thartari fame adacti, vt vitam suam quacumqȝ ratione possit
sustentent. his praecipue temporibus, quibus nullis aut paru
firmis Militum praesidiis Podoliae terras munitas esse vident,
impetum in eas faciunt, nros homines inopinantes inter oscitã:
tes opprimunt, neqȝ pecorum solum, sed et hominum praedas a:
gunt, atqȝ rebus ex sententia confectis, magno suo cum gaudio,
ingenti cum dolore meo atqȝ ignominia, in patriam reuertuntur.

Itaqȝ et à Tartaris nunqȝ videmur satis esse securi, et Valachus
quid superiore aestate hac designauerit, nemo est vestrum, qui ne:
sciat. Cum videret Aulam Regiam distentissimam esse, qua
de Moschis, qua de Nuptiarum apparatu: vt est ad quiduis
audendum proiectus, oblitus Iurisiurandi quo se obstrinxit,
oblitus Induciarum, quae sunt nobis cum Turcarum Imperatore,
in cuius ipse fide est et ptate: neqȝ inimicitiis denunciatis,
neqȝ bello legitime indicto, in terram Regiae Mtis Pokucziae,
cum non contemnendo exercitu impetum fecit, quantam ibi stra:
gem ediderit, quanta calamitate miseros homines affecerit,
quid attinet commemorare cum id iuxta ipsi mecum teneatis!
Periculum est ne hoc qȝ° insequenti anno, successibus istis elatus,
maius aliquid moliatur, nisi fuerit maturo consilio prospectu,
atqȝ ab externis hostibus haec sunt fere, quae nobis metuenda
esse videntur.

Sunt alii quasi domestici quidam hostes, praedones et latrones
iis passim omnia publica itinera sunt infesta, non modo fortu:
nae miserorum hominum, sed ne vita quidem ab istorum insidiis
tuta est et secura. Qui post hominum memoriam, neqȝ plures,
neqȝ audaciores fuisse dicuntur, vt nisi primo qȝ° tpe ratio fue:
rit aliqua reperta, qua conatus eorum scelerati, reprimi queat

et sedari; periculum sit, ne firmiores in Regno radices agant, quam ut postea possint, sine magno negotio difficultateque extirpari.

Iam si qui ex hostium telis incolumes evaserunt, si qui ex praedonum manibus effugerunt, hii tum alibi persaepe, tum in Comitiis aliquando, ab amicis et familiaribus, a propinquis et necessariis, per summum scelus interficiuntur, neque iam ex more manus conserere, sed magis ferro rem repetunt, sed vi geritur res. tot sunt non ita magno temporis intervallo caedes commissae, ut nunquam plures esse factas, intra idem temporis intervallo caedes spatium quisque meminerit. adeo nunc eminet et proiecta est audacia hominum, ut nisi tempori prouisum fuerit, ne intra domesticos quidem parietes, a sicariis istis tutus esse quisquam possit.

Haec mala, tam multa, tamque gravia, credibile non est, quam anxiam et sollicitam habeant Maiestatem Regiam. Cuius curae et cogitationes, eo referuntur omnes, in eo consumuntur, ut publicae quieti et tranquillitati, pro virili sua consulere queat. Quapropter ut communicatis inter ordines Regni consiliis facilius via aliqua inveniatur, qua et praesentia mala depelli ac sedari et imminentia provideri possint, visum est illi ad diem divae Catherine Sacrum Piotrconiae Comitia edicere, atque ista quidem Comitia, tam cupide et libenter ipsa Regia Maiestas obivisset, nihil ut factura fuerit cupidius libentiusque. Qua enim alia ex re voluptatem capere posset maiorem, quam si in Regno suo cum Consiliariis suis, quos paterna quadam benevolentia prosequitur, ea consilia capiendi, potestas ei daretur: quae regni reique pub. salutem et tranquillitatem afferre possent, quam illa tanti facit, ut suam ipsius salutem, et incolumitatem, in certum discrimen offerre dubitatura non sit: si ea re reipub. salus repraesentari queat.

SED avocat eam urgens bellorum necessitas. velit nolit a vobis

abesse, in Lituania cogitur adesse, nisi de magno illo Ducatu in
dubium venire velit. Bellum ibi gerit graue et periculosum, cō:
tra hostem magnis opibus et diuitiis praeditum, exercitus ingēs
alitur. Quod nisi Mtas Regia mature eo reuerti voluißet, cre:
uißent hostibus animi, suis verò Militibus concidissent. Neqȝ
dimitti sine periculo, neqȝ diutius retineri per absentiam illius
exercitus potuisset. Non frustra veteres frontem occipitiō esse
priorem, oculum Domini fertilissimum in agro esse, oculum doi
saginare equum, neqȝ satis foeliciter solere procedere, quae oculis
agas alienis, memoriae prodiderunt. Nam cum in omnibus rebus,
tum in iis praecipue quae cum periculo geruntur, multum vrget prae:
sentia domini, languescunt et refrigescunt per absentiam studia om:
nium.

Quodsi Regnum hoc in pari atqȝ Magnus ille Ducatus discrimine
versaretur, nunqȝ commissura fuißet Mtas Regia, vt alia potius
Dominia sua, qȝ Regnum hoc defenderet, cum nullius qȝ ipsius tuē:
di cura sit illi antiquior. Sed videt ea quae intenduntur huic re:
gno pericula, non esse quidem contemnenda, neutiqȝ tamen cum
Lituanorum periculis esse conferenda, ad maius autem incendium restinguē:
dum, et viribus maioribus, et ipsa domini praesentia, magis opus
vel potius necesse esse videtur.

Huc accedit quod in hoc Regno, eius generis Consiliariis se abunda:
re intelligit, in quibus nullum boni Senatoris veriqȝ Consiliarii
officium requiri posset, cum et fide summa erga Principem suum,
et beneuolentia charitateqȝ singulari et prudentia sint non
mediocri. Quae cum perspecta in illis habeat et explorata, in ea
est Mtas eius sententia et opinione, vbi ipsi in Comitiis adfuerit,
eiusmodi eos sententias dicturos, atqȝ ita reipub. vna cum Nun:
ciis terrarum prospecturos, vt si ipsa Regia Mtas praesens adeß:
set, neqȝ prudentius aliquid in medium adferre, neqȝ melius Re:
gni rationibus posset prouidere. Quam opinionem de illis conceptā
fore sperat Mtas Regia, vt non modo non fallant, verum

verum etiam confirmare et augere conentur.

Hoc à vobis magnopere postulat, si minus interesse potest instantibus hisce Comitiis, ne durius id accipiatis, neve ob eam causam, aut minus alacres, aut minus frequentes conuenire velitis. Deinde ut ex corpore vro Nuncios aliquos viros graves, prudentes, et rerum peritos deligatis, qui ad constitutum Comitiorum diem cum summa quidem statuendi ptate venire possint instructi et parati.

Quatuor de rebus ut eas strictim breviterqz repetam, consilium iniri. Primum qua ratione, si quae necopinatae Tharttarorum incursiones existant, obuiam illis venire possimus. Deinde quid sit nobis de Valacho statuendum. Postea latrocinia praedonum quemadmodum reprimi possint et sedari. Postremo quae sit ratio ineunda, qua tot meorum hominum mutuae caedes prohiberi queant. Quo diligentius ista mala consiliis vris prudentiaqz propulsanda curaueritis, hoc et priuatis rebus vestris melius consulturi quae de publicarum salute et tranquillitate pendere solent, et à Regia Mte maiorem estis gratiam inituri, quae cumulatae vob. hanc operam vram et prolixe referre curabit

Credentia

Vniversis et singulis, Prelatis, Proceribus, Consiliariis et officialibus, caeterisqz qui Comitiis interfuerint syncere et fidelibus nris dilectis. Salutem et gratiam Regiam. Mittimus in caetum S. vrarum Venerabilem .N. Cui dedimus negotium, ut ea S. Vris referret quae nobis necessario visa sunt prouidenda, meamqz ea de re sententiam et voluntatem explicaret. Quare hortamur illas, ut eius dictis fidem habeant, et quae meo nomine illis iniunxerit, diligenter curent exequenda, ita et officio suo satisfacturae, et à nobis solitam sunt gratiam inituri. bene valeant.

Legatio data Oratoribus ad Comicia Piotrcoviensia designatis

Posteaquam salutem illis dixerint, et Regiae Mtis gratiam nunciaverint, fideiqz lras obtulerint, in hunc sensum verba facient. Quanta sit curae Sacrae Regiae Mtis, ut rempublicam Regni huius constituere, ut illius rationibus consulere et providere, ut et hostium impetus, et quevis ei impendentia pericula arcere possit ac propulsare, non obscurum. D.bus Vris esse arbitror, D.nes Vrae praecipue, quae quasi socii et participes sunt Regiae Mtis consiliorum, singularis solicitudinis eius erga Regni rempublicam testes esse possunt locupletissimae. Neqz enim tam est illi res ulla proposita, qz ut, quoad eius fieri possit, omnium et singulorum commodis prospicere, atqz ea non solum tueri, verum etiam augeri queat et amplificari. Itaqz credibile non est, quam sit anxia hoc tpe et sollicita Mtas Regia, quantumqz ex eo dolorem capiat, qd cum id maxie cuperet, Comitiis tamen istis quae hoc in loco edixit, ipsa interesse non pt: Veretur in quam partem id acceptura sint D.nes Vrae, neve aliter factum hoc eius interpretentur, quam quemadmodum se res habet, cum praesertim, non deesse quosdam sciat qui cum nunquam eis possit satisfieri, in peiorem partem rapiunt omnia. Sed nisi magnis et gravibus causis impulsa, nunqz commisisset Mtas Regia, ut hoc tpe à Regno abesset, Comitiisqz non interesset, vel potius praeesset. Nam si suo potius animo quam temporibus obsequi vellet: si maiorem voluntatis et voluptatis suae qz suorum necessitatis rationem haberet, ubi libentius? ubi maiore animi sui cum delectatione versari posset, qz in Regno suo, inter Senatores et Consiliarios suos: inter homines, maiorum imaginibus claros, non vulgari prudentia, gravitateqz praeditos, morum

ciuilitate ita excultos & expolitos, vt ne politissimis quidem genti:
bus facile concedant, quodque caput est, inter sui cupidissimos ama:
tissimosque, qui quoties vsus ferret, pro salute Principis et domini
sui spiritum suum vilem sint ducturi. omni hoc D.bus V.ris asse:
ueratione confirmare possumus. Regiam autem in magno rerum
omnium esse desiderio: atque ex eo quod abest à D.bus V.ris
incredibilem capere molestiam: neque ei quicquam longius est, quam
videre vultus istos D.num V.rarum, atque in eis acquiescere, sed
seruiendum tempori, necessitati fuit parendum: cui ne deus quidem
ipse resistere dicitur.

MAgna sunt quae huic Regno impendere videntur pericula, sed non
eiusmodi tamen, vt cum his periculis conferri possint, in quae Ma:
gnus Lithuaniae Ducatus hoc tempore vocatur. Cum hoste ibi res
agitur potentissimo, et ab exercitu, et à pecunia, et ab omnibus re:
bus bello gerendo necessariis paratissimo instructissimoque. At
contra cum M.tas Regia copiosum Exercitum, magno suo sumptu:
qui quamquam hoc anno singulari dei gratia et benignitate ductu
atque auspiciis Ducis optimi, satis feliciter rem gessit, nondum
tamen est debellatum: neque frustra Prisci illi viri prudentis:
simi communem esse Martem dixerunt: qui saepe spoliantem
iam & exultantem euertit et perculit ab abiecto. Si cum praesens
adesset in Lituania M.tas Regia, ausi tamen sunt hostes bo:
nam partem Ducatus illius, ferro atque igni longè lateque depo:
pulari et modo non sub aspectu Regiae M.tis praedari. quid eos
hac hyeme facturos arbitramini, grauiter à nostris lacessitos?
Si eam abesse à Ducatu persensissent, sumerent hostes fiduciam,
sumerent spiritus et arrogantiam, conciderent animi nostrorum
& frangerentur, in summum periculum et discrimen totus ille
Ducatus adduceretur. Quamuis summum Ducem habeant, reique
Militaris scientissimum, tamen ipsi quoque Milites Regiae M.tis
non perinde essent in officio futuri, absente Rege suo et dno

vel Cassiae fabella, abunde magno esse potest documento non satis ex sententia cadere, si quae dominus oculis agat alienis. Quare cum videret Sacra M.tas Regia praesentem statum Magni Du:catus Lituaniae magnopere postulare vel potius flagitare illius praesentiam: etsi non satis erat corpore confirmato, nec pedis ad:huc dolores remiserunt, fecit tamen Princeps optimus, ut re:vocantibus eum ad se Lituanorum periculis, suum ad illos redi:tum maturaret. Non dubitarit salutem suam in periculum ad:ducere, dum suorum saluti et incolumitati posset prospicere.

Discedens e Regno dedit nobis in mandatis, ut absentiam illius a Comitiis diligenter apud D.nes V.ras excusaremus, causas eius proferremus, et de quibus rebus hoc in loco sententiae sint dicen:dae, breviter vobis exponeremus. atque prius quidem illius man:datum, ita ut facultas mea tulit, satis nobis diligenter exhau:sisse videmur. voluimus quidem certe, diximus enim D.nibus V.ris quae res impedimento ei fuerint, quominus Comitiis istis adesse potuerit.

Ut autem ne ignoretis, quae sint res, quae hoc tempore in deliberationem et consultationem V.ram cadant, eae sunt quatuor. Primum si quae fiant inopinatae Tartarorum in terras ditioni Regiae M.tis sub:iectas incursiones, qua ratione eas propulsare oporteat. Deinde de Valacho quid statuendum existiment. Tum quemadmodum, quae pas:sim iam impune fieri dicuntur latrocinia, coerceri et reprimi queat. Postremo via erit aliqua reperienda, qua efficiatur, ne tanta sit gladiorum impunitas, ne liceat cuivis pro libidine sua quemvis occidere.

Quod si qui sunt, qui nihil esse putant hoc anno a Tartaris periculi metuendum, hi opinione sua falluntur plurimum. Sunt illi nunc quidem socii et amici mei, atque proxima aestate superiore Re:giae M.ti contra Moschos ita dicuntur operam suam navasse, ut ea magno fuerit militibus meis adiumento. Sed quemadmod

Regia liberalitate deliniti a nobis proxime steterunt: ita veren:
dum est si plus eis ab adversa parte fuerit numeratum, ne a
mea amicitia transfugiant, ad hostium signa devolent: et
quam paulo ante hostibus meis eam ex improviso nobis quod
quod deus omen avertat deinceps cladem adferant (atque ut sit
ipse in officio Tartarorum Caesar, ut firma nobis cum eo per:
maneat amicitia, non ideo tamen nobis securis utramque
in aurem dormire licebit. Saepe enim Tartari ne Caesaris
quidem sui faciunt imperata, cum aliud suadet fames, atque
extrema inopia, et egestas, longe pessimi consultores. Ea est
gentis eius natura, ut non aliunde fere quam ex latrociniis
vivant, ubi sementem nunquam fecerunt ibi metere plerumque
consueverunt, nisi id facerent fame interituri, Itaque legio:
nibus meis semper cedunt, ubi eas abductas esse senserunt,
agros incursant quantam maximam possunt calamitatem meis
hominibus importent, bellum quiete, quietem bello invicem elu:
dentes: ut neque omitti tota res, neque perfici possit. Videtur
hostis hic, velut sorte quadam, prope in aeternum exercendo
militi meo datus, contra quem et assiduo, et non contemnendo
opus est praesidio, ad quod, quantus militum sit numerus con:
scribendus, unde sit eis decernendum, vestri fuerit muneris
hoc tempore deliberare

Verum hoc quod vobis proculdubio obscurum non est, neque cuique
vestrum incognitum, quae sint superiore hac aestate a Valacho
designata, Sciebat hostis perfidus, ictum esse foedus inter Re:
giam Maiestatem et Thurcarum Caesarem, in cuius ipse fide est et
authoritate, longique temporis factas inducias: nihilominus
cum videret Regiam Maiestatem gravi cum Moschis bello esse
implicatam: oblitus Iurisiurandi quod dedit, oblitus Indu:
ciarum in terram Regiae Maiestatis Pokuzie populabundus in:
vasit, ubi cum ferro atque igni omnia absumpsisset, nullum
crudelitatis genus reliquum fecit: idque neque inimicitiis denun:
ciatis

denunciatis, neque bello legitime indicto. Etiam atque etiam consi:
derandum D.bus vris erit, an scelus hoc illius et perfidiam ul:
ciscendam, an potius cum alio sit graviore bello Regia Mtas
impedita, conniuendum hoc tempore, et praesentis fraudis poena,
in aliem esse putent reseruandam, deque propulsando potius bello,
quam ulteo inferendo cogitandum. ratio erit certe aliqua ineunda
qua parati semper et quasi in procinctu esse possimus aduersus
eos hostes, quorum bella proxime in formam latrocinij venerut:
cum nulla belli iura obseruant: quibus etiamsi conceptis verbis
ineant, nichil tamen a nobis tuto credi pt, cum toties iam simus
eorum perfidia decepti, non sine magno multorum malo.

Qui si soli negocium nobis facesserent abunde tamen magnam
D.bus vris consultandi materiam preberent: nunc ad exter:
nos istos hostes, accedunt quidam domestici praedones et latrones,
Qui nisi tempori prouisum a nobis fuerit, et ipsi nobis magis
atque magis indies erunt metuendi, et noua cum vicinis bella
nobis excitabunt. Passim publica itinera praedonibus istis in:
festa esse dicuntur, qui non solum fortunis omnibus miseros
homines spoliant et euertunt, sed uitas etiam hominis u[...]
saepe eis eripiunt, Qui nisi suos haberent receptores, neque tot
essent numero frequentes, neque ita ad audendum proiecti. Qua:
re non solum ditionis Mtis Regiae qui sunt, sed et vicini
populi queruntur in illius terris receptum habere, qui malu
eis dent, et fortunis eos spolient suis, prouidendum erit summa
cura et diligentia, ne serpat longius malum hoc, saepe enim ma:
lum, quod nascens facile reprimi potuit, simulatque inueterauit
et radices egit, non potuit sine magno negocio extirpari: scin:
tillaque neglecta, magnum saepe incendium excitauit. In pessimum
genus istud receptorum, sine quibus latere nemo diu potest, gra:
uius esse videtur consulendum: maioraque exempla edenda, do:
cumentumque statuendum, ne qui talem amentiam imitari velit:
cum perinde eos puniri oporteat, legibus cautum sit, atque eos

ipsos qui furtum aut latrocinium fecerunt. Nam si receptum praedones isti et latrones non haberent, pauciores essent, neque eo quo progressi sunt audaciae progredi auderent. Quapropter danda erit opera, ut novum aliquod poenae et animadversionis genus sanciatur, contra istos, qui praedones receptant, neque solum eos praedas agentes non impediunt, sed favent etiam et patrocinantur, contra ipsos quoque praedones, durius est et severius aliquid decernendum quam communia iura et statuta Regni perscriptum habent, statuendumque est, ut si qui manifesto in crimine tenebuntur, eos testibus et argumentis convincere necesse non sit. Multi enim poenas legum evolabunt, si, cum dubium sit nemini quin latrocinium fecerint, probatione tamen contra eos opus futurum sit. Non ita pridem Wratislavienses Mercatores prope Oppidum Opoczno, omnibus suis mercibus et fortunis suis spoliati: noti erant autores sceleris, nihilominus, quia probationes in iudicio deerant, sceleris sui impunitatem sunt consecuti: cum agi contra illos iure non posset. erumpet malum istud ad multorum perniciem, nisi primo quoque tempore sedatum fuerit. Quare diligenter de eo propulsando .D. vestris erit cogitandum, alioqui non fortunae solum multorum hominum in magno discrimine versabuntur, sed et vicinorum odia, et modo non hostiles inimicitiae nobis conflabuntur

Iam itaque tria sunt a nobis proposita de quibus sententiae .D. vestris erunt dicendae, de Tartaris, de Valachis, de praedonibus et latronibus coercendis. Quartum restat atque idem ultimum, sed haud scimus an omnium istorum longe gravissimum minimeque ferendum. Et ab externis et a domesticis hostibus plurimi quotannis fortunis suis omnibus evertuntur, vita spoliantur, in servitutem abducuntur, atque miserandum in modum cruciantur. Nondum tamen satis esse malorum videbatur, nisi mutuis praeterea caedibus se conficerent. Cum inveteratur

proxime apud Mtem Regiam Sicariorum numerus, tot sunt reperti, qui cedem commiserunt, ut post hominum memoriam plures tam breui tempore non dicantur esse numerati, Eo iam perditi et profligati homines vesaniæ processerunt, eo audaciæ atque amentiæ progressi sunt: ut nihil dubitent hominem rem sacram, quasi per ludum iocumque interficere. Idque nonnunquam per ebrietatem, aliquando perturbatione quadam animi, interdum consulto faciunt, et cogitato, videre iam licet plerosque, qui quod est barbarorum proprium Jus in armis portant si quid eis cum aliquo controuersiæ intercedat non eam iudicio sed gladio disceptant perinde quasi nullus esset Rex, nulla lex, nulli Magistratus, nulli Judices, nulla tribunalia: apud quæ experiri cum eo à quo iniuria sibi quis factam esse dicat et Jus suum obtinere liceat, Nonne satius esset inter feras vitam degere, quam cum id genus hominibus aliquid commercii habere! Quod nisi maturo consilio vestro obuiam eorum audaciæ veneritis, ipsi nobis Tartari, ipsi Valachi, ipsi prædones futuri sunt et latrones, Visum est itaque Mti Regiæ ut quemadmodum proximis Comitijs anni superioris Nuncii terrarum postulauerunt, prorogetur statutum contra sicarios et homicidas in triennium, adiuncta ea conditione, quæ in articulis eorundem Nunciorum perscripta habetur.

Habent iam D. vræ breuiter ea per nos enumerata, de quibus hoc tempore consilium initurae venerunt. Nunc quod reliquum est, rogat. D. vras Mtas Regia, ut quam eorum fidem beneuolentiamque erga se regnique sui rempublicam semper cognouit, eam nunc quoque in hoc consilio non grauatim præstent atque ea prudentia in propulsandis communibus patriæ nræ periculis uti velint, cuius persæpe antea multa egregia documenta dederunt, Agitur salus reipub. aguntur fortunæ vrm omnium; agitur honos vr et gloria, nolite expectare, dum

propius unumquemque verum mala ista attingant. Quod vicinis vestris accidisse audieritis, si quorum agros vastatos, si quos patriis sedibus exturbatos, captos, trucidatos, si quos per praedones fortunis omnibus spoliatos, si quos a familiaribus, a vicinis, a propinquis, aut per ebrietatem, aut per iracundiam, aut consilio, dataque opera, crudeliter interfectos esse cognoveritis, subeat illico animos vestros recordatio, quod eorum alicui contigit, id vobis quoque posse evenire. Ad commune incendium restinguendum communi consilio, communibus viribus opus est. Quo diligentius elaboratum a D. vestris fuerit, ut in publica reipub. fideliter, amice, prudenter, consulant, hoc et privatam cuique rem suam faelicius administrare licebit, et gratiam sibi quisque D. vestrarum Regiae Maiestatis maiorem uberioremque conciliabit, a qua fidei suae diligentiaeque fructus sint amplissimos laturi.

Haec sunt quae nos suo nomine D.bus vestris dicere Maiestas Regia voluit, ista pauca praeterea addi mandavit. Memoria tenet Maiestas Regia ante annos plus minus quinque, cum esset Serenissimus filius eius Sigismundus secundus Poloniae Rex designatus et Coronatus fidem pro illo se suam interposuisse, simul atque pubertatis annos attigisset, quod de more Reges Poloniae facere consueverunt, quando primum ad eos Regni gubernacula deferuntur, id Serenissimum quoque filium suum facturum ut Jusiurandum daret, se Regno atque subditis suis omnibus cuiuscumque status et ordinis, omnia Jura, Privilegia, atque immunitates per maiores Maiestatis illius eis concessas, sartas tectas quoad viveret conservaturum. Proximis autem Calendis Augusti, Serenissimus Rex Sigismundus secundus annos pubertatis fuit ingressus, et ex ephebis excessit, nullum tamen ab eo ita ut pro eo Serenissimus Rex spopondit, factum est Jusiurandum. Quod quo minus fieret, per Regiam Maiestatem non stetit quae fidem suam liberare Serenissimumque filium suum munere atque officio suo defungi vehementer cupiebat: Sed cum nisi in Comitiis praesentibus omnibus Regni ordinibus Jusiurandum istud dari non posset, necessario in aliud tempus

hedugis filie regie: q. nupsit Joachimo marchioni Bradeburgen.

tota res sunt reiicienda. Nam quominus ad Nuptiarum tempus, Comitia ediceret in quibus fidem suam pro Ser.mo filio suo inter:positam liberaret, multis magnisque causis movebatur: quae sunt Senatoribus et Consiliariis Regni diligenter et copiose per M.tem eius explicatae. Quamobrem a vobis magnopere petit si minus adhuc promisso suo satisfecit, ne id animo feratis iniquiore quan:doquidem voluntate magis prompta quam facultate sit ad id parata. Ut primum Chro opitulante res Lituanorum meliore in statu col:locaverit, et inde se extricare poterit, nihil ei futurum est potius quam ut soli huic rei Comitia edicat

Ad solos Consiliarios absentibus Nunciis terrarũ dicendum et ad eorum articulos respondendum

Quoniam vero superiore anno, cum ex Comitiis hoc ipso in loco habitis Nuncii essent a dominis Consiliariis ad Regiam M.tem missi, qui authoritate illius comprobari petebant eos articulos, qui fuerant in Comitiis propositi, datum quidem sunt Nunciis illis a M.te Re:gia responsum, sed illi tamen, omnes Regni ordines certiores de eo facere non potuerunt, quod dissolutis Comitiis, suam quisque do:mum reuertisset, Ideo dedit nobis negocium M.tas Regia ut quae fuerunt per eam Nunciis responsa, ea breviter D.bus V.ris re:censeremus

+

Promissio Consiliariorum regni, facta Nunciis militarium in Conuentu Petrconien. de obtinenda à Rege executione Statutorum

Nos Praelati Barones et Proceres ordinis vtriusq3 Regni Poloniae Co:
siliarii, in Conuentu generali Piotrcouien. de mandato Sacrae M^tis
Regiae, domini mei clementis^mi congregati, p^ntibus testatum faci:
mus: Quòd cum Terrarum Nuncii nonnullos articulos in medium
proposuissent, qui secundum Iura et constitutiones Regni execu:
tione indigerent, exigerentq3 à nobis, vt ipsos articulos, et
alia omnia quae in Statutis et constitutionibus Regni tam anti:
quis q3 nouis, in Conuentionibus generalibus laudatis et appro:
batis continentur, neq3 debito modo obseruarentur, ad effectum
et executionem deduceremus, Nobis verò integrum non fuerit
aliqua alia, quae potißimum ad authoritatem Sacrae M^tis Re:
giae pertinerent, agere et constituere, nisi de speciali eius M^tis
mandato quo in p^ns careremus, nolentes nihilominus iustis pe:
titionibus ipsorum dominorum Nunciorum, et reipub. publicisq3 Iu:
ribus, et bono statui Regni deesse, fidemq3 adhibentes q^d M^tas
sua Regia vti Princeps iustißimus et clementißimus, et iu:
stas subditorum suorum preces exaudire iuraq3 et consuetudi:
nes Regni secundum Iusiurandum suum obseruare et manutenere
nunq3 recusare dignabitur, quemadmodum quantum in ipsa est,
hactenus obseruare et manutenere consueuit, polliciti sumus, et
tenore p^ntium pollicemur ipsis dominis Nunciis Terrarum, nos
vna cum illis in futuro Conuentu generali vbi M^tas Regia
aderit, omni opera et diligentia nostra fideliter et suppliciter age:
re apud eius M^tem, vt omnia quae in Iure et Constitutionibus
Regni tam veteribus, q3 nouis, in Conuentibus generalibus
laudata et approbata continentur, neq3 debito modo obseruantur

ad pristinum robur firmitatem et exequutionem per Maiestatem suam re:
ducantur. In cuius rei testimonium

Decretum dominorum, executionis Statutorum
1535

Nos Prelati Barones, Consiliarii vtriusque ordinis in Conuentu generali Piotrcouiensi congregati. Volentes postulationi dominorum Nun:
ciorum Terrestrium satisfacere, exigentium Decretum nostrum de exe:
quendis omnibus Iuribus, Priuilegiis, Statutis Regni, quae de:
bito modo non seruarentur, ea quae vigore presentis Conuentus in
hac parte fungimur authoritate decreuimus et statuimus, vt om:
nium et singulorum Iurium, Priuilegiorum, et Statutorum in libro
Statutorum Regni contentorum, et aliorum Statutorum in Conuen:
tibus generalibus laudatorum et approbatorum, intra hunc et fu:
turum Conuentum generalem fiat in omnibus debita exequutio et
obseruatio. In cuius rei fidem

Decretum Consiliariorum conuentus generalis: vt fiat executio priuilegiorum regni: prius quam Rex iuuenis iuramentum subditis praestet et vt Ecclesiae: monasteria: ciuitates: Prussia. Gdanum. Thorunium priuilegia sua in futuris Comiciis regni ostendant: ac ut iuri communi contraria cassentur.

Nos Prelati Barones. Consiliarii Regni Poloniae Spirituales et secu:
lares vtriusque ordinis, in Conuentu generali moderno de manda:
to Sacrae Maiestatis Regiae domini nostri clementissimi congregati. Significa:
mus tenore presentium vniuersis et singulis, quod cum Nuncii omnium
Terrarum Regni, et Terrarum Masouiae etiam, hic in hac Conuentione
existentes nobiscum vna reuoluentes et proponentes plurima in Iu:
ribus, Statutis, et Priuilegiis Regni contenta, non debito modo,
non denique iuxta exigentiam praefatorum Statutorum Iurium et

Privilegiorum Regni observari et manuteneri à nobis exposcerent et exigerent, ut omnia generaliter Privilegia Regni communia iuxta exigentiam eorum, iam pristino statui reducantur, exequtioniq₃ debitę demandarentur: ac omnia Iura, Privilegiaq₃ privata vigēt Monasteriorum, Civitatum, Oppidorum, Ecclesiarum et quarumcunq₃ personarum spiritualium et Secularium cuiuscunq₃ conditionis existentium, quaecunq₃ Iuri communi contraria reperta fuerint tam in privato q₃ in communi concessa, cassarentur et abolerentur, exceptis aliquarum Terrarum consuetudinibus ex consuetudine privata observari solitis. Nos itaq₃ considerantes et animadvertentes totam rempublicam huius inclyti Regni eo quod supra tactum est maximè indigere, imo absq₃ eo ut plurimum indiès periclitari, Nolentes ipsi reipub. et bono statui Regni assistentia, consilio et protectione mea pro fide et debito ut tenemur deesse, vigore et authoritate huius generalis Conventus decrevimus et statuimus ut omnium et singulorum Privilegiorum Regni communium, in Conventibus generalibus, et alibi ubicunq₃ laudatorum et approbatorum, iuxta exigentiam eorundem, citra hunc et proximè futurum Conventum Regni generalem, et anteq₃ Ser^mus Princeps et dominus dn. Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae iuvenis praestaturus erit Iuramentum, quod in Conventione generali Regni praestare debebit, fiat in omnibus exequutio debita et observatio, quibus omnibus suprascriptis nos assistere et pro debito meo efficere promittimus et pollicemur. Promittimus etiā nos intercessuros et acturos apud Sacram M^tem Regiam, q̄ eadem M^tas Regia mandare dignabitur omnibus Monasteriis Ecclesiis, Civitatibus, Oppidis, et Terris, ac Civitatum Prussiae et praesertim Gedanensibus, et Thorunensibus, ut Iura et Privilegia quaecunq₃ per eos habita et qualitercunq₃ obtenta in praefata proximè futura Conventione gnali reponerent, quae praetenduntur Iuri cōmuni esse contraria. Quae si iuri cōmuni contraria reperta fuerit, ut cassarentur & abolerentur.

Insuper pollicemur, et promittimus: quia nos intercessores sumus, et inter:
cedemus ad Sacram Mtem Regiam, quod eadem Sacra Mtas Regia hoc
nrm pns decretum confirmare dignabitur, et debite executioni demã:
dare, intra hinc et Conventum Regni generalem, et literas confir:
mationis pntis nri Decreti ad omnes Palatinatus pro Conventibus
particularibus per suos Nuncios transmittere in manus Nobilitati in
Conventibus praefatis particularibus proxime celebrandis congregate,
dare realiter et cum effectu, Cui promissioni nrae nos pro debito,
nro satisfacere spondemus, et easdem literas confirmationis pntis
Decreti expedire nos obligamus. In cuius rei testimonium

Ferdinandus Rex Romanorum etc
Sigismundo primo Regi Poloniae

SERme Princeps frater et Sororie nr charme. Perlatum est ad nos
causam dissensionis, quam inter Stem vram ac Spectabilem et Ma:
gnificum fidelem nobis dilectum Petrum Voievodam Moldavien
agere audivimus non postremam esse, Quod licet terra Moldavien et Ter:
ritorium Pokucien a dnis quondam Hungariae Regibus praede:
cessoribus meis dominorum Moldavien antecessoribus tali con:
ditione donata fuerit, ut iidem Moldavi primum Sacrae Coronae
Hungariae sint fideles, et illi quo sub protectione et tutela eiusdem
Coronae esse debeant nihilominus Sertem vram aut homines
suos transcendisse fluvium Nester qui sit vera meta et termi:
nus Regni Sertis vrae et terrae Moldavien, et quaedam loca
in eadem terra occupasse et habitationes in ea construxisse, quae
ab ipso Voievoda posteaquam a Serte vra nullum super petitis
suis saepius ad eam ut asserit deductis responsum habere potuit,
fuerunt devastatae et combustae. Cum autem mens nra non alia
fuerit unquam, neque sit, quam in bona pace et vicinia cum Serte vra

suisq[ue] omnibus, vincere et agere, nobisq[ue] causa bone pacis et vicinie
non parum displicet haec inter Serenitatem v[est]ram et dictum Voievo:
dam successisse, ideoq[ue] cupimus ea complanari et sopiri ne quid
aliud cum tempore sequatur, sicut pro n[ost]ra in Ser[enita]tem v[est]ram affe:
ctione mutua convenit, ac pro ea cura quam de terra Moldavien[si]
ratione Regni predicti habemus, nonnihil etiam facere tenemur
eandem itaq[ue] Serenitatem v[est]ram affectuose hortamur et rogamus
etiam ut nostri ac necessitudinis et unionis n[ost]re bone vicinita:
tis intuitu, cum prefato Voievoda Moldavie Inducias aliquas
quadriennales aut septennales pro bono utriusq[ue] iure, et vel
hoc modo differentiis istis melius componen[dis], locum dare velit.
quibus sic stantibus, Nos ad faciendam inter vos concordiam
et quicquid per nos pro bono pacis tranquillitatis communis fieri
poterit offerimus, idq[ue] mutue benevolencie coniunctionis et
vicinie n[ost]re respectu: Cuius ante omnia potissima semper du:
ximus in omnibus habendam esse rationem, Commisimus autem
egregio fideli dilecto Stephano Clinschitz Nuncio n[ost]ro speci:
aliter ad hoc misso ut hanc rem apud Ser[enita]tem v[est]ram instan:
ter agat, ac obtinere et exequi etiam contendat, habitoq[ue] Ser[enita]tis
v[est]re ad hoc assensu se ad dictum Moldavum conferat, cum eoq[ue]
etiam n[ost]ro nomine et vice agat, et Inducias prout inter vos
Conventum fuerit, obfirmet, velit ergo Ser[enita]tas v[est]ra Nun:
cium nostrum cum votivo super iis responso remittere et expe:
dire, In quo Ser[enita]tas v[est]ra rem se suisq[ue] dignam et equam,
nobisq[ue] gratam faciet, n[ost]ro in eam amore et affectione frater:
na compensandam Datum in Oppido n[ost]ro Vinklapnik die
vigesima Mensis Januarij Anni domini M° D° XXXVI°

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Ioanni Latalski Epo Cracouiensi

Rme in Chro Pr ac domine et fautor obseruanme. Scribit mihi P.
Vra Rda vt ei Doctorem Hosium in famulitium faucam, qd ipse
cum sim doctus doctis non indigeam. At Rme mi dne ego mihi no
arrogo docti nomen, sed Doctorum conuersatio et familiaris con:
ferentia me admodum recreat et oblectat, verum quod attinet
Doctorem Hosium rem vt se habet paucis exponam. Hunc virum
ob virtutes quibus pulchre adornatus est, iam non a pauco tpe
amaui et quando Pedagogum Nepotum Rmi dni olim Conarsk. mei Epi
Crac egit patrocinio fovi atqz post obitum benefactoris mei in
gratiam successoris Tomicii qui postremo decessit Presulis Crac vt potui in:
sinuaui, quem cum intellexi sublato patrono suo nullius fami:
litio se obligare velle in contuberninum aut familiaritatem meam
asciui, non ut scribendis Eplis oneretur apud me, sed quo sue
doctrine fructu interdum familiaribus colloquiis me participem
faciat, quod ipse et se facturum recepit, et rogauit ne propositum
hoc meum immutare velim, attestans sibi ea conditione nihil futu:
rum iucundius, Nam ob imbecilles vires corporis, paulum abfuit
ipse a vite periculo, qd ab olim Rmo dno Crac scribendis
Eplis grauabatur. Cum itaqz mihi sit quamprimum redierimus
in Poloniam, et absoluto Conuentu Regni, concedendum ad Epatum
Plocen meum, et illic agendum vbi penuria est virorum erudi:
torum, hic vnus multorum loco mihi sit futurus, hic solitudi:
nem illam reddet mihi suauem, vita innocua moribusqz proba:
tis atqz doctrine sue communicatione, Miror itaqz qd mihi adi:
mere velit hunc hominem P. Vra Rma que pro vno centum
omni die habere potest quandoquidem Cracouien Gimnasium
habet, cuius Cancellarium agit, Illic commodissime fruetur

viris in omni genere scientiarum non vulgariter eruditis, Illic faci:
li negotio parabit, et sibi et reipub. Hosio non solum similes, sed
etiam eo maiores viros, quorum obsequiis Vra Rma P[tas]
cum laude sua et Regni utetur. quid igr̃ a flumine hauriit un:
dam? et eam Mari ingerat? quod neqʒ fluminum in fluxu augeri
neqʒ defluxu minui pt. Immo hoc facere videtur P. Vra Rma
quod habet tritum illud adagium mei idiomatis, Dives quaerit
manticam a paupere, Tametsi mihi non possum persuadere ut
credam q Vra P. Rma ea intencione postulet hunc virum
in famulicium suum ut mihi adimat, cum potius me aliquot si:
milibus providere deberet ex ingenti Caterva, cui praeest
foeliciter Crac. Cupio enim et alterum atqʒ etiam tertium si fi:
eri potest et ferent facultates meae, adiungere mihi viros cum
quibus suavius in Poltowsko peragam reliquum vitae, Cuius
terminum non plurimum abesse certus sum Rogo igitur boni con:
sulat P. Vra Rma excusationem meam non minus piam qʒ
honestam, Scit enim ordinatam charitatem a se ipso incipere su:
mere. tamen P. Vra Rma habebit et me et Doctorem Ho:
sium ad omnem necessitatem suam, Immo et omnes, qui mecum
erunt, erunt ad arbitrium P. Vrae Rmae, scio ego quam
facile est assequi tales famulos Crac, et item quam difficile
est persuadere alicui ut relicta amena Cracovia eat in alium
locum praesertim vero in Masoviam in capitis experiri, liceat igr̃
mihi per gratiam P. V Rme vesci micis similibus, quae
supersunt ex dapum abundanti copia mense eius. Inaudivi
Rme domine quosdam ita suasionibus perurgere Doctorem
Hosium ut concedat in famulitium P. Vrae Rmae, ut etiam
minas nescio quas ei minentur, haec quam conveniant permitto
illius prudentiae expendendum, persuadeo quidem mihi, haec
agi inscia, imo invita etiam P. Vra Rma Cuius solite
gratiae me plurimum commendo, eamqʒ foeliciter valere
cupio Vilnae XXiij[a] Martii Anno domini M[o]. D. xxxvi[o].

Petrus Opalinski Mgr Curie Sermi
Sigismundi Augusti Regis Polonie
Bone Regine POLONIE

SERma Princeps domina Clma mea clementma. Post humilem servitiorum meorum commendationem Ab eo tempore postquam ex Cracovia discessi, curavi omni studio, vt accelerarem maxime et ne horam quidem male perderem, à Cracovia enim vsque in Zalczburgk nusquam immoratus sum, sed recta ad Isprugk vsque profectus, Sed tanta fuit pessimae viae incommoditas, quae nequaquam properare me permisit, imo equos alioquin fessos prostravit mihi penitus vbi in Olomunez veni, intellexi Serenissimum Romanorum Regem ex Vienna in Isprugk esse profectum, atque Mgcum dominum Sigismundum de Heberstain, cum quo mihi Sacrae Mtis vrae nomine fuit negotium, cum sua Mte quoque abiisse non ex re amplius mihi est visum, vt Viennam irem, vbi nihil mihi fuit negotii, sed recta versus Isprugk me contuli, per vias quoque eo tempore ita malas, vt nihil supra, vbi ex Olomunez abirem dominus Doctor homo mansuetissimis moribus cum altero suo collega, videntes hoc iter non propinquum versus Italiam esse recta Viennam se contulerunt, Mihi autem versus Isprug eunti in Civitate Rozenhain quae Civitas in Ducatu est Bavariae, factus est obvius Illmus Bavariae Dux Ludovicus qui ad Caesaream Mtem numeroso et splendido equitatu vadit. Ego in contiguo suae Illtis hospitium habui, occasionem querens vt cognoscere mihi eum liceret, ex suis vocavi primores quosdam, cum quibus egi humanius per occasionem contubernii rogavique vt excusatum me facerent, quod per ditionem suae Illtis vadens non inviserim suam Illt. D. Serenissimorum meorum Principum nomine, nec more patriae liberum transitum à suis Dbus petierim

idq; non oblivione ulla, non officii negligentia factum, sed quia non ista, verum alia via mihi eundum existimarunt Sacrae vrae Mtes Quo intellecto sua Illtas per Consiliarios suos petiit ut convenirem cum sua Illte, vel si mihi videatur, ad hospicium meum venire se obtulit sua Illtas, ego mox adivi suam Illtem, atq; illic cum sua Illte multa verba feci. Id quare fecerim vra Mtas facile coniicere potest, de quo postea. Ita sollicitare eum ut habere possit in uxorem viduam Ducem Mediolanensem sed nihil efficiet, aliorsum enim tenditur. Nam tractatur inter Catholicam Caesaream Mtem et Serenmum Regem Galliae de pace hoc modo, ut filius Regis Galliae filiam ducat Caesareae Mtis ea lege ut illi in Dotem det Caesar Ducatum Mediolanen, atq; ea etiam lege ut filius Sermi Regis Franciae, donec minorennis est, in Aula Caesarea vivat, atq; eis moribus instituatur qui Caesari placeant. Sed haec omnia adhuc dubia sunt, utrinq; enim bello se parant, et exercitum struunt ergo se, qualem vix habuerunt unq;, uterq; exercitus versus Mediolanum pergit, si hoc bellum non diremet Deus, maximam in Christianitate caedem faciet, innumeri homines hic maximi ad Caesarem vadunt.

Ubi postea ad Civitatem Schwacz veni, obvius fui iterum Illmo Arnesto Duci Bavariae et Passonien Epo qui Ducatum in Opolie emit, cum eo quoque verba feci, ferunt illum animo esse eo ut uxorem ducat, nondum enim initiatus est Sacris. Sperabant quoque Ducem Bavariae Vilelmum huc venturum, cuius filius superstes iuvenis admodum, unam ex filiabus Sermi Regis Ferdinandi ducturus est etiam, ut isti hic in Aula sperant. Illmus Fridericus Palczgrabius, qui in Isprugk cum Regia Mte commensalis nunc est familiarissimus, is aetate iam est grandiore, uxorem tamen duxit Sermi Regis Daciae Cristerni filiam. Ego denuum Aprilis tercia in Isprugk veni, uno fere miliari ante urbem missi sunt mihi obviam. Rmus do. Viennen Epus. Mgcus dominus Sigismundus de Hoberstain, Mgcus dominus Zabka Regni Bohemiae

Viceecancellarius, venerunt quoque ex Aula Primores Curien non modici, hi omnes, ubi me nomine suae Mtis salutarent, multa optima Vris Mtibus precarentur, ad hospitium usque postea deduxerunt, ex quo Falczgrabius Philippus nunc discesserat, homo, ut aiunt, summa in rebus bellicis dexteritate. Tercio postea die Sermus Romanorum etc Rex audientiam mihi dedit, pro me misit illos qui mihi fuerunt obviam, quibus addidit Drabantes suos atque harceros, qui custodes personae suae Mtis esse solent. quod facere solet sua Mtas his tantum Principibus, quos sibi charissimos habet. Non potuit maiore humanitate et excipi et exaudiri à sua Mte quisque, quàm ea qua se esse testatur sua Celsitudo erga Sermam Vram Mtem, non sine admiratione hic omnium, quippe qui res Vrae Mtis non minus quàm suas proprias se maximi pendere officiosissime refert, idque saepius. Quid ad Legationem Sermi Vrae Mtis Coniugis domini et Regis mei clementissimi responderit, sua Mtas ex literis suae Sacrae Mtis intelliget, quae repetere iterum non ex re duxi.

Quod verò filium Illmi Ducis Sabandiae attinet, atque suae Illtis filium primogenitum, de eo negotio inprimis verba feci cum Mgco dnō Sigismundo de Heberstain qui ea fide et diligentiâ, atque affectu singulari curat res omnes Vrarum Mtum, ac si et subditus et servitor esset Vrae Mtis, pro qua tanta sua erga Vras Mtes observantia, certè speciali etiam Vrarum Mtum gratia est dignus, homo aliogmin non postremae hic in Aula ista authoritatis. Cuius opera, et confidenter et commodissime uti hic semper poterit apud Sacram Mtem Romanorum Regem, cui servitor et Consiliarius est ut ego video non parui momenti, Is mihi retulit, se fuisse locutum cum Sermo Romanorum Rege, ut Serma infans etc opera et Caesarea et suae Mtis fuisset locata Matrimonio, huic natu maiori Ducis Sabandiae filio, Quam rem ita diligentissime curavit Serma sua Mtas, ac si foret propria. Mox enim sua Mtas hoc negotium promovit Sermo Imperatori charmo suo fri

per literas petens, ut illud tractare velit. Sed quia Princeps iste pri:
mogenitus, Deo ita volente, mortuus est, res infecta ita mansit. Ego
ubi enim suae Mtis ad hoc negotium animum vidi, post multam vrarum
Mtum erga illum commendacionem, egi suae Mti gras, quae pro virtute
sua tam propenso animo se praestiterit ad res bene curandas
vrarum Mtum, rogaviqz ut deinceps amore eodem et cura
cordi habere semper velit res Mtum vrarum, quas Jure et
veteris necessitudinis ac novae huius coniunctionis communes esse
oporteat. Sacra sua Mtas maximas in primis habuit gras vris
Mtibus, de ista vrarum Mtum officiosissima benivolentiae obla:
cione quam se vicissim omni studio erga vras Mtes observaturum,
longis verbis amicissime pollicetur, idqz re non verbis se fa:
cturum, quippe qui omnia quae vrarum Mtum sunt, non minus
atqz sua apud se reputat. Idqz suae Mti esse summopere gra:
tum, quod ita confidenter opera eius utatur, petitqz ut deinceps
ita semper facere velit. hoc enim amicorum esse proprium.

Deinde quod ad intercessionem attinet, in rebus Mediolani et Bari
apud Catholicam Mtem Caesaream, respondit sua Mtas se hoc
non gravatim facturum, atqz mox lras mihi ad Caesaream Mtem
dari demandavit, quae utinam prosperrime cedant.

Quod vero Serma infantem etc attinet respondit sua Mtas se iam
incepisse diligenter hanc Matrimonii provinciam, atqz nihil se du:
bitare, quod prosperrime cessisset, nisi morte tam insperata obii:
sset is optimus Princeps, qui eis fuit moribus, ut Regia ista
prole quoqz optima fuisset dignus. De altero superstite filio Illmi
Ducis Sabaudiae, nescit sua Mtas qua nunc sit aetate, sed sperat
paucis annis eum esse. Verum obtulit sua Mtas se cordi habere vel:
le hoc Matrimonii negotium, ubi quid viderit ex re et dignitate
esse vrarum Mtum, sibi enim hoc licere melius, quam vris Mtibus.
Mihi quo mandare dignata est, ut de ea re itidem cogitem, dixit po:
stea sua Mtas, fratrem Regis Portugaliae, de Caesarea Mte optime

meritum, atq; sperare se q. Catholica M^tas illi gratiose prouidebit de statu non contemnendo. Is si ad propositum esse videatur, tractare se de ea re tempore suo velle. Sed quia haec res et longa et distans nimis est, interrogaui suam M^tem, quid suae M^ti de Duce Ludouico Bauariae videatur, respondit id q. non ab re fore, Sed Ducem istum agere nunc apud Catolicam M^tem vt habere possit relictam olim Ducis Mediolanen. non pridem defuncti. Multa deinde sua M^tas mecum locuta est gratiosissime, idq; longo admodum tempore vbi ego intellexi suam M^tem integro certe esse animo erga vras M^tes. commemorauit sua M^tas dissidia quae in finibus vtrimq; accidere solent, seq; nunq. deesse vt pacata sint omnia, quod vt vicissim fiat postulat sua M^tas

Veni postea ad Ser^mam R^lem M^tem, quae mihi ex atrio venit obuiam comitata Ser^mo filiolo Maximiliano, altero Ferdinando, deinde Ser^ma infante Elisabeth, caeterisq; Anna, Maria, Catharina eisdem vestibus ornatissime indutis, Pueri sunt forma elegantissima, omnes tamen et forma et moribus superat Ser^ma Elisabet futura domini et Regis mei clementissimi sponsa. Salutaui suam R^lem M^tem, prolemq; suam foelicissimam nomine vrarum M^tum, atq; domini et Regis mei clementissimi Regis Junioris nomine. In primis Ser^ma Elisabeth, ad quae singula mihi nomine suarum M^tum responsum est humanissime, cum singulari oblatione mutuae propensionis et obseruantiae cum vris M^tibus. Deinde vero R^lis M^tas apud Coniugem suum char^mum Ser^mum Regem Romanorum etc Regem operam suam et intercessionem non defuturam, officiosissime pollicita est, petitq; vt illam vra M^tas tanq. Sororem charissimam eo amore prosequi velit, quo illa q. se vras Ser^mas M^tem prosecuturam humanissime promittit.

His peractis ego in dei nomine ad Imperialem M^tem vado, quem Ser^mus Romanorum Rex Romae iam esse certo retulit ex Neapoli enim exiuisse Martii xxiii^a suam Caesaream M^tem

In omnibus vrarum Mtum negotiis maximo negotio et honori mi fuit Magcus dominus Zabka Regni Bohemiae Vicecancellarius homo non vulgari authoritate et consilio, Is q3o non contemnendus est certe servitor, qui ad vsum hic erit semper vris Mtibus aperte enim vidiq3, servitorem se fatetur vrarum Mtum. Reliquum est vt humillima servitia mea commendem Sermae vrae Mti tanq3 dominae meae clementissimae. Datum in Ispruck viiia Aprilis Anno domini 1536

Petrus Opalinski Mgr Curie
Sigismundo Augusto Regi Polonie

S

SERme Rex domine et domine meus gratiosissime Post humilem servitiorum meorum commendationem. Tercia Aprilis ad Aula Sermi Romanorum etc Regis veni, et honorifice et humanissime exceptus, vbi autem vtrang3 Mtem Sacrae Celsitudinis vrae noie salutarem, nimiserem cuncta prosperrima illis precarer, Non dici pt quam grato animo vrae Mtis propensionem erga se acceperint, habent itaq3 vrae Mti gras, cupiuntq3 vicissim vt ipsa q3o et optime valeat, atq3 in rebus omnibus semper fausta foelixq3 sit Mtas vra Serma. SERma autem Elisabeth Sacrae suae Mtis filiola amantissima, quae ea est forma, his moribus ea apud omnes gratitudine, vt nihil in illa desiderari videam magis, nisi vt bene et diu optimeq3 valeat, Quae pro suo erga vram Mtem amore singulari. Sacrae Mti vrae perpetuam valitudine, summa in rebus omnibus foelicitatem, deniq3 quicquid expetendu in hac vita Principi Christiano evenire possit, etiam atq3 etiam optat, optatq3 summopere vt illam vra Mtas amore eo quo merito debet prosequi dignetur, quod se quoq3 facturam officiosissime pollicita est. Mihi autem committere dignata est, vt hoc praecipue nomem

apud vram Mtem, ne eius Mtis apud illam fiat oblivio, atq is amor
quem erga vram Mtem gerit pari vrae Mtis propensione rependi
sibi possit.

Serenissimus Romanorum Rex multo studio, de aetate de educatione
de moribus, de linguis, de studiis, de religione vrae Mtis deniq
cum quibus versetur, quo se oblectet interrogauit, Non minorem se cu:
ram vrae Mtis habere, quam filiorum quos habet, atq se au:
diuisse vram Mtem optimis moribus esse, multarum linguarum
atq iam demum lectionis pro aetate non modicae, idq sibi placere su:
mopere. reliqua plurima quae summam suae Mtis erga vram Cel:
situdinem propensionem et amorem testantur. Ego suae Mti ita
respondi, prout virtus prudentia et mansuetudo exigit Serenissimae
vrae Mtis, nihil enim dubito vram Mtem talem futuram qua:
lem sibi pollicetur tota Christianitas.

Quid ego de rebus vrarum Mtum apud istam hic Romanorum
Mtem egerim, ex literis Serenissimorum suorum parentum, intelliget
Sacra vra Mtas, quae repetere iterum non ex re duxi.

Vado hinc deinde ad Catholicam Caesaream Mtem quae ex Ne:
apoli, Romam versus xxiij Martii profecta est. Reliqua
vrarum Mtum mandata apud Caesarem ea fide et integritate
curabo, qua bonum seruitorem et subditum decet. Supplico demum
vt seruitia mea accepta et commendata sint Serenissimae vrae Mti
tanq dno et Regi meo clementissimo. Datum in Isprugk viija
Aprilis Anno domini 1536

Petrus Opalinski Sigismundi Augusti Curie Mgr, Bone Regine Polonie

S

Exma Princeps dna dna mea clementissima. Post humilem servitiorum meorum commendationem. Vigesima Aprilis veni Mantuam, atque ibi mihi iam iam equum ascendenti, homo quidam se obtulit, qui Venetias ibat, Polonumque illic esse nescio quem qui in Poloniam esset iturus, cui ego in omnem eventum dedi istas lras ad Ser^{mam} Vram Mtem, Malui enim festinando negligenter scribere quam nihil. Ex Cracovia ad Mantuam usque veni in septimanis quinque, praeter eos dies septem, quibus in Isprugk mansi quia aliter nequaquam esse potuit propter plurima suae Mtis cum Germaniae Principibus negotia, post datum etenim responsum in crastino mox abii. Illic eo tempore sumptu meo vixi non Regio, quia nullae expensae mihi sunt datae. Ex Isprugk ad Mantuam veni et dirissimos et altissimos montes in undecim diebus, ubi miliaria sunt quinquaginta. Infra dies Pasche uno tantum die, die scilicet dominico mansi in Tridento, feria secunda illinc abii. Nocte media Pasche tantus ignis fuit, qui totam Civitatem potuit turpissime exussisse nisi fortiter tutatum fuisset. Iste ignis in contiguo hospicii mei incepit, non sine timore maximo omnium, fuerunt enim tunc ea nocte in Tridento aliquot millia peditum Lanczknechtorum. ego ex urbe res meas omnes et equos ad Castrum detuli ubi per illam noctem me continui, et propter ignem et propter pedites Almanos. profectus sum huc usque comitatus multis millibus Lanczknechtorum qui versus Mediolanum vadunt. Tota Italia est in armis, hi ad Catholicum Imperatorem, illi ad Galliae Regem vadunt, omnis strata, quodlibet hospicium est militibus plenum, unde alii pacem, alii bellum sperant, ego bellum suspicor, etsi Pontifex et Veneti

de pace student diligenter, summum fuerat certa expectatio quod
Caesarea Maiestas iam per me inveniri debuerat Mantuae, sed varia
sunt consilia et instituta Principum. Illustrissimus Dux Mantuae Sa:
crae Vestrae Maiestati atque universae illius familiae salutem plurimam
nomine suo referre iubet. Idem quoque suae Illustritatis frater Illustrissimus Ferran:
dus cuncta optima Vestrae Maiestati precantur. Illustrissimus Dux mihi retulit Cae:
saream Maiestatem xix Aprilis ex Roma discessisse, atque recta
ad Mantuam venturam suam Maiestatem, consuluit sua Illustritas ut
Mantuae expectarem Caesarem, in via enim suam Maiestatem nihil
meum tractaturam, atque me in via non et hospitia et victum
habiturum, propter tot hominum millia quae circa Caesarem
sunt. Ego tamen in dei nomine vado quoad possum recta
versus Caesarem, faciam ut possum non ut volo, et prout
mandavit mihi Sacra Vestra Maiestas ne quid morer. Mantuae
fui una tantum nocte, die altero mox vado Ferrariam, ex
Ferraria Bononiam, ex Bononia Florentiam. Nihil in me deerit
quod bonum servitorem attinet, modo sors bene velit, sed ad
pessima tempora huc missus sum, omnes mihi non bene omina:
tur, propter tot curas maximas Caesaris, sed ego in Deo bene spe:
ro, Cor enim Regis in manu dei est. De solicitatore quaeritur
[interlinear: quod nullum habeo. Nihil curet Maiestas vestra]
Vestra Maiestas, iam haec est provincia mea, curare omnia quibus
opus est, nec praetermittitur quicquam, habeo meum Nepotem me:
um dominum Andream Czarnkowski iuvenem, quo ad eam re[m]
aptior nemo esse posset, homo optimis moribus summo ingenio,
et multae lectionis, et eloquens, is credo non abre erit, rebus
Vestrae Maiestatis et mihi ad usum. Dominus olim Cracoviensis [interlinear: Tomicius] Episcopus,
et Capitaneus Bodzenciensis protunc existens Iuspatronatus
Scholasteriae Cracoviensis tanquam collatores dederunt domino Reverendissimo
Archiepiscopo [interlinear: ~~Gamrato~~ Gricio] moderno, atque mihi, quod nos conferre vellemus prout
ex pacto debemus huic Nepoti meo domino Andreae Czarnkowski,
veremur autem ne dominus Reverendissimus Cracoviensis Episcopus [interlinear: Latalski] modernus, insi:
cere nobis velit hoc negotium conferendi, supplico ut patrocinio

suo efficere velit vrã Mtas, vt confirmare q3o dignetur Rma sua Dno hoc meum Juspatronatus conferendi hanc Scholasteriam in personam Nepotis mei domini Czarnkowski. Quod ego Sacre vre Mti humillime semper promerebor, tanq3 dne mee clementissime, et ipse q3o non inutilis erit seruitor vre Mtis.

Supplico boni consulere velit vrã Mtas, quod calamo ita negligente scripserim, quia tempus ita tulit quod aliter esse nequiuit. Turpius autem duxi nihil scripsisse, quam male scripsisse. Ad Sacras et Sermas Mtes dominos meos clementissimos, nihil scribo, quia post vltimas illas lras nihil mihi fuit negotij de rebus suarum Mtum. Commendo humillima seruitia mea Sacris et Sermis vris Mtibus tanqua dominis meis clementissimis. Datum Mantue XXIa Aprilis 1536

Iuramentum Sigismundi Augusti Lituaniae praestiti actum Vilnae in celebri et frequenti Procerum et totius Militiae Magni Ducatus Lithuaniae feria tercia in festo Sancti Marci Evangelistae ante tactum horae tredecimae Anno domini 1536

Ego Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc dominus Thaeres. Iuro, spondeo, et promitto, ad haec Sancta dei Euangelia, quod omnia, Iura libertates, Privilegia, literas, immunitates Magni Ducatus mei Lituaniae Ecclesiasticas et Seculares, Ecclesiis Catholicae et Graecae religionis, magnoque Ducatui Lituaniae eiusque Praelatis, Ducibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis, et quibuslibet personis tam Catholicis quam Graecis, cuiuscunque status et conditionis existentibus per divos praedecessores meos Principes magnosque Duces Lituaniae, praesertim vero per divos Wladislaw Proavum Vitoldum, Sigismundum, ~~parentem meum~~ Casimirum Avum, Alexandrum Patruum, et Serenissimum Sigismundum parentem meum, Magnos Duces Lituaniae, iuste et legitime concessas, donatas, et datas, manu tenebo, servabo et custodiam in omnibus articulis, conditionibus, atque punctis, et omnia illicite ab eodem Magno Ducatu alienata aut distracta pro posse meo ad Ius et proprietatem eiusdem Magni Ducatus aggregabo. Terminos etiam Magni Ducatus mei non diminuam, sed pro posse meo defendam et dilatabo, cum consilio Senatorum et auxilio omnium ordinum et subditorum meorum in eodem Magno Ducatu Lituaniae. Et ea omnia supradicta tenebo et observabo, secundum consuetudinem antiquam, et quemadmodum a divis praedecessoribus meis, habita, tenta et servata fuerunt, sic me deus adiuvet et haec Sancta dei Euangelia.

Prescriptum contrahendi Matrimonii inter Illtrem dominam Annam Ducem Masoviae et Mgcum Stanislaum Odrowasch Palatinum PODOLIE

Primum omnium domini Consiliarii, quibus datum est negotium transigent et constituent cum Mgco dno Stanislao Odrowasch Palatino Podoliae, ut is dominae Duci dotem et donationem propter Nuptias ut Jus et mos est in Regno, collocet et inscribat in dimidia parte omnium bonorum suorum, sed in ea dimidia quae priori uxori obligata non est, atque eam tamen dimidiam partem, in qua dos atque donatio propter Nuptias collocabitur, ab omnibus inscriptionibus et obligationibus liberam et immunem praestet.

Deinde ut eam collocationem atque inscriptionem faciat Varschoviae, coram Magistratu terrestri, cuius id interest. Praeterea autem cautionem faciat dominae Duci et recipiat, se istam ipsam inscriptionem translaturum esse ad codicem terrestrem sui Territorii seu Districtus. Poterit autem haec facere mox peractis Nuptiis, propterea quod ipsi de dote satis cautum est. Neque enim debebit cedere possessione eorum bonorum quae domina Dux habet in Masovia, quoadusque dotem acceperit.
Dos vero erit decem millia aureorum Hungaricalium, quae ipsi Cracoviae feria secunda post Dominicam Laetare proximam, a Mgco domino Thesaurario Regni annumerabuntur.

Quae cum acceperit et in bonis suis, uti supradictum est collocaverit et inscripserit, cedet domina Dux omnibus bonis quaecunque possidet in Masovia, sed tamen quod aequum est, vernam semente et alimenta Procuratoribus atque familiae, quae satis sint ad nonas usque fruges relinquet.

Nuptiis transactis, et inscriptione dotis facta, debebit domina Dux Marito presente assentiente, coram Magratu terre Varschemiensis, renunciare vniverso Iuri, proprietati et successioni sue sibiqz pro sorte sua tam paterna quam materna, et ratione Ducatus Masoviae à Regia Mte prorsus satisfactum esse, profiteri.

Posteaquam haec conventa et transacta erunt, celebrabuntur Nuptie, quas iidem domini Consiliarii, velut allegati à Regia Mte presentia sua cohonestabunt.

Postremò illud eorum fidei atqz prudentie permissum sit, vt quod operepretium esse censuerint, ad ea que supra perscripta sunt, arbitrio suo adijciant, vel etiam inde demant.

Quoniam autem magna est difficultas in consequendis aureis, recipiet dominus Palatinus Podolie pecuniam Polonicam, pro singulis aureis quadraginta quinqz grossos, sic enim nunc aurei Hungarici, qui iustum pondus habent, estimantur.

Andreas Critius Archiepiscopus Gnesnensis
Bone Regine POLONIE

Sacra Mtas domina domina mea clementissima. humillimam mei commendationem. Mitto Vrae Sacrae Mti exemplum literarum quas Scribimus Sacrae Mti Regiae de transactione Matrimonij huius Ducis, ex quibus intelliget Vra Sacra Mtas, quid in Instructione nobis data, noxium omnibus videatur, super quo deliberare paulò diligentius Mtes Vrae dignentur. Ego negotium nullum maiori molestia et sollicitudine quàm hoc tractaui vnquam, de quo significabo posthac liberius, que expedire videntur, interi nihil est in mora dispendij.

Scribere mihi dignata est Vra Sacra Mtas, vt scriptureas Rmi.

olim domini mei avunculi, diligenter conservare iuberem, id ego iam prius sedulo curavi, et Doctor Borek illas servare se mihi significavit.

S Acra Mtas iam petuntur Conventus ad Contributionem statuendam, Vra Sacra Mtas dignetur persuadere Mti Regiae, ut fiant, spero quod omnia illa venena, de quibus vris Mtibus per dominum Castellanum Gnesnen significavi, facillimo remedio anteverti et praecidi poterunt, si modo Mtas Regia dignabitur, sic rem aggredi, et prosequi, quemadmodum significavi.

S Acra Mtas, Connubium hoc ut initio non probavi quo ad nuptos, ita et nunc maxime non probo, aetas et conditio impar, impensa supra facultates ingens, quo vero ad Mtes vras et rempublicam, improbare non potui, sciens quantum a quibusdam captabatur. Profecto vicem utriusque sponsi doleo, nec nisi cum summa molestia his Nuptiis interfui, Me Sacrae Mti vrae humillime commendo. Varschoviae die Cinerum Anno 1536

Andreas Critius Archiepus Gnesnen
Sigismundo Regi POLONIE

S Acra Regia Mtas et domine domine clementissime. humillimam nostri commendationem. Mandato vrae Sacrae Mtis satisfacientes convenimus huc Varschoviam ad Matrimonium Illmae dominae Ducis cum Mgco dno Palatino Podoliae conficiendum, arbitrantes, quod ea quae in Instructione a Sacra Mte vra habebamus iam antehac istic apud illam condicta et constituta fuissent, maxime cum huiusmodi tractatus, inscriptiones, et obligationes non parum multum temporis exposcant, et nos non nisi unam diem ad negotium tanti momenti transigendum habere potuimus et eam quidem in qua omnes plus de munditiis et cultibus in die crastinum Nuptiis designatum quam de ullis aliis rebus erat

sollicitati, vnde cum hic nihil de hoc prius condicti dispositiq[ue] repe:
rimus: praeter magnum ad Nuptias Conuentum, non mediocrem
molestiam in tractatibus meis nos subire oportuit, vna enim ex
parte cauebamus, ne quid nisi iuxta Instructionem vrae Sacrae
Mtis fieret, licet addendi clemencliq[ue] ea quae operepreciu censi:
remus, facultatem nobis dederit, ex alia vero parte metueba:
mus, ne, si quidquod in tam angusto tempore praestari non po:
tuisset, nos exegissemus, totus hic apparatus in irritum cede:
ret, cum summo dedecore et dispendio. Erant praeterea in In:
structione nonnulla, quae nobis dubitacionem et perplexitatem
quandam faciebant, proinde non confidentes nobis ipsis, nihil
nisi communicato consilio cum Rmo dno Electo Latalio Cracoviensi
domino Palatino Lanciciensi, et aliis Senatoribus qui nobiscum
huc venerant aggredi et perficere voluimus. Primum igitur quod
ad obligationem et inscriptionem de dote et dotalicio attinet, nihil
hic aliud de Iure fieri potuit, dote nondum accepta, nisi quod
dominus Palatinus Podoliae fecit sufficientem fideiussoriam cauti:
onem, se domino Duci sponsae suae cum dotem acceperit, et quantu:
mcumq[ue] acceperit, ac donationem propter Nuptias in dimidia bono:
rum suorum parte aequiualente, et libera per omnia, ita refor:
maturum, vt de Iure firmius, securius, sufficientiusq[ue] debebit
Ideo vero additum hoc, quantumcumq[ue] acceperit, quod ipsa domina
Dux, vellet supellectilem, quam habet, taxari, et sibi pariter
reformari.

Inuenimus deinde articulum in Instructione, quod postquam refor:
matio dotis et dotalicii facta esset dnae Duci, deberet illa renun:
ciare omni Iuri, proprietati et successioni quam habuit ad Du:
catum Masouiae, et sibi de bonis tam paternis quam maternis esse
satisfactum profiteri. Qui articulus etsi nondum locum habebat,
cum hic ad reformationem faciendam dominus Palatinus Iure
cogi non potuit nam hoc quod in Instructione fuit sibi de dote
satisfactum esse, quod domina Dux bonis quae tenet cedere non



deberet, nisi dote accepta, ille sic ut res est, diluit. Bona esse M.tis
vrae non dominae Ducis, concessus illi duntaxat usus fructus,
donec in virginitate viveret unde Matrimonio consumato ea
omnis possessio in M.tem vram rediret, et varios esse huma-
nos eventus, multaque inter os et offam accidere solere. Nos
tamen et de hoc renunciationis articulo certi aliquid constituere
hic volentes, expendimus illum diligentius, ac revolutis priori-
bus actis et Privilegiis, invenimus non solum non esse necessa-
rium, sed etiam perquam indignum et noxium, Siquidem memi-
nisse potest vra Sacra M.tas, quod in primis vacante hoc Du-
catu, et domina Duce cum universis subditis se in sua here-
ditate et successione conservari petente. Decretum fuit Senatus
Varsoviae, et ex clarissimis Regni Privilegiis, et prioribus
in hac re transactionibus dominae Duci subditisque Ducalibus
ostensum, ipsam dominam Ducem nihil Juris, proprietatis, aut
successionis in ipso Ducatu habuisse, neque illi quicquam aliud
nisi provisionem decentem, aut dotem cum nuberet deberi, unde
illa tum solemniter renunciationem fecit Ducatus, in cuius tunc
erat possessione et subditos ab obedientia relaxavit, qui aliter
Jusiurandum M.ti vrae praestare noluerunt. Exigere igitur
nunc, ut domina Dux renunciet Juri, proprietati et successioni,
est rem actam agere, testimonium et notam in libris officii non
obscuram relinquere, ipsam dominam Ducem id habuisse quod
non habuit. Decretum Senatus et Privilegia Regni iniusta,
praeberetque illi ansam suspirandi et querendi sibi vim et inju-
riam per Decretum Varsovien factam. Si illa externo principi
nupsisset, qui Decretis Privilegiis, et Juribus Regni non
subesset, expediret forte iterum, et ex superabundanti, huius-
modi renunciationes, et alia id genus fieri, sed a subditis id
exigi et supervacaneum et prorsus indignum videtur ex causis
supradictis, suspendimus igitur unanimi sententia hunc articu-
lum, qui alioqui adhuc locum non habebat in deliberationem

vrã Sacrã Mtis, vt super hoc et aliis Instructionem dare et domino Thesaurario Regni, vel cuipiam alteri, vt cum dos illis numerabitur et reformatio fiet, illi vicissim faciant id totum quicquid Mti vrã, magis expedire videbitur. Interim ad hoc nulla alia maiori opus est Mti vrã cautione, quam quod et ipsi, et dos, et bona quae domina Dux tenuit, sunt in manu et ptate Mtis vrã, potest, antequam aliquid accipiant vti melius videbitur et vt volet, illis praescribere. In cuius gratiam nos humillime commendamus. Datum Varsoviae die prima Martii Anno dni 1536.

Andreas Critius Archiepus Gnesnen
Bonę Reginę Polonię

Accepi iam in procinctu itineris lras vrã Sacrã Mtis quas vt soleo magna voluptate legi / Scribere dignatur in primis fuisse potius vt totum negotium dominę Ducis Masoviae et eius Mariti, Varschoviae confectum esset, ne quid restaret, quod exigere, et Mtes vrãs molestare, possent, Clementissima mea domina, ex copia literarum, quam per meum Paulu Notarium misi, vrã Sacra Mtas clare intelligere potest, ipsam Ducem nihil habere in Masovia, praeter bona quae in vsum fructum duntaxat quamdiu innupta viveret fuerunt illi concessa, et ad precludendam omnem viam qua illa praetendere ex huiusmodi possessione, haereditatem aut proprietatem aliquam ipsorum bonorum posset, expressum est, vt Capitaneus illius non ei sed Mti Regiae Iusiurandum prestaret. Haec autem quae acta sunt Varschoviae, et illius renunciatio de qua prius scripsi, non potest vllam habere coactionis et violentiae speciem, cum erat in possessione Ducatus, et subditi omnes illi tantisper adherebant constantissime donec Iure conuicti ex Privilegio ipsorum Feudali, illam neque proprietatem, neque successionem vllam habuisse

neqz habere posse, et illa cessit Ducatui et subditi Mti Regiae Iusiurandum praestiterunt. Nunc si exigeretur ab illa renunciatio proprietatis, esset non vulgaris confessio illam esse proprietariam, et Mtem Regiam iniustum possessorem, illaqz quicqz nunc faceret, subdita cum suo Marito existens, vim et metum postea allegare posset. non videtur ergo mihi ullo pacto mentio amplius de tali renunciatione facienda. sed bene mihi videtur ut cum Mtes Vrae illi vel dotem dabunt, vel loco dotis aliquod aliud, ut illa simplicem recognitionem faceret sibi de his quae à Mte Regia ei debebantur esse satisfactum, nam non debetur illi vigore Privilegii feudalis, nisi dos, non possunt igr Iure quicqz exigere, supplicare autem et petere illis prohiberi non potest, sicut et aliis subditis, etiam si decem renunciationes illa fecisset. Ego spero quòd dominus Odrowasch nihil vel aget vel petet adversus mentem Vrarum Mtum, totamqz ille spem ponit in omnibus rebus suis in Vra Sacra Mte quantum ego ex illo intellexi. Proinde omnia sunt in tuto et in manu Vestrarum Mtum. Quòd ad ea non rescripsi quae Vra Sacra Mtas de domino Ioanne ex ducibus Vilnensi mihi scribere dignata fuit, erat in causa quaedam admiratio mea, vel stupor potius, sed cum à domino factum est istud, sit nomen domini benedictum, illum se magis quàm me et Rmum dominum Cracovien idoneum sibi videri facile eius iudicio permitto. Vrae autem Sacrae Mti immensas ago gras quòd de me aliter quàm ille iudicet, etsi tale iudicium tantae Principis non mereor neqz in me agnosco, quia tamen non potest id nisi à singulari gra proficisci, me mirifice delectat, et donec uniam Vrae Sacrae Mti tantam in me benignitatem demereri curabo. scribo haec tumultuariè inter sarcinulas, proinde veniam peto si quid ineptiè scribens.

De Conventibus institutis omnes passim praeter cerebrosos quosdam laetantur, nec dubito nos inum ex sententia confecturos

vrum vereor, ne, quemadmodum ad Conuentum generalem ad:
uolet iterum ad nos amis illa discordiê, vt multi augurantur,
nam illi qui bellum nescio cur appetunt cum ipsi inter nos non
erunt, suspicantur multi, quod alios subornabunt, quibus, vt:
cumqz exit, oportuno modo resistemus. Habebam plleraqz non vul:
garia significare vrê Sacrê Mti, cum quibus expectabam
patrem Commissarium, sed cum ille me praeter morem praeterijt,
expectanda erit alia occasio et Nuncius idoneus. Commendo ite:
rum me humiliter in gratiam vrê Sacrê Mtis Louicii pe:
nultima Martii Anno domini 1536.

Andreas Cricius Archiepus Gnesnen
Bonê Reginê Polonie

SAcra Mtas et dnã dnã mea clementissima. Humillimam mei
commendationem. Mitto vrê Sacrê Mti exemplum literarum
mearum, quibus Mti Regiê de motu Masouitico respondeo.
Mittere etiam voluit vrê Sacrê Mti dominus Lubranski
Castellanus Brzesten notam eorum quê vidit et audiuit,
est enim nunc apud me, ex quibus omnibus cognoscet vrã
Sacra Mtas, qualem ego in hac tragedia me praebeo, quê vt
prius scripsi, ludus est quando est cum subditis, quê nemini
nisi ipsis officiat, si quid temerarie patrant, quod iam omnes
negant et se excusant, licet officialibus Regiis sua non de:
sint testimonia contra illos, quê omnia ex parte vtraqz ma:
gis patebunt Mtibus vris cum foeliciter redibunt, neminéqz
nostrum futurum arbitror, qui non modis omnibus consulet
eos quos deliquisse constabit puniendos, vt audatia seditiosorum
quibus quicquid est Zizaniê, debetur, tandem coherceretur,
Nec ad eam cohercionem et ad vindicanda bona occupata

opus est armatis copiis, sed dumtaxat chartaceis, videbit
vra Sacra Mtas quando ad Conventum citabuntur, si qui
delati fuerint ~~deliquisse. Nam et nunc post~~ vel prima rebel:
lionis nota, quanta erit illorum afflictio, quanta facilitas
etiam ad nihilum reducendi et puniendi omnes, qui comperti
fuerint deliquisse, Nam et nunc post meam ad dominum Odro:
wasch Legationem, accurrerunt ad me cum illo hi qui ei
magis adhaerere feruntur, negantes et excusantes se neque pe:
tendo, vt illos Mtibus vris excusarem, quod me negavi
facturum, reprehendique palam dominum Odrowasch, quod
sine vllo fundamento obstiterit cessioni bonorum, quodque de
cedendo cum Mtibus vris Vilnae constituerit, neque id prae:
stitit, causando vxorem, calvam prorsus excusationem, obieci
et ipsius lras et titulos, meram insaniam, omnia excusabat
non temerarie neque malitiose facta scriptaque ante publica:
ta mandata Regia, allegando de titulo dominam Succa:
merariam Cracoviensem, quod etiamnum vocetur Dux Ra:
tiborien, sine iniuria alicuius, et multa id genus alia quae
longum et morosum est commemorare, ad quae omnia adhi:
bebam dominos Palatinum Lancicien, et Castellanum Brze:
stensem, quandoquidem nihil nunc sit à calumnia tutum.

In summa sic à me discessit, vt et possessionem bonorum dimis:
surus et nihil non facturus quo laesam gratiam Mtum
vrarum recuperare posset, an faciet nescio, nihil enim iam
vel polliceri vel excusare audeo, tamen si quid secus faciet
non alio nisi suo magno malo et damno faciet, verum ar:
bitror illos nunc melius cernere, quàm prius, satis enim illis
quàm vana sit ipsorum persuasio et de Iure suo existima:
tio, iam ostendi.

Sacra Mtas dum haec scribo, misit mihi dominus Epus Pre:
misliensis binas literas vrae Mtis, quarum alteris me pro

sua benignitate et in me gratia, admonet, quae mihi sint cavenda,
declaratq[ue] persuasum M[aies]ti Regiae quod dominus Odrowasch
fuerit apud me mox Lituania rediens, quod falsissimum est,
nunc primo accurrerat, legatione mea territus, vt se quod
prius scripsi excusaret. Persuasum praeterea M[aies]ti Regiae non
recte a me Varsoviae factum, quod non obligauerim in-
ptos ad cessionem Iuris et proprietatis ad Ducatum Masoviae
de quo etiam prius satis rationem reddidi, quare non mihi
solum, sed et omnibus dominis Consiliariis id visum fuerat
non modo non necessarium, sed etiam Iuribus Regni et bonae
existimationi Regiae plurimum officere. Miraricq[ue] satis non
possum sic persuaderi potuisse sapientissimo Principi, vt
potius et tutius putet accipere bona pactis aliquibus vel obli:
gationibus de cedendo Iuri et proprietati pupille, quae eam
non habet, vnde et argui posset illam esse proprietariam, et
nihilominus, omnia pacta, et obligationes quascumq[ue] nobis
fecissent, irrita fuissent et manes, non solum legibus Caesa:
reis, sed etiam Iuribus nostris, vt in Statutis fol 43 Capi:
tulo: vt viam dubiis praecludamus etc: clare continetur, ape:
rietq[ue] ianua illi alteri in Hungaria, repetendi haeredi:
tatem et successionem suam, allegando coactionem mariti, et
alia id genus, quam accipere bona iure suo Regio et pro:
prietate Regni sui more maiorum suorum, ac iuxta trea:
sactiones priores. Quando enim pater M[aies]tis suae accepit
Ducatum Ravensem et frater M[aies]tis suae Ducatum Plocen[sem]
non exigebant vllas cessiones, sive Iuris et proprietatis
sive etiam dotalitiorum maternalium etiam a Germanis
fratribus qui extabant post decessum Ducum qui vtiq[ue] plus
successionis habere debuisset, quam sorores et plus difficul:
tatis Regno facere potuisset, quam femellae. Repugnabat
etiam illi prius pro sua virili in cedenda possessione, sed
frustra vt ista quae nulli incommodat nisi sibi ipsi. Quo magis

magis miror eiusmodi resistentiam tanti fieri apud M[aies]tes v[est]ras, quae et noua non est, et solis vadiis ac poenis satis superq[ue] puniri et coherceri potest.

Longum esset singula recensere ex quibus v[est]ra Sacra M[aies]tas clare intelligere possit me vt bonum et fidelem Consiliarium decet Priuilegia Regni, Jus et honestatem Regiam bene attendisse et recte curasse, ne non suo iure et proprietate Regni, sed extortis cessionibus siue obligationibus, quae alioqui nullius essent roboris, M[aies]tas sua bona ad se deuoluta accepisse videretur, nam maiores M[aies]tis suae, vt omnem notam vitarent Duces istos esse proprietarios, non solum non exigebant vllas ab eis renunciationes, sed etiam Ducatus qui deuoluebantur, extincto Ducali titulo, in terras et corpus Regni sui redigebant, ne qua restaret ansa aliqua Regnum infestandi, siue propinquitate aliqua, seu Jure quaesito nam et Germani Ducatum hunc imperio ascribunt et talium bonorum non valet cessio et renunciatio sine co[n]sensu Caesaris et imperii, Quae omnia ego, cum haec residua pars Ducatuum Masouiae ad M[aies]tem Regiam recidit, non semel monui, sed frustra vtinam non appareat aliquando meam admonitionem non fuisse vanam, sed haec et alia reseruo in foelicem reditum v[est]rae Sacrae M[aies]tis, cuius clementiae et patrocinio me interim humillime commendo, Lou[i]cii viij Augusti anno domini 1536.

Sacra M[aies]tas miratus sum valde, quae mihi v[est]ra Sacra M[aies]tas de domino Bilinski scripsit, nam et semper contrarius fuit dominae Palatinae Podoliae, et pro Juribus Regiis, cum omnibus semper decertabat quem et nunc audio adesse d[omi]no Ep[iscop]o Premislien[si], vtcunq[ue] est verissime scribit M[aies]tas v[est]ra non omni spiritui credendum, si quid secus facit quam debet, suo damno facit.

Coeterum commendo V. S. R. M. ti preces domini Palatini Lanciciensis quas facit pro domino Orlowski ad Castellaniam Conariensem, credo enim quod ob id tam diu vacet, quod non probantur M. tibus V. ris qui hactenus sunt commendati, necessarius est iste Castellanus cum alii non resident in terra Lanciciensi.

Supplico humiliter V. S. R. M. ti perlegere dignetur unum solum capitulum in Statutis folio 43. de filiabus carentibus fratribus, et expendat ut prudentissima Princeps quid valerent omnia quaecumque fecissemus Varsoviae obligando nuptos et quid obstaret, quominus facerent id quod faciunt, et quidem meliori iam ratione et pretextu, cum huiusmodi obligationes illam proprietatem habere testarentur, de reformatione dotis et dotalicii materni, satis illis declaravi nihil eis opitulari, quod ex secunda legatione mea M. tas V. ra cognoscet, nam loco eius assignata est illis dos, Sed de his iam plus satis, etiam pro bonis tam paternalibus quam maternalibus, non plus exigere potest una soror quam alia etc.

Mandavit M. tas V. ra, ut ante omnes M. ti Regiae rescriberem misi itaque mox hunc puerum meum, si alios preveniet nescio, Podvodas non habeo

Andreas Critius Archiepus Gnesnen
Bone Regine Polonie

SAcra Mtas et dna dna mea clementissima . humillimam mei commendationem, Quemadmodum prius scripsi, mittuntur ad Mtes vras Nuncii ex vtroqz Conuentu, propterea plures, vt peticio Conuentus ad Jusiurandum a Ser^mo Principe Iuniore praestandum, sit honestior et ponderosior . Inter eos aut vnicus est dominus Thomas Lubranski vrae Sacrae Mtis profecto fidus seruitor, idemqz non mediocriter mutatus in his quae vituperari solebant, eum omni studio commendo vrae Sacrae Mti, habet is, habent et multi alii graues pressuras ab officiali Lancicien . Dicet etiam quid ipse aduersarius eius cum complicibus suis tentabat ad Conuentum disturbandum, habita mutua intelligentia cum turbatoribus Cracouiensibus, sed anteuertimus omnia ipsorum consilia, ad quid isti boni viri bellum tantopere expetebant, non latebit Mtes vras, vadit etiam istuc vnicus dominus Kosczieleczki Succamerarius Cracouien, qui se in omnibus Conuentibus egregie gessit . Idem fecit dominus Castellanus Calissien, et dominus Castellanus Lancicien, proinde non possum illos non diligentissime commendare vrae Sacrae Mti, meqz vna ac seruitutem meam, dominus seruet vram Sacram Mtem semper sospitem et foelicem . Princeps inclyta ex Arce mea Vmoniensi XXVij^a Maii 1536 .

Clementissima dna, quae significare debui vris Mtibus secretius erunt iam rebus mutatis, ad praemonendum satis tempestiua, cum vrae Sacrae Mtes redibunt, tamen si interim

continget cui tuto credi poterint, etiam significare non praetermit-
tam.

Andreas Critius Archiepus Gnesnen
Bone Reginae Poloniae

Scripsi iam abunde Vrae Sacrae Mti per suum servitorem de isto negocio Masovitico, ex meisque Legationibus quas ad illos inuptos feci, clare intelligere potest Vra Sacra Mtas, non esse quicquam quo illi iure subsistere et se tueri possent, omnia enim iamdudum neque semel discussa, transacta, et iudicialiter in Conventibus generalibus decisa sunt, et in libris continentur quae ut non omnibus constant, et arbitrari posset aliquis aliquam illis iniuriam fieri, ita cum in Conventu generali manifestabuntur omnibus, neque ullum contradictorem certissimum esset, neque haec repugnatio honestius, utiliusque, maiorique sediciosorum confusione puniri poterit, quam generalis Conventus decreto.

Proinde cum iam poenalia mandata emanarunt, non restat nisi exequi, et omnes ad Conventum cittare, Nam ad secunda meam Legationem nihil responsi accepi a domina Palatina, nisi lamentaciones et vanos colores, quod non repugnaret Mti Regiae, sed cedere bonis non posse donec reformationem dotis haberet, quod mihi est molestissimum, propterea quod dominus Odrowash aliter hic mihi promiserat, unde illis renunciari feci, ne quid deinceps in me spei haberent, quod pro illis intercedere ad Mtes Vras deberem, et alia quae merito debui, illis significari, Ducuntur exemplo quorundam Officialium Regiorum, qui in querelis subditorum Mtis suae, nullis mandatis parere solent, idque impune.

Haec etiam probare non possum quod a Capitaneis Lmensibus non exigebatur Iusiurandum Mti Regiae sicut Privilegium,

disponit, et vt prior fecerat qui arcem illam nulli nisi Mti suae resignare debuit, proque hoc etiam citandus esset, ingens enim crimen. Quando verò Mtes vrae foeliciter redibut, cognoscent abunde, an res hoc tanti sit periculi, tanque ad puniendum et emendandum difficilis, quam arbitrantur, non plus in praesens.

Narravit mihi etiam meus Nuncius, quod ferme in totum non nisi parata pecunia vivunt in ipsis bonis, male enim seminarũt et quod messum est, consumpserunt, videntes non habere se illic Civitatem manentem. Significavit item mihi dominus Odro: vasch, quód cum vxor nolit eius consiliis parere, vult se ab illa segregare et in Russiam discedere, an verè et ex animo haec significavit, nescio, nihil enim iam in hoc negotió vel cre: dere vel polliceri audeo. Me Sacrae Mti vrae humillimè commendo. Lonicii 14 Augusti Anno domini 1536.

Instructio secunda de domina Duce Maso: niẽ quę nupserat domino Odrowasch

In feudo feminam haereditatem et proprietatem nullam habe: re, vnde nec succedere posse, nisi de speciali Privilegio domini.

Nullas donationes, alienationes, obligaciones, facere posse feuda: tarium absque consensu domini.

Sed neque dotem et dotalicium in feudo reformari posse, nisi cum consensu domini.

Quae si facta sit, etiam de consensu domini, non durare, tantũ ad vitam mariti et vxoris, nisi dominus specialiter concedat vt successió fieri posset.

Filias enim in dote et dotalició, non plus iuris habere, quã me:

quae vt dotalicium obtinere non potuit, sine consensu domini ita nec filiae.

Bona igitur quae domina Palatina Podoliae tenet, non tenere illam vigore reformationis maternae, quia matri in ipsa reformatione non ipsa, sed filii successerunt, filiis verò Mtas Regia, apud quam etiam siquid iuris ad dotem maternam in feudo reformatam haberet, nihil plus habere posse, nisi vt apud fratres habuit. vnde manifestè apparet, illam possessioné ipsorum bonorum, nullo alio iure, seu titulo possidere, quam concessione Regia, cuius concessionis Priuilegium, non se extendere, nisi ad tempus Connubii, quo sequuto, mox eadem, sine vlla condicione, vt ipsum Priuilegium testatur ad Mtem Regiam recidisse.

In summa, iudicia, transactiones et decreta in hac re Conuentuum generalium non semel iam esse facta, quibus contrauenire, subditum praesertim, absurdum et periculosum esse, sic enim oés Ducatus, in quos Regnum diuisum erat ad corpus eius redierunt licet fratres decedentium Ducum extarent, tantum abest vt Sorores fratribus succederent, aut aliquid haberent aliud quam vel prouisionem vel dotem, sed et id non teneri dominos iure feudi, filiabus feudalium, verum ex gratia id concessum fuisse istis in Priuilegio Ser^mi olim Regis Alexandri, respectum habendo ad dotem matris importatam, licet pro illa nihil sit in bonis feudalibus auctum.

Si obiicietur, vt nunc illa semper obiicere solet. cur Mtas Regia exigeret cessionem iuris proprietatis et successionis eius in Ducatu Masoniae, si non habeat, respondendum Mtem suam id non exigere, neque opus habere, satis enim superque declaratum est et decisum, illam nihil iuris, proprietatis et successionis habere in ipso Ducatu, sed Cancellariam, cui nódum constant transactiones de hac priores, vt pote quae illis non interfuit, neque acta Cancellariae ibi habet, annotasse id

more iudicii terrestris Regni, committendo tamen arbitrio
Commissariorum in omnibus addendi, demendive, prout ipsis
rectius visum esset, qui cognoscentes huiusmodi renunciationem
non solum esse supervacaneam, sed etiam cum iuribus et Pri:
vilegiis Regni pugnare, eam non exigendam, et omnes Con:
siliarii tunc presentes censuerunt. Scientes alioquin huiusmodi
renunciationes pacta et fideiussiones pupillarum adversus tu:
tores suos, de iure communi quod ipsi nunc maxime urgent
et allegant, irritas esse et inanes, pessima tutorum existi:
matione, de extorquendis ipsarum haereditatibus qua indi:
gnum esset Mtem Regiam in re non necessaria, imo Mti Suae
et iuribus Regni noxia notari.

Ioannes Latalski Epus Crac. Sigismundo Regi
Poloniae, rex tunc ex Lituania redibat, reddite
Regi in Scheressow 1536

Hosius scripsit

19 w poniedziałek Tomie.

Sacra et Serma Mtas Regia domine domine clementissime
Post perpetuae servitutis meae et orationum commendationem.
Vel ex meo ipsius sensu facile coniecturam capio, quantum acce:
pisse dolorem oportuerit Sermam Mtem Vram, cum esset illi
renunciatum, praeclarum illius monumentum, Arcem longe om:
nium quas vidit unquam Polonia formosissimam, multis cu:
ris, magno sumptu, longo tempore fabricatam, iam perfe:
ctam prope et perpolitam, subito quodam incendio magna
ex parte conflagrasse. Neque enim concedo Sacrae Mti
Vrae maiorem ut molestiam trahat ex rebus suis ad:
versis quam ego, cum siquid praeter sententiam Sacrae
Mti Vrae quandoque evenerit, id me multo vehementius
excruciet, quam grave aliquod meum ipsius incommodum
quae res etiam in causa fuit, ut tardius aliquanto Sacrae

ita
Mti vrae consolationem mitterem: quod fui repentino isto et ino-
pinato casu perculsus, magis vt ipse consolationis indigere vide-
rer, quam vt isto munere apud Sacram Mtem vram, in tan-
ta animi mei perturbatione, fungi possem. Neq; vero Arcis
ipsius iactura tantum animo meo mœrorem afferebat, leuior
ea esse videbatur, quam vt me tantopere debuerit commouere,
cum à tanto Principe facilè sarciri queat, sed quòd sciebam,
si vllam aliam rem, hanc Arcem Sacrae Mti vrae multò ma-
ximè curae fuisse, neq; aliunde ferè quam ex illius pulchri-
tudine maiorem voluptatem iucunditatemq; Sacram Mtem
vram percipere consueuisse, non potui non esse sollicitus ve-
hementer, ne calamitas ista inopinata, in maiorem aliquam
tristitiam et dolorem Sacram Mtem vram conijceret. Sed
me postea ipse reprehendi, qui de magnitudine animi Sacrae
Mtis vrae perinde dubitarem, quasi non ea multò grauiori-
bus aliis in casibus perspecta fuerit omnibus et explorata.
Non est in orbe terrarum meâ hac aetate quisquam Regum
Regis nomine dignior, quam Sacra Mtas Vrâ, quae omnes
animi sui affectiones ita regere nouit et moderari vt eas
semper in sua habeat ptate, neq; diuagari vsquam patia-
tur, est hoc animi excelsi vereq; Regii, hoc Sacrae Mti vrae
non solum laudem apud cunctos mortales, verum etiam admi-
rationem peperit maximam. Nam quos non recta ratio,
verum animi perturbationes regunt, et paulò momento huc
illuc impellunt, quos ira transuersos agit, quos vexat
libido, quos metus exagitat, quos efferunt secundae res, fran-
gunt aduersae, hi mihi etiam si cum summo sint imperio et
ptate quouis tamen alio potius quam Regis aut Impera-
toris nomine digni videntur. Decet magnum Principem qui
vnum est in terris dei simulacbrum, quam proximè ad
deum accedere, vt quemadmodum in illum nullae cadere possunt
animi perturbationes, sic ipse quoq; quoad eius fieri possit

prorsus illis vacare studeat. Sunt enim omnia priuatis libe:
riora, quorum tectiores esse possunt affectiones. Qui vero om:
nium in se ora atque oculos conuerterunt, hi quae vulgo licet
ea ne sibi quoque liceret effecisse videntur. Id quod cum pro sua
prudentia sane intelligat Sacra Maiestas Vestra, ita se gerere sem:
per conata est, vt personae suae ac dignitatis memor, grauissimi
fortissimique Regis ac Principis, nomen sola nunc propemodum
tueri possit et sustinere. Multa Sacrae Maiestati Vestrae ad volun:
tatem saepe fluxerunt, nam et victorias parua manu de
potentissimis hostibus crebras reportauit, et imperii sui
fines longe lateque propagauit, et maximorum Principum
amicitiam sibi firmam ac stabilem conciliauit, nullius vt
Poloniae Regum nomen clarius vnquam fuerit et illustrius
tamen in tanta rerum prosperitate diuinitus concessa, nihi:
lo vidimus Sacram Maiestatem Vestram elatiorem. Acciderunt
etiam illi aliquando aliqua contra animi sententiam. Fuit
enim Sacra Maiestas Vestra et Coniuge sua sanctissima chari:
ssimaque spoliata, et liberis dulcissimis orbata, plerasque etiam
Regni calamitates pertulit, tamen tot plagis acceptis, ne
pilo quidem vidimus illam demissiorem, eundem vultum
semper illius, eundem in cunctis rebus statum, non sine ma:
gno stupore meo fuimus contemplati. Neque res vlla vnquam
quod quidem ego sciam, euenit eiusmodi, quae Sacram Maiestatem
Vestram, de gradu, quod aiunt, potuerit deiicere. Quo sum
spe meliore, cum tot iam dederit Sacra Maiestas Vestra fortitu:
dinis suae praeclara documenta, ne nunc quidem illam commi:
ssuram, vt in hoc casu certe non grauissimo, sui dissimilis
esse videatur, facturam potius vt omnes cognoscant Arcis
istam iacturam, quae sarciri breui poterit, aut contempsisse
Sacram Maiestatem Vestram et pro nihilo putasse, aut animo sal:
tem fortissimo tulisse.
Quod si qui sunt, qui sibi deum tunc iratum esse putant, cum

contra voluntatem eorum acciderit aliquid, hi mihi toto, quod aiunt coelo errare videntur. Quin illud etiam non dubitanter affirma: uerim, nunquam illum nobis magis eße propitium, quam cum ita nos visitare dignatur, vt interim tamen misericordiam suam à nobis non auferat. Nisi verò parentes, eos magis odisse liberos arbitramur, in quos animaduertunt aliquando, neqȝ suo eis ar: bitratu viuendi potestatem permittunt quam eos, quibus tanqȝ desperatis iam et conclamatis, quae libent licere omnia patiantur. Non est aliud meo quidem animo certius irae diuinae signum, qȝ cum ita caedunt alicui omnia ex sententia, vt nulla vnqȝ res interueniat eiusmodi, quae possit perpetuam eius foelicitatem ali: qua tristitia contaminare. Vidit hoc ille quanqȝ Ethnicus cu: ius haec aurea fertur sententia, Nihil infoelicius eo esse, cui nil vnquam in vita euenit aduersi. Vidit hoc etiam Amasis Ægipti Rex, qui cum Policrate Samiorum Rege, cum amicitiam con: stituißet, societatemqȝ fecisset quo cum et hospitium ei fuerat, posteaquam certior fuit factus ex voto illi cuncta fluere atqȝ indies res eius secundiores fieri, admonuit hominem pro ami: citia, vt prosperis aduersa miscere conaretur. Et quando id sua sponte venire nollet, suo ipse sibi incomento, quod aiunt malum accerseret, seqȝ ipse aliquo mactaret infortunio: dispiceret in rebus suis quod haberet preciosißimum, quod amissum doliturus esset maxime, id ita abiiceret, vt nulla esse posset recuperandi spes. Amici tam fidele consilium, ex amoris abundantia profectum, non esse putauit Polycrates negligendum, Itaqȝ cum haberet gemmam signatoriam Sma: ragdum auro inclusam, maximi precii, qua delectabatur maxime, triremi conscensa, in medium illam Pelagus abiicit nunquam ad se redituram ratus. Ecce autem quinto aut sexto quam id actum erat die, piscem Piscator cepit insigni magni: tudine eum Policrati dono dedit, qui cum esset rescißus reperta fuit in aluo gemma quam abiecerat, Regiqȝ reddita. Id

simulatque ad Amasim Regem fuit perlatum, et hospicii necessi:
tudinem et societatem quam cum Polycrate conflauerat, direemit
fore augmentus, id quod non ita multo post euenit, ut tam constas
iste et perpetuus tam foelicis vitae cursus, Tragicum aliquem et
infoelicem exitum esset habiturus, atque una veritus, ne postre:
mae eius infoelicitatis ad se quoque pars aliqua redundaret. Satis
opinor hoc exemplo docemur, nihil homini magis suspectum esse
oportere, quam nimiam fortunae indulgentiam, quae quo fuerit
blandita diutius, hoc ad extremum affligit hominem crude:
lius. At vero quidem Sacrae Mti. nihil opus est Amasis isto
consilia, clementissimus ille parens et conditor humani generis
pro sua singulari erga Sacram Mtem vram misericordia, su:
binde laeta tristibus, tristia laetis permiscet. Concessit anno su:
periori memorandam ex hostibus victoriam et triumphum tri:
buit generum, omnibus et fortunae et corporis et animi dotibus
praestantem et quae rara est Principum foelicitas, eum in oculis
penis et conspectu Sacrae Mtis vrae collocauit, quam Illmae
filiam Coniugem accepisset, adiunxit etiam nouas alias poten:
tissimorum Principum affinitates, his tot bonis foelicitatibus
cum Sacram Mtem vram cumulasset, aliquid etiam aduer:
si putauit aspergendum. Quare cum in delicijs esse atque in
amore Sacrae Mti vrae Arcem tanto sumptu aedificatam
conspexisset, illam superioris temporis fortunae inuidiam,
hoc damno dato censuit esse mitigandam, quod nisi interuenis:
set aliud fortasse multo grauius infortunium accidisset obser:
uatum enim est eos qui preclaras aliquas et magnificas aedes
fabricari coepissent, simulatque illis summum fastigium impo:
suerunt de corporis sui praesidio discedere ipsos, in viuis
esse desijsse. Non longe abierit Sacra vra Mtas. Ante:
✝ Tomicius
cessor meus vir et de Sacra Mte vra et de repub. tam
prophana quam Ecclesiastica Regni huius optime meritus, in
cuius ego locum beneficio Sacrae Mtis vrae successi, nome

id ipsum temporis quo iam absoluerat pulcherrima aedifficia, quae multis annis magno fuerat impendio fabricatus, coactus est aedes suas manu factas relinquere, et aeternam illam in domum discedere, incredibili sui apud omnes desiderio relicto. Tale quiddam proculdubio Sacrae Maiestati vrae impendebat, sed audiuit deus preces supplicum pro diuturna salute et incolumitate Sacrae Maiestatis vrae, suam subinde misericordiam implorantium, quod olim de Ezechia Rege fecerat, vt solem decem gradibus retrocedere iuberet, atque ita ad tempus vitae, cuius vsura iam illi erat exipienda, quindecim annos adiungeret, idem, sed alia ratione de Sacra quoque Maiestate fecisse videtur. Qua enim illa telam exorsa fuerat et iam propemodum absoluerat, eam deus nunc retexuit, vt stamina vitae Sacrae Maiestatis vrae tanto trahi possent tempore longiore. Quae res si sit a nobis diligenter considerata, magis adeo est, cur deo gratias agamus, vrae vero Sacrae Maiestati gratulemur, cuius vita longior hoc incommodo leniore redempta quodam modo esse videtur, quam quod illam consolari necesse putemus. Itaque nunc nihil aliud quam Deum precor optimum Maximum, qui saepe nobis etiam inuitis et recusantibus melius prospicit, quam vel optare nobis in mentem veniat. Illum precor et semper precabor vna cum vniuerso clero meo vt augurium hoc meum de Sacra Maiestate vra confirmet, et non quindecim solum verum etiam plures annos ad actam iam aetatem Sacrae Maiestati vrae accedere patiatur. Cuius me gratiae clementiaeque commendo Cracoviae die octobris Anno domini 1536.

Annus domini 1537

Sub finem anni 1536 indictus fuit Conuentus generalis regni Cracoviae ad diem omnium Sanctorum. Ad eum Conuentum Rex e Lituania venit, arcem Cracouiensem exustam inuenit. Signum id erat seditionis domesticae, et Comitiorum turbulentorum ac furiose actorum. vt in sequentibus apparet.

Conuocati vero erant consiliarii ad eum Conuentum Litteris sequentibus.

Sigismundus primus Rex Poloniae. Consiliariis primoribus.

Reuerend in Chro pr, Mag^ce sincere nobis dilecte. Etsi grauibus hic negotiis et bello cum Moschis nondum neque confecto neque sublato occupati distentique sumus adeo vt non admodum facile hinc nos explicare possimus: tamen Consiliariorum regni et omnium subditorum meorum desiderio rogatuque et rationibus Regni cuius salus et tranquillitas nobis curae est ita postulantibus, adducimur vt hic rebus quam commodissime fieri poterit compositis, primo quoque tempore reditum ad Regnum nostrum accelerare et Comitia solito citius celebrare statuerimus. Quum autem speremus Illres Palatinos Reni, Philippum, et Ottonem Henricum, fratres germanos pronepotes meos vel certe alterutrum ex his ad nos venturum esse R^d, quum id a nobis aliquantum iam tempus contendisset, eo vsque distulimus quoad in Poloniam hinc reuertissemus: quum item accepimus venturos esse ad nos Legatos a magnis aliquot Principibus, et quod S. tuam non latet cum Sermo Rege Romanorum de matrimonio Sermi filii mei iam nobis transigendum sit quo commodius isti omnes et Principes et Legati atque Oratores pro dignitate mea accipi possint existimamus esse operaepretium vt ista ipsa Comitia Crac celebrentur, quae res etiam ex vsu meo fuerit, quod ingrauescens haec et affecta aetas mea exactiorem curam placidioremque ac teneriorem vitae degendae rationem postulat: tamen nihil hac de re, sine consilio et assensu S. tuae et aliorum Consiliariorum meorum mea consuetudine facere volumus Itaque hortamur et postulamus S. tuam diligenter, vt cum animo suo reputet et sententiam suam nobis perscribat: ne haec translatio Comitiorum reipublicae rationes et negotia interpellatura remoraturaque esse videatur: tametsi ista quoque quae modo percensuimus ad rempublicam pertinere arbitramur. Quod fecerit pro officio suo et gratia mea quae bene valeat Vilnae XXI^a Junii Anno domini M.D.XXXVI° Regni mei anno XXX°

Sigismundus primus Rex Poloniae Primoribus Regni Consiliariis

R^me Rende Mg^ce sincere nobis dilecte. Quamlibet variis curis ~~cumprimis illud atque~~ sollicitudinibus distenti distractique, tamen cumprimis illud studio nobis habemus vt regnum meum et ab externorum bellorum metu et ab internis periculis liberum

liberum et immune tranquillumq3 atq3 florentissimum efficiamus. In quam curam atq3
cogitacionem incumbentibus nobis offerunt se primum Scythe: gens rapto
vivere solita: qui quum hactenus intestinis inter se dissidiis laborassent opera
et diligentia Turcarum Imperatoris cui hoc maxime cure est fortassis iam
inter se conciliati sunt: et quum sua sponte suopteq3 ingenio paccati et
quieti esse non possunt tum à Valacho vehementer sollicitantur vt Regnum
meum incursionibus vexent ac dilacerent. Deinde ipse etiam Valachus non
contentus ea contumelia qua nos vastando exurendoq3 tractum Pokucien
affecit, ad maiora insuper spiritus attollit, quod videt impune sibi cessisse
suam audaciam. Crucifferi quoq3 cum quibusdam Principibus occulta captat
consilia vt quasi aliud agendo improvisi ditiones meas Prutenicas aggre:
diantur, et alia quidem dirigerent: Ducatum vero Prussie nobis eripiant.
hoc accedunt intestina peccata, neglectus legum atq3 sanctionum, que tamen
ipse nondum correcte neq3 stabilite sunt: contemptus Magistratuum:
et alia quedam que plus triennio nobis istinc non sine gravissimis causis
absentibus increbescerunt à quibus nisi tempori occurratur non minus for:
tasse quam ab externis bellis impendeat periculi. Frustra enim sunt arma
foris nisi sit consilium domi. At hoc non adeò facilè neq3 capi neq3 suc:
cedere solet nisi equo iure vivatur, nisiq3 legibus et Magistratibus
pareatur. Postremo non parum etiam ad summam reipublice pertinere
arbitramur vt Serenissimus filius meus Sigismundus Augustus Rex Polo:
nie quod à subditis suis pariter atq3 meis insinuandum accepit idem
nunc vicissim illis det et fidem meam qua pro ipso eadem re obstrin:
xeramus liberet: quum enim is iam attigit annum quo illud insinuandum
subditis suis daturum esse receperamus.

De his itaq3 et aliis Regni vsibus more meo in commune consulere et omnia
que decernenda faciendave sunt publico omnium ordinum consensu decerni
et fieri cupientes: quoniam par est vt Serenissimus filius meus ibi insinuandum
det subditis vbi ab eis ipse recepit et vbi alii quoq3 Reges ante dare
soliti sunt: deinde nos ea sumus etate, ea virium imbecillitate, iis cu:
ris confecti vt tantum tamq3 molestum iter quo hinc istuc nobis proficiscendum
erit non sine gravi corporis iactacione emensi commodiori loco tenerior:
req3 vivendi ratione opus habeamus. Indiximus generalia Regni
Comitia Cracovie ad festum omnium Sanctorum eaq3 precedere volumus
particulares et communes terrestres Conventus: quorum particularem
quidem tractui Cracoviensi in Proszowicze ad diem . . N.

Communem vero terrestrem in Corczyn [illegible] indicimus Itaq3 horta:
mur .S. tuam primum vt ad particularem atq3 inde ad communem
terrestrem Conventum proficiscatur: et vt prudentes graves et maturi
Nuncii deligantur et cum integra plenaq3 facultate allegentur pro:
videat. Deinde ad generalia Comitia tempestive vt adsit et Nun:
cios item vt adsint moneat. Convenit enim magnopere quando:
quidem nos tanta locorum intercapedine et itineris magnitudine tem:
pori affuturi sumus ne .S. quoq3 tua moram faciat: neu se preter
decorum expectari sinat In quo fecerit .S. tua officium suum et nobis
gratum beneficentiaq3 mea compensandum. S. tua bene valeat
Vilne XX Augusti Anno domini M.D.XXXVI° Regni
mei anno XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis minoribus

Generose fidelis dilecte. Multa et magna Regno meo ingruunt pericula non solum ab hostibus Scythis Valachis et Crucigeris sed etiam a domesticis subditorum meorum peccatis, absentia mea invalescentibus quibus ut publico omnium ordinum consensu mature occurratur indiximus generalia Regni Comitia Cracovie ad festum omnium Sanctorum celebranda, ut et nos maiore commoditate vires etate curis morbis et longis atque molestis itineribus afflictas reficiamus, et Serenissimus filius meus Rex Polonie insinuandum uti debet subditis suis eo quo accepit, quoque alii Reges ante dederunt loco prestet Itaque mandamus F. tue ut ad ea se tempori conferat nec se a nobis quod indecorum et indignum esset expectari sinat. Ad particularem quoque Conventum que in tractu Cracoviensi in Prossovicze, ad diem . S. N. instituimus et ad communem terrestrem qui in Corczin: die. S. N. celebrabitur F. tua prius proficiscatur detque operam ut Legatio pro limitata gravibus et prudentibus viris ad generalia Comitia demandetur. In quo faciet F. tua officium suum quod nos vicissim gratia et benignitate mea, pro tempore rependemus Vilne XX Augusti Anno domini M. D. XXXVI

Ad Nobilitatem terrarum etiam scripsit: ut Conventibus particularibus interessent et Nuncios ad Comitia idoneos mitterent cum plena facultate

Ad Capitaneos regni: scriptum etiam est: ut Conventus publicari facerent.

Ad Capitaneos Masovie adscripta sequens clausula fuit

Quia vero petiti sumus nomine Nobilitatis Ducatus nostri Masovie ut liceret eis de Statutis et consuetudinibus Iudiciorum colligendis inter se consultare et ad nos postea referre propterea nos id eis permittendum volumus ut F. tua eos admoneat ut in eisdem particularibus Conventibus hoc ipsum faciant et Nuncios qui ea de re in dicto Conventu communi terrestri agere et constituere possint cum plena facultate eligant pro officio suo et gratia mea. F. tua factura

Legatio à Regia Mte ad Conuentus particulares missa

Primum omnium Legatus Regię Mtis nomine omnes quotquot in Conuentu de repub.ca consultaturi congregati erunt vna salute salutabit et Regiam gratiam ipsis comiter deferret. Deinde reliquam oratione ad hoc praescriptum contexet.

Permulta mihi verba in celebri hoc et frequenti consessu D. vrarum facienda essent: nisi plerisq; omnibus compertissimum et exploratissimum esse scirem quanto studio: quanta cura: quanta sollicitudine Regia Mtas dominus nr clementissimus in eam cogitationem incumbat vt subditorum ac ditionum suarum saluti incolumitati tranquillitatiq; quam optime vndequaq; prospectum et consultum sit. Nihil enim, neq; ope neq; sumptibus: neq; valetudini: demiq; et vitae suę parcit dum affecta ista atq; adeo confecta magnis laboribus et molestiis aetate sua, exhaustis viribus, plurimis et grauissimis morbis debilitata, longa molesta et periculosa emetitur itinera vt ditiones suas vt cuiusq; vsus maxime postulare videtur obiens et boni Regis offitio fungens impendentibus quibusuis periculis oportune obuiam eat: labantia erigat vitiosa et publicam foelicitatem labefactantia corrigat: subditosq; omnes aequabili iure tueatur ac defendat, demiq; summotis omnibus impedimentis regnum et Dnia sua paccata et tranquilla quam florentissa faciat et conseruet.

Hinc adeo factum est: quum ante tres annos Lithuania Mtis ipsius pntiam atq; opem vehementer non solum postularet sed etiam flagitaret vt ipsius Mtas quamuis dolore pedis ac totius corporis imbecillitate detenta iustam excusationem habere posset: paruam tu habuerit rationem valetudinis suę, prae vt rationibus et necessitatibus Lithuaniae consuleret.

Vbi quum toto hoc triennio atq; adeo amplius plurimis et grauissimis negotiis distineretur nihilo tu minus de tuendo seruando et ornando Regno Poloniae cogitauit, ob idq; Conuentus aliquot indixit et instituit, in quibus, Legationibus missis hoc egit sedulo: Primum vt omnibus ob oculos poneret ea, quę publicam Regni salutem ac tranquillitatem interpellatura et conturbatura queq; contra praestatura auctura et confirmatura esse viderentur: deinde vt commonefaceret iis de rebus omnibus vt publico omnium ordinum consilio et consensu et coniunctis voluntatibus statueretur decerneretur q;.

Et quecunq; statuta et decreta sunt ea omnia vt mature atq; diligenter perficerentur nihil opera neq; diligentiae praetermisit nihil vt in se Regii officii desiderari pateretur. Sed tamen quum omnia fecisset illud certe ipsius Mtas absens praestare non potuit vt sic omnia semel constituta essent nihil vt in posterum periculi vel ab hostibus vel à domesticis peccatis et erratis reliquum esset.

Primum enim Valachus cladis acceptae memor, captata ex absentia et occupationibus Regię Mtis occasione, quum anno ab hinc altero Regnum Poloniae cum infesto exercitu ingressus, tractum Pokuczien populabundus ferro et incendiis longe lateq; vastasset non conquieuit: sed quum impune illud sibi cessisse videret maiores sumpsit spiritus, cauitq; diligenter et obstitit ne tractus ille prorsus pagis vicis

oppidis et agricultura instauraretur communiretur habitareturq;
desertum ut ipse occupare et vendicare sibi posset. Ad haec incursio-
nibus frequentibus et latrociniis Regias ditiones vexari diripi
et vastari à suis non solum patitur verum etiam iubet et autor
est.

Nec artibus istis et improbitate sua contentus omnem praeterea
movet lapidem, omnium vicinorum et Principum voluntates sibi ad-
iungere, et adversus Regiam M.tem et subditos eius irritare
summopere studet, ac primum Thurcarum Imperatoris amicum et
benevolum animum a Regia M.te toto conatu abalienare nititur
ad quam rem suffragatores et adiutores habet suarum partium
homines qui post Imbrahimbassę caedem summo sunt honore atq;
dignatione apud ipsum Imperatorem.

Deinde et cum Moschis conspiravit, ut utriq; bello disiunctissimis locis
gerendo Regię M.tis animum et vires distrahant utriq; etia
communi consilio Scythas sive Thartaros miris technis magnis
pollicitationibus et infinitis largitionibus sollicitant ut ad
suas partes pelliciant et contra Regiam M.tem concitent et in-
flamment;

Qui quamq; toto hoc triennio à Regię M.tis ditionibus se absti-
nuerunt et pulchram insuper et egregiam operam ipsius M.ti bello
lacessendis et vexandis Moschis navarunt id quod sedulitate
ac diligentia Regię M.tis atq; etiam magnis sumptibus ac lar-
gitionibus apud dissidentes et intestina seditione laborantes perfectum
est: tamen ut sunt dubia fluxaq; imo verius nulla fide verendum
est ne donis corrupti cum Regię M.tis hostibus se coniungant
et dimissis Moschis quorum regiones vehementer devastaverunt
Regnum Poloniae improvisi aggrediantur id quod alioqui vel
natura vel potius moribus illis comparatum est ut rapto et prae-
dis undiq; citra delectum agendis vivant.

Atq; ideo verendum est magis quod Turcarum Imperator quemad-
modum Regia M.tas accepit magnopere dat operam ut eos inter
se conciliet, iamq; novum rursus eis Caesarem praefecit ut studiis
partium propter quas dissidebant depositis concordiam inter se
Christiani orbis et maxime vicinarum illis regionum malo colant
Ad haec Moschicis praedis atq; spoliis ditati ut instructiores sic
et audaciores et animosiores facti sunt.

Deinde Cruciferi quid consilii capient adversus Prutenicas Regię M.tis
ditiones satis abunde anno superiore patefactum est, sed nunc certiora
de iis atq; compertiora afferuntur nimirum coniunxisse eos vires et
consilia sua cum quibusdam Germaniae Principibus quos quietae ac tra-
nquillae vitae pertaesum est ut primo vere appetente traiecto mari Prus-
siam adoriantur: et Ducatum quidem Prussiae rursus excipiant: cae-
tera vero armis flammisq; diruerint diripiant, vastent et evertant

Ad haec externa accedunt etiam domestica mala et pericula tanto quidem illis si non perniciosiora certe periculosiora quanto minus commode praevideri et praecaveri possunt.

In hoc ordine sunt latrocinia quae sic passim vagantur ut ab eis nihil satis tutum esse possit. non solum enim angusti transitus et semitae insidentur, nec solum publicae viae infestantur verum etiam sua cuique domus iam minime tutum domicilium praestare potest. unde fit ut complures regii subditi copiis et facultatibus suis miserabiliter exuti sint, mercatoresque non magis intra regni fines quam extra: cum mercimoniis suis importandis exportandisque proficisci ausint, rationibus suis pohorem vitam habentes.

Istorum adeo latrociniorum maxima ex parte causa sunt improbi quidam et infrenes nostrates homines, qui superiore tempore in Vratislaviam et quosdam alios mercatores in Regno Poloniae degrassati, merces eorum diripuerunt: nec minus alii quidam qui latrunculos e Slesia praedas agentes apud se non dissimulanter receptant atque adeo adiuvant sic ut malo malum seritur, latrocinio latrocinium invitatur.

Et quasi non satis mali damnique et calamitatis afferat aliena improbitas: accedunt etiam ad mali cumulum domestica scelera: simultates: factiones: concertationes caedesque et manifestae et clandestinae etiam necessariorum et propinquorum quae prob dolor tantae tamque multae magna cum impunitate patrantur ut intra hos aliquot annos quibus Regia Maiestas abest, magni atque eiusmodi miserandi miraculi loco sit tot homines equestris ordinis et Nobiles quot Regiae Maiestati perscripti sunt esse trucidatos. Adeo longe progressa est hominum audax et improba licentia magna impunitate aucta et confirmata.

Sed nihil mirum quando levis admodum est animadversio poenaque moribus et legibus Regni constituta in eos qui se consulto et data opera homicidiis contaminant: quum contra gravissimis et atrocissimis poenis de capite hominis et maxime Nobilis et virtute prediti cautum et sancitum oportuit. Est enim homo res rerum omnium longe preciosissima ut qui ad imaginem Dei sit effectus.

Iam vero permultum interest reipublicae bene administrandae et conservandae certas firmas aequabiles et bene constitutas leges habere, quae res in regno Poloniae desideratur. Nam quum perplexae et pugnantes quodam modo inter se essent Regni constitutiones de quibus universa Iudiciorum ratio pendet, Regiae Maiestatis iussu magna cura atque diligentia nec minore etiam sumptu corrigi et explicari coeptae: nondum publico omnium ordinum consensu receptae approbatae et constabilitae sunt: unde illud evenit incommodi difficillima ut sit et ambigua iuditiorum ratio: dum Iudices non habent quid in iudicando sequantur. Fit etiam ut authoritas Magistratuum quae sacrosancta esse debebat contemnatur, Regia decreta et mandata negligantur. denique ut homines improbi deposito metu legum impune atrocissima quaeque designent facinora, quae res nisi tempori obsistatur, quorsum sit evasura .V. Maiestati iudicandum relinquo: neque enim libet aliquid mali ominari.

De his atque aliis id genus periculis partim ex intervallo praevisis partim etiam experimento cognitis commode evitandis, et in perpetuum semel submovendis, quamquam est aliquot iam annis hortatu et iussu Regio in commune consultatum, hactenus tamen nulla eiusmodi ratio inita est, per quam Regii subditi, ab eorum periculorum metu, immunes vitam in ocio et quiete degere possent.

Decernuntur quotannis publicae exactiones unde praesidiis in Podolia

ad defendendam regni tranquillitatem collocatis stipendium numeretur. que quamvis eiusmodi sint ut sine iis à Scytharum incursionibus Regnum Poloniae tutum esse non possit. passim tamen iam molestae et odiosae esse incipiunt, id adeo fieri existimant exactorum vel negligentia vel cupiditate, vel utraque.

Censent enim plerique tolerabiliores esse posse exactiones et maiori emolumento, si et iuste diligenterque ab exactoribus exigantur, et exacta ad unguemque subductis rationibus domino Thesaurario regni annumerentur. Quod si fieri (ut usus postulat neque Regia Mtas recusat) debet: nova ratione: novis constitutionibus ad eam rem opus erit.

Haec igitur omnia, compluraque alia, bene ut constitui possint, perpendens Regia Mtas diligens et maturum consilium postulare, volensque more suo cum universo Senatu Regni, et Legatis terrarum communicato consilio omnia decerni fierique, quo expeditior esset omnium rerum quae decretae essent ratio, citius hoc anno quam alias generalia Comitia habenda existimavit, atque iis quidem quo facilius ad optatum finem perduci possint ipsamet interesse ac praeesse statuit, quamlibet nondum compositis rebus Lithuanicis, neque certi aut comperti quicquam habens de pace vel certe de induciis cum Moschis. Id autem facit ipsius Mtas primum ut postulatis ac desiderio D. vrarum satisfaciat: deinde ne Regnum Poloniae prae Lithuania negligere atque ope sua destitutum iri velle videatur.

Indixit autem Regia Mtas atque adeo indici et promulgari iussit ea Comitia Cracoviae ad diem omnium Sanctorum celebranda. Idque communicato cum Primoribus regni Consiliariis consilio, magnis et iustis de causis fecit. Neque vero id cuiquam novum, mirum, aut iniquum videri debet. Tametsi enim Piotrcoviae fere haberi solent Comitia, tamen antea quoque à maioribus Regiae Mtis et ab ipsa etiam Regia Mte aliis locis: velut Radomiae, Visliciae, Lublini et Cracoviae levibus etiam de causis, arbitrio Regum habita sunt, at nunc Cracoviam transferendorum iustae sunt causae.

Imprimis aetas R. Mtis provectior: et corpus partim curis, partim laboribus, partim etiam morbis gravatum debilitatumque, molliorem curam et commodiorem locum, vivendique rationem, si reipub. commodis et rationibus inservire adhuc debet postulat: huc accedit longum et molestum iter, duriori anni tempore faciendum, quo Mtas ipsius ad haec ipsa Comitia ventura est unde aliquantum respiret oportet et sese reficiat.

Deinde cum Serenissimus Princeps et dns. d. Sigismundus Augustus Rex Poloniae iunior, in iis Comitiis iusiurandum subditis suis dare debeat, conveniens esse videbatur, ut is, eo loco id faceret, qui celebris esset, ubi et ipse à subditis suis prius iusiurandum accepisset, et alii Reges maiores ipsius id praestare soliti essent.

Postremo accepit R. Mtas simul atque in Poloniam rediisset, adventuros esse ad se quosdam Germanicos Principes, et Legationes Regum et magnorum Principum, de gravibus et magni momenti negotiis, quae reipub. Christianae bono et suae Mti honori futura sint et regno Poloniae non minus utilitatis quam ornamenti allatura, ii ergo Principes et Legati sicut ipsis pariter et Regia Mte, et universo Regno dignum est commode et honorifice accipiendi sunt, iique certe melius prolixius et lautius accipi possunt, quam Cracoviae ubi et hospitiorum, atque diversoriorum magna est commoditas et rerum omnium ubertas et abundantia

Quare confidit R. Mtas. D. vras aequis ~~et cohortantibus~~ animis laturas hanc translationem
Comitiorum tot tantisque de causis ex sententia Primorum Consiliariorum factam. Hortaturque
D. vras etiam atque etiam ut his atque alijs negotijs quae ex usu reipub. fore putabunt
constituendis diligenterque inter se in hoc frequenti consessu conferant et Legatos
graves et prudentes viros ad generalia Comitia suo omnium nomine mittendos deli:
gant ijsque plenam et non limitatam potestatem cum sua Mte et Senatu regni de reipub.ca
consultandi et statuendi concedant atque decernant
Porro R. Mtas vicissim diligenter providebit ut tam domini Legati quam domini Consili:
arij qui ad haec ipsa Comitia venturi sunt, commoda habeant diversoria, utque ipsis
pro officio isto cumulatam quam oportunum erit: gratiam referat.
Praeterea autem Legatis terrarum qui longiori itinere Cracoviam venturi sunt
benignius et liberalius impensas annumerari iubebit, ut nihil damni accepturi sint
e translatis Cracoviam Comitijs
Quoniam autem fit ut magni sumptus fiant in Legatos terrestres de publico ita
ut minus commode defensio regni constitui possit: in quam ex ea pecunia sumptus
suppeditari oportebat, hortatur D. vras Mtas Ra. habeant in ea re rationem
pub.cae utilitatis, et pauciores Legatos eligant et ad generalia Comitia mittant.
Postremo quoniam Regia Mtas certo se ad constitutam diem Comitiorum quamlibet
magno locorum intervallo affuturam esse recepit. hortatur etiam tam dominos
Consiliarios, quam Legatos, ne sint in mora, neu se quod minime decorum et studiosis
reipub.cae indignum fuerit expectari patiantur. Exigit enim multitudo et
magnitudo negotiorum ut primo quoque tempore Comitia et incipiant et
terminentur. Neque vero quenquam Regia Mtas ultra praescriptum tempus
expectare decrevit, ne quid mora damni et incommodi afferat.
Illud quoque Regia Mtas D. vris renunctiari iussit indicaturam se esse in his
Comitijs omnes causas et controversias quae hactenus dilatae, decisae non sunt, decio
die ab eo in quem indicta sunt Comitia

Ad Masovitas solos

Permisit etiam R. Mtas ipsorum rogatu ut constitutiones et consuetudines suas
receptas in unum comportent, et seligant. Itaque hortatur D. vras ut ea de re nunc
in commune consultent, habitoque delectu legum et consuetudinum, et quae videbuntur
in iis emendanda emendatas, conscriptas eas ad generalia Comitia, per Nun:
cios suos mittant. Ibi vero R. Mtas cum dominis Consiliarijs Regni, quas
aequabiles esse censuerit irrefragabili edicto suo sanciet et confirmabit.
Haec sunt de quibus ut ad D. vras referrem a Regia Mte in mandatis habeo
in quibus diligenter exequendis et perficiendis facient D. vrae bonis viris
et amantibus Principibus et reipub.cae suae dignum et Regiae Mti magnopere
gratum. Quae vicissim hanc vram erga se observantiam et studium in rempub.cam
gratia sua Regia D. vris et universis et singulis compensare non praetermittet.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliarijs regni Primoribus

+ Rme etc. Cum in procinctu itineris essemus ad constitutum diem Comitiorum Cracoviae
affuturi, commodum allatum est nobis Nuncium a Praefectis nris, qui in Moschorum confinio
sunt, advenire ad nos Legationem Moschicam insignem, et ante septimum diem hic
affuturam esse, quae de pace vel Induciis nobiscum actura sit. Itaque expectare
hic eam Legationem decrevimus ne prorsus incerta hic omnia relinqueremus.
Sed ita tamen ut ea quam citissime admissa ac dimissa iter nostrum simus
accelleraturi et ante festum Sancti Martini Cracoviam adventuri. quare
hortamur et postulamus S. tuam ne gravatim hanc nostram aliquot dierum
moram ferat, et ut ante festum Sancti Martini omnino Cracoviam
veniat et Nuncios e suo Palatinatu secum adducat In quo fecerit
tam illi, quam S. tua officium suum et nobis gratum. S. tua bene valeat
Vilnae 4 octobris Anno domini 1536

+ Sigismundus primus Rex: Severino Boner Castellano Zarnovien

Generose etc. Adversum istum casum conflagrationis arcis Crac. ita ferimus, uti ferre decet eos
qui meminerint, nil sine numine in rebus humanis fieri, fieri autem omnia generis humani
bono. Itaque eam rem accepimus ut benignam ac vere paternam castigationem eam esse existimemus
Quicquid vero incendio istic reliquum est providebit diligenter f. tua ne id imbribus caeterisque
iniuria debilitetur, aut pessum eat. Itaque primo quae tecta utcunque tegenda erunt, quae sunt reli:
qua aedificia quaeque ex ruinis istis aliorum usui in posterum esse poterint, colligenda, adhaec etiam
curanda ut commode istic, quoad eius fieri poterit simus qum venerimus neve rebus
necessarijs deficiamur reliqua coram melius quando breve est tempus quo istinc absumus
Denique f. tua officij sui esse putabit id diligenter curatum volet facturam nobis gratum
In Beresgie XXIX octobris Anno domini 1536

Sebastianus Opalenczki Custos Posnanien(sis), Secretarius ac Nunctius Regius ex Conuentu Colensi

Post humillimam seruitutis meae in gratiam Sacrae Mtis vrae commendationem. Scire Sacra Mtas vra velit, quod Conuentus Srzedensis pacifice, modeste, tranquilleq(ue) et actus et transactus est. Nuncii vt erat Mtis Regiae mandatum cum plena facultate electi sunt, plures quidem quam admonitio Mtis Regiae desyderabat, verum id non dominorum Consiliariorum, nec mea culpa aut negligentia commissum est, sed praecipue Nobilitatis preces effecerunt, quae constanter et summis vocibus exclamabat, Nunc expedit vt plures quam antea vnquam eligantur Nuncii. cauentes autem domini Senatores ne diuersitas quid difficultatis pariat assenserunt Nobilitatis precibus. Electiq(ue) sunt a Nobilitate sex, a Senatoribus totidem, quorum omnium nomina descripta vna cum Articulos illis datos vrae Sacrae Mti mitto.

In hodiernum Colensem Conuentum nemo venit, solum modo Rmus dominus Archieppus Suffraganeum suum misit, vt illius Rmi Dnis, propter aegram valetudinem, absentiam excusaret. Sunt et duo Nuncii, vnus ex Lanciciensi alter ex Brzestensi Palatinatu. Ego videns neminem aduenisse, accessi locum solitum Conuentionis, et pro debito meo diligentia facta, in hospitium meum abiui.

Habet iam Mtas vra Sacra vtriusq(ue) Conuentus exitum, si etiam caeteri tales fuerunt, spes est optima, generalem et breuem et tranquillum futurum, quod vt ita fiat faxit Deus. Tandem precor vt Mtas vra optime valeat et foelicissime regnet. Datum in Colo xix Octobris Anno domini 1536

A dominis Consiliariis in Conventu Srzedensi Nuncii electi isti

Castellanus	Międzirecensis
Castellanus	Rogosnensis
Succamerarius	Cracoviensis
Succamerarius	Calisiensis
Raphael	Lieszczinski
Albertus	Jablkowski

Nuncii à Nobilitate electi

Succamerarius	Posnaniensis
Succamerarius	Wladislavien. Lipstowski
Nicolaus	Kobilienski
Joannes	Zaremba
Stanislaus	Kosczilieczki
Nicolaus	Splawski

Artikul Pierwshi

Abi Correcturi praw, ktore są wolnosziam pospolitem barzo skodliwe, tak iako sę na Seimie Piotrkowskiem skazone i wniwecz obroczone, aby zadna daliei o nich zmienka niebila, a gdiß w Possełstwie krolia ie° M.ci o nich zmienka uczi: niona, iakoby prawa skonczone niebili, czego obawiacz się trzeba abi ich wznawiacz niechcziano, ku nieswolienstwu Schliachti pospolitei i prawa pospolitego, ku ktoremu nieswo: lienstwu izesmy przi wiedzieni bili. Przeto aby Poslowie wzad: na rzecz niewstempowali ani wstempowacz smieli, aseh Krol ie° M.cz potwierdzi skazanie tich to correcture podlug listow natem to Seimie Piotrkowskim, przez pany ich M.cz dane. Bo many prawa stare i wolnosczi przi ktorich stoimy

i stacz chczemy, i te a nieme krol ie^o M^cz mlodi powinien poprzi:
ssiancz. A tak panowie Poslowie nieraczcie maczei dzia:
lacz, ani wzadna inssa rzecz wstempowacz liecz to odzierzaw:
schii, bocz natem wssitka rzecz pospolita zaliezii

Artikul wtorii

Thesch gdi za wolia milego boga, i za sczesczjem panow Canclie:
rza i Podkanczlierzego, tak dlugo te vrzendi prozniia anie:
ssa do thego czassu rozdane, proscie krolia ie^o M^ci, abi ie^o
Kro. M^cz raczil wrozdaniu thich to vrzendow vzjvacz
radii panow a Rad swich, ate vrzendi raczil rozdacz
liudziem godnijm cznothliwim, pobozniim, niedrapiezliwim,
nielakomim, panu bogo i liudziem wdziecznii prze ich dobre zacho:
wanie stand sie bendzie nadziewacz laski milego boga, i dobre^o
pospolitego.

Artikul trzeczi

Panowie Poslowie izbiscie tesch Krolia ie^o M^ci i panow prossili,
abii gdi wssch tak wielie podatkow zaszczesnego panowanija kro:
ie^o M^ci dawali, ku vzbogaczeniu ie^o Kro: maiestatu, a iusch
ie^o kro. M^cz tak vbogaczon iesth, izbi namich i na ich podda:
nich nieraczil wienczei podatkow wicziegacz, ktorzi iusch
tak ssa zubozeni isch wienczei dawacz niemogą, alie abi ie^o
Kro. M^cz, tak iako przodkowie iego Kro. M^czi czinili, ato
wschelijakich wiazdow nieprziiaczielskich bronicz, tak iako po:
winien, raczil.

Artikul czwarthii

Thesch raczcie Krolia ie^o M^ci prossicz, abi ie^o Kro. M^cz raczil
przikazacz, abi s Cancellariei Mandatow niewidawano, ktore
bij bili przeczjwko prawu pospolitemu, Abowiem ich vrzend:
niczi sluschnie przijmowacz niemaią, abij o to ie^o Kro. M^cz

na vrzendniki nie raczil sie gniewacz, bo ich wedlie prawa przijmowacz nie maia.

Artikul Piathii

Abiszie tesch raczili przipominacz o krziwdii, ktore sie dzieia s Sliaska Ziemianom to w Coronie Polskiei, ktorzi zadnei sprawiedliwosczi nigdi doiscz nie mogą tam w Sliasku, a zwlaszcza pan Rogozienski, ktori iusch od wielie liath wielkimi nakladii iezdzi, chczancz miecz sprawiedliwoscz o krziwdi swoie, ktori iei miecz nie moze, ani na zadni listh iego Kro. Mczi ~~abi iego Cro. Mcz~~ chcza vdzialacz. Przeto prosszie ie° Cro. Mci, abi ie° Cro. Mcz raczil ktorim kol:wiek obiczaiem wto laskawie weirzecz abi mu sie tam spra:wiedliwoscz stala, abowiem to ie° Cro. Mcz powinien vczi:nicz iako poddanemu swemu.

Artikul Szosthi

P .rzitim panowie Poslowie czlo nowe abi bilo skazone na Sblia:chczie s ktorego czla Riczerstwo wielkie vczisk i sbkodi maią, i okolo tego sila Sliachti na Seimie skarzili, oto abi proschono Crolia ie° Mczi.

Artikul Siodmii

O Porocz ki tesch panowie Poslowie prossiini, abi czassow zwi:czaimich biwali, abowiem przes przedluzenie tich Poroczkow Riczersthwu sie wielkie krziwdii dzieią.

Artikul osmii

P Anowie Poslowie v. Mci prossi pospolithi czlowiek, abisce prosili ie° Cro. Mci, abii raczil postanowicz, abi Duchowi:m nie smieli sie vkwapiacz Interdictem na Riczersthwo, asch orzeczi w Statuczie postanowione.

Artikul dziewiathi

Tesch o dziesienczini ktorich niewitikaią, asch o Swientem Mi:
chale, przes ktore omieschkanie witikania sila sie riczer:
sthwu i ich poddanim skod na polu dzieie.

O Dziesienczini ktore Duchowni bierzą spusthich rol, ktorich
bi brac niemiano, a zwlascza tim ktorzi sobie w borach
albo w lissiech wiprawiaią.

Artikul dziesiathi

Tesch abi Dziedzictwa w Miasteczkach na Koscziołi nie:
odkazowano.

Artikul iedennasthi

Abi zadne Miasto a zwlascza Crolewskie, nie smiali sami piva,
zadnich rzemiesl postanowiacz, chiba ich Mcz panow Woie:
wod, aizbi sie wedlie Statutu wtim zachowało.

Artikul dwanasti

Abi bilo przipominano o sluzebne, ktorzi z Moskwii cziagnącz
do domu za czwiercz liata wracali, ktorim obieczano bilo
oprawicz, a onim sie dossicz niestało.

Conclusio

PAnowie Poslowie tocz są artikuli krotkimi slowi napisane
ktore .v. Mcz raczcie slowi szerschim wiwiescz, to .v.
Mci roznmowi a wimowam porucząmi, a sswimi sie pani
raczcie zgadzacz abi Correcturi praw, ktore są wolnosciam
pospolitem barzo szkodliwe, tak iako są na Seimie Piotrkow:
skiem skazone, i wniwecz obrocone, abi zadna o nich daliei
wzmianka niebila, agdisch w Poselstwie Cro: ie° Mci zmienka
vczinona a przipomniona, iakobi prawa skonczone niebili, oka:
zuiącz sie.

Sigismundus Augustus secundus Rex Poloniae iurat leges, iura, Privilegia, immunitates regni conservare et, donec vixerit Rex pater, imperium in Regno sibi ipsi non usurpare VI^a Februarii 1536

Sigismundus Secundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. dominus et haeres. Significamus testatumque facimus universis et singulis cuiuslibet ordinis, dignitatis, et conditionis hominibus. Cum Consiliarii Regni mei Poloniae singulari quadam propensione erga Ser.mum parentem meum ac dominum dominum Sigismundum, eius nominis primum Poloniae Regem, et erga nos prosapiamque meam universam adducti, anno ab hinc septimo, nos Regem Poloniae designarent, eidemque regno obedientiae et fidelitatis iureiurando nobis dato nos inaugurarent, recepit eis pro nobis et spopondit et literarum monumentis consignatis cavit idem Ser.mus parens meus, quo volente et adnuente haec fiebant, minime teneri ~~eius~~ eos iureiurando suo, quod nobis praestitissent, nec imperio meo parere debere, nisi nos ipsis vicissim iuraremus: nos omnia iura Privilegia, libertates, literas, et immunitates iustas et legittimas eiusdem regni mei Ecclesiasticas et Seculares, quibusvis hominibus et ordinibus, nemine excepto, a maioribus meis Regibus Poloniae praesertim vero a Divo Casimiro antiquo, Ludovico, Wladislao proavo, Wladislao magno avo, Casimiro avo, Joanne Alberto, et Alexandro patruis, et Ser.mo Sigismundo primo patre meo donatas, omnino ratas habituros esse, servaturos et defensuros: omniaque iniquae ab eodem regno abalienata atque distracta, pro viribus meis recuperaturos, et ad unionem Regni aggregaturos: nec imminuturos

fines eiusdem Regni Poloniae, se aucturos potius, prolaturosq; quoad poterimus: Atq; id iusiurandum ut tum denique daremus cum adultiorem aetatem attigissemus: hoc est cum quintumdecimum aetatis meae annum egressi essemus: verum ea lege tamen ut universa eiusdem Regni Poloniae potestas, imperium et iurisditio penes Sermum parentem meum esset, quoad is viveret.

Id vero tempus praescriptum cum advenisset, iuravimus publice in Summo templo in Arce Cracovien quarta die Februarii anni praesentis verbis conceptis ad Sancta dei Evangelia, in eam sententiam cuius supra meminimus, et Sermi parentis mei fidem pro nobis datam liberavimus. Caeterum ut pactis illis et condicionibus quibus regnum ad nos delatum est stemus, et ne idem illud Regnum nostrum ullis difficultatibus atq; turbis involveremus memores paternorum beneficiorum, officiiq; mei, atq; benevolentiae singularis erga nos omnium subditorum meorum, recipimus, spondemus, et regio verbo meo pollicemur, primum, omnia nos quaecunq; iuravimus, omnibus subditis meis. Incolis Regni Poloniae, cuiuscunq; ordinis et conditionis fuerint, absq; ulla controversia servare, defendere, et exequi velle. Deinde nihil nos imperii neq; iurisditionis vivente Sermo patre meo, nobis esse usurpaturos, neq; coacturos quemq; invitum et recusante voluntati iussisq; meis parere: Sed in ipsius Sermi parentis mei potestate, quoad victurus est, omnia, nosq; ipsos etiam esse futuros. Postremo, post obitum, quod etiam sero contingat, Sermi parentis mei, neminem praedictorum subditorum meorum parere nobis debere, nisi prius ipsis universis, omnia Iura, Privilegia, tam Regni mei Poloniae, et ditionum eius, communia quam privatarum personarum, aut locorum quorumcunq; privata et quaesitas libertates, literas et immunitates, a supramemoratis maioribus meis donatas, quaeq; deinceps adhuc a Sermo patre meo, quamdiu vivet donabuntur et constituentur

literis meis confirmaveximus, et iuxta continentiam et teno:
res earundem in debita executione posuerimus. Quae omnia
pro viribus meis libenter faciemus, et exequemur. quod vt
certum firmumque sit, haec litteras signo meo quo nunc vtimur
consignavimus, et manu nostra subscripsimus. Datum Cra:
coviae die vi^a Februarii Anno domini 1536.

Conventus Regni generalis ad diem Sancti Martini Cracoviae indictus: qui 82 diebus duravit, hoc est a duodecima Novembris 1536 usque ad 2 Martii 1537

Concordata Consiliariorum cum nunctiis terrestribus super postulatis equestris ordinis Regni Poloniae.

Quae tamen omnia post longas deliberatiões et contenciones in eodem Conventu factas ad effectum non sunt deducta: Quia cum Rex nonnullis postulatis non assensisset, re infecta Conventus est solutus.

Domini Consiliarii cum Nunciis terrestribus concordarunt et cõ:cluserunt, ut Rege Poloniae mortuo, denunciatiõ de morte re:gia, more antiquo per universum Regnum fiat. Conventusque generalis edicatur: in quo Rex novus eligi debet, super qua re Privilegium detur in hoc pnti Conventu quo caveatur, eni:terms futuris temporibus, ut Regis electiõ sit libera, qui Rex eligi debet, cum omnium Consiliariorum, Prelatorum, Ba:ronum, Militarium, Nobilium, et aliorum omniũ qui ad eum Conventum congregati fuerint consensu et voluntate

De Theloneis foralibus, Pontalibus, et aliis grauaminibus Nobilitatis propter Priuilegia priuata in derogationem publicę libertatis con: cessa

Domini Consiliarii cum Nunciis terrarum, censuerunt rogandam Maiestatem Regiam: ut Priuilegia priuatis personis aut Ciuita: tibus post publicum Regis Poloniae Priuilegium concessa: quae essent contra publicam Nobilium libertatem, ea omnia praesentis Conuentus decreto cassentur, et aboleantur, uerum tamen ante omnia fiat de huiusmodi Priuilegiis debita cognitio ut appare: at, quod aliquo Priuilegio, publicę libertati derogetur. Ro: ganda Regia Maiestas, ut qui in hoc praesenti Conuentu, ob loci ui: cinitatem, possent sua Priuilegia exhibere, sicuti sunt Ciues Cracouienses et Casimirienses: ad hunc Conuentum citentur. Qui uero ob loci longinquitatem adeße et sistere sese nunc non poßent: in altero proxime futuro regni Conuentu citati siue per edictum siue citatione literali, compareant cum Priuile: giis suis, ut legitime per Maiestatem Regiam et uniuersum Co: nuentum cognoscatur: quae Priuilegia iuste cassari: et quae propter utilitatem publicam, et iustis causis conceßa relin: qui in suo robore et conseruari debeant.

Posteaque uero iudicatum et decretum fuerit quaenam Priuile: gia remanere debeant: caueri debebit publice, quod Praelati, Ba: rones, et Nobilitas, cum eorum subditis et rebus omnibus, citro ultroque per regnum commeantes rigori et dispositioni Priuilegiorum praedictorum non debeant subiacere: sed ab omnibus solutionibus, Theloneis, et exactionibus, perpetuis temporibus immunes sint ac liberi.

Praeterea et in id domini Consiliarii cum Nunciis consense: runt ut a Regia Maiestate inspiceretur: ut ultra ea Statuta

quæ de Nobilium libertate à non soluendis Theloneis sunt iam ædita, constitucio̊nes in hoc Conuentu facere dignetur, in hunc modum, q̄ Thelonecatores omnes sint poßeßionati.

Quicunq; verò ex iisdem Thelonecatoribus: siue quicunq; Nobilis Ciuis, aut alius incola regni, contra publicam libertatem Nobilitatis, aliquem Nobilem exactione Thelonei, foralis, Pontalis, aggeralis, seu cuiusuis excogitatę exactionis indebitè onerauerit, et illud exegerit seu extorserit, pro hac iniuria citari peremptoriè possit ad quodcunq; iudicium, pro arbitrio eius, qui iniuriam paßus est: vel ad terrestre: vel ad Capitaneale loci illius: vel ad Regiæ Mtis iudicium, et cum talis Thelonecator, aut Nobilis, vel Ciuis per aliquod iudicium cõpertus fuerit, Theloneum, forale, Pontale, aggerale, inique et iniustè ab aliquo accepisse, talis ante omnia, illud quod inique exegit debeat restituere, deinde in poena xxviij marcarum pecuniæ actori condemnari debet, cuius pœnæ medietatem iudicium, alteram medietatem pars actorea tollere debet

Vicissim verò vbi Thelonecator: Nobilis: Ciuis, seu quiuis alius incola, ob iniustam exactionem Thelonei foralis, Pontalis aggeralis, citatus per aliquod iudicio̊rum prędictorum absolutus in hanc sententiam fuerit, q̄ vel debite illud Theloneum &c exegerit: vel id de quo accusatus est non exegerit: ille qui citauit poenam suprascriptam 28 marcarum sententia Iudicis decernendam incurrere debet, cuius media pars citato, altera pars iudicio, cedet.

In his verò iudiciis, admitti debet purgatio citato Thelonecatore cum duobus sibi similibus: Nobilis vero tantummodo solus: Plebeus cum sex similibus: et Iudeus met septimus, iuxta se nihil tale de quo culpatur exegisse: quod esset vltra prescriptum

Priuilegii legittimè sibi concessi.

Spirituales tamen poenam suprascriptam propter Thelonea à se et à suis subditis contra communem libertatem exacta in Iudicio spirituali exigent: et per Censuras Ecclesiasticas ad soluendum illa cogent.

Idem modus repetende indebitè exacta ea Thelonea quae per pñtes praesidentes tam in aquaticis qꝫ in Pontalibus Theloneis exiguntur: idqꝫ tam in regno qꝫ in terris Prussię seruari debebit.

Hoc ipsum et de Capitaneo loci, qui exactione iniqua quempiã onerauerit: erit intelligendũ.

De hiis etiam qui in possessionibus suis damnũ se accepisse que: sti fuerint ab aliquo eorum qui publico itinere pectora pecu: desqꝫ egerint: vel cum curribus et equis iter fecerint: ita statuendum domini Consiliarii et domini Nuncii censue: runt: vt ille qui damnũ se accepisse pretendit, cum ministe: riali terrestri, et cum duobus Nobilibus illud conspiciat, et protestacionem faciat.

In defectu verò Nobilium et Ministerialis si tunc haberi nõ potuerint: cum quatuor vel adminus cum duobus plebeis ho: minibus iuratis illius ville vbi est damnum illatum, aut ville vicine: et quid hiidem Ministerialis, Nobiles, vel iurati plebei, dandum pro damno decreuerint, exigat pro qua exactione si in iudicium tractus fuerit, ille qui modo suprascripto damnum se accepisse est protestatus iuramẽto suo, et recognitione illorum qui damnũ conspexerant acto: rem euadet.

Rex annuit

De Moneta

Domini Consiliarii cum dominis Nunciis consenserunt roga: Rex assensit
Rex assensit. dam esse Regiam Artem, vt et nouam monetam cudere dno

Duci et Ciuitatibus Prussiæ prohibeat: et veterem improbam de Regno citra damnum subditorum exigere dignetur, eo consilio quod vtilius et magis salutare reipublicæ videbitur

De bonis non recipiendis nisi à conuictis Jure: et sequestratione bonorum tollenda.

Consenserunt domini Consiliarii, cum Nunciis, rogare Regiam Mtem, vt in redemptione bonorum mensæ Regiæ, siue per ipsam Mtem Regiam redimantur, siue per quempiam alium de consensu Mtis Regiæ, non fiat deinceps arestatio pecunia: rum tam homini possessionato quam etiam ei qui licet sit imposse: ssionatus, fideiussores tamen pro se ipso statuit. Sed si quis: piam subditorum regiorum ex illis bonis redemptis se iniu: riam accepisse ab illo qui exemptus est pretendat: pro illa iniuria seu damno iure in foro competenti cum eo experiatur Rex assensit

Jt vt Regia Mtas homini redempto, ad migrandum ex illis bonis Regiis redemptis quod rumorowanie dicitur, sex septi: manas concedere dignetur, siue ipsa sola Regia Mtas redi: mat siue alicui ad redimendum consenciat, in quo temporis spacio, liceret homini redempto, omnes et singulas res et bona quecumque mobilia euehere et exportare, pecudes pecora et iumenta abducere ——— fiat

annuit Rex

De Citacionibus post Curiam

Consensum est vtrimque à Consiliariis et Nunctiis, vt Jurisperi: ti Spiritnales et Seculares tam ex dominis Consiliariis quam ex dominis Nunciis terrarum deligantur et deputentur, qui de: scribant formulas infrascriptas. Jn primis quæ nam sint causæ ad Judicium Spiritnale: et quæ item ad forum seculare Rex consensit



pertinentes. Deinde quae sint causae regiae: et quae illarum species: vt sciri possit, pro quibus causis ad aliquod Iudicio: rum praedictorum: et pro quibus etiam rebus ad Curiam ex terris et Districtibus euocari Nobiles debeant.

De iuribus et consuetudinibus omnium Terrarum conseruandis

reiectum ad Comitia

Roganda Regia Mtas, Idomini Consiliarii roganti vt omnes terrae, in Iuribus et consuetudinibus earu conserue: tur

Ad Comitia futura reiecta: pro: pter Statutoru diuersitatem et consuetudinem

De Abbatibus et Prepositis Monaste: riorum Regni

annuit Rex

Petenda Regia Mtas vt in posterum, confirmare neminem in Abbatem seu in Praepositum Monasterioru Electum dignet: nisi qui sit gentis et nationis Polonicae. hoc prouiso, vt si in Mo: nasterio Nobilis idoneus reperiatur, is in Abbatem eli: gi debeat: et per Mtem Regiam confirmari.

Rex cosensit

Vbi vero Nobilis nullus reperiretur Monachus: tunc ex plebeis eligatur idoneus. Polonus tamen, de cuius natione et lingua Epus Diocesis et illius loci vbi Abbas eligitur testimonium Mti Regiae faciet.

De Notariis Terrestribus

Roganda Regia Mtas vt Statuta de Notariis terrestri: bus lata, in executionem debitam deducantur: et deinceps seruentur ——— Placet.

Rex cesensit.

De Sculteris Spiritualium

Consenserunt domini Spirituales: vt si probatum fuerit Sculte: tos teneri ad expeditionem bellicam: Sculteti eorum sint obli: gati deinceps cum Regia Mte in bellum ire. preter eos qui essent Priuilegiis ab hac bellica expeditione liberati. Que Priuilegia domini Spirituales in Synodo se recensere promise: runt: et illa post modum in Conuentu generali proxime post Synodum futuro, exhibere vt ex illis fiat cognitio de immu: nitate Sculteterorum a bello. . Placet Regi.

De bonis recens immunitati Ecclia[c]e in damnum reipub[ce] ascriptis

Roganda sua Mtas, vt quecumque bona immunitati Ecclia[c]e cum liberatione illorum ab expeditione bellica nuper sunt adscripta: talia bona Regia Mtas Nobili alicui in bello militaturo vendi faciat: vel illis Spiritualibus qui bona talia obtinent expeditionem bellicam prestare sub poena am: missionis bonorum mandet. Excepta permutacione bonorum equiualentium Ecclia[c]orum pro Secularibus: et econuerso. Quo casu nulla publice defensioni diminutio irrogatur.

Placet Regie Mti

De fraternitatibus Ciuitatum abrogandis

Concluserunt domini Consiliarii cum dominis Nunctiis Terrarum reipub. expedire: vt fraternitates omnes seu Contubernia opificum iuxta Statutum Wladislai Jagelonis folio xlvij[o] cassentur in hoc Conuentu, que cognite nunc sunt multis ra: cionibus Remp[tam] et omnes Nobiles grauare; et noscuntur etiam esse instituta contra Statuta Regni. Vt autem in cassandis, ac abrogandis illis processus Juris obseruentur, Citari debet Ciues Cracouien, et Casimirien cum omnibus Mechanicis Ar: tificibus qui Priuilegia super fraternitates obtinuerunt, et Placet Regi

in illorum pntia, edicto Regio omnes fraternitates veluti reipub. noxiae abrogentur. Et secundu hoc regiu decre: tum, in aliis etiam Civitatibus fraternitates omnes per Pala: tinos locorum infra annu cassabuntur. Et si ob negligentiam Palatinorum cassatae non fuerint, licebit unicuiqz ea de re officiu Palatinorum in generali Conventu deferre.

Placet regi

De Theloneo novo

Rex reiecit ad alia Co: mitia

Domini Nuncii petierunt ut Consiliarii ad Regiam Mtem intercedant, quo sua Mtas Regia declarare illis dignetur, quo iure vel qua concessione Theloneum novu exigi mandat: et num illud pro utilitate reipcae an vero pro utilitate suae Regiae Mtis institutum sit. Praeterea petunt edoceri: qz diu ipsum Theloneum durare et exigi debeat, et quatenus du: raverit, scire cupiunt quid ab unaquaqz re exigi debeat. quam peticionem domini Consiliarii ad Mtem Regiam detule: runt.

Quibus viis Mercatores commeare debeant.

Concluserunt domini Consiliarii cum Nunciis, ut hii qui deputabuntur Iurisperiti ad conscribendas formulas de cau: sis Spiritualibus et Secularibus, illi ipsi etiam vias quibus Mercatores domestici et forenses cum mercibus commeare de: beant describant. Et super eo revideri debebunt Civitatu Privilegia, quae de transitu viarum disponunt. Citentur itaqz Civitates, ad futura regni Comitia, ad ostendendum ipsa sua Privilegia ———— Placet R. Mti

De captivatione Nobiliu

Consiliarii cum Nunciis consenserunt: Ut Nobiles pro delictis T

excessibus in Ciuitatibus // et oppidis per illos patratis iuxta Statutum Thorunii editum captiuentur. Et qui officio Capitaneali digna poena videbuntur: in Ciuium ptate relinquantur. Qui vero iudicabuntur ab officio Capitaneali (vtcunque dissentientibus Ciuibus) poenam non promeruiße in custodiam officii Castrensis tradi debebunt, et ibidem teneri, vsque ad cognitionem Regiae Matis super eiusmodi detentorum excessibus fiendam. Et si Matas Regia decreuerit iniuste aliquem detentum esse, et eum iudicio suo liberauerit: Ciues pro eiusmodi iniusta detentione poenam Sexaginta Marcarum pecuniae luere tenebuntur secundum Statutum Thorunii conditum.

Excepto eo vbi aliquis innocens cum nocente casu aliquo vt accidere interdum solet, captus fuerit, tunc enim Ciues ipsi a poena quoque excusati et liberi esse debent.

Placet. R. Mti

De terris Prussiae Et Ducatu Osswiecimen et Zatorien ad onera Regni sustinenda adducendis

Concluserunt domini Consiliarii cum dominis Nunctiis rogandam Regiam Matem. vt vocentur hae terrae, et cognoscatur de Iuribus eorum: et adnitendum, vt citra iniuriam ad onera Regni ferenda adducantur. | Reiectum ad Comitia futura

De inhibicionibus

Roganda Regia Matas vt inhibitiones nullae dentur ad Iudicia: et in hoc casu Statutorum fiat executio

Placet.

De vulneribus et occisione Nobilium Et Kmetonum

Consenserunt domini Consiliarii cum Nunctiis rogare Matem regiam: vt deinceps de occisis seu vulneratis Nobilibus

et eorum kmetonibus, non locetur in hoc Judicium Ciuile sed terrestre, Et si locatum fuerit ciuile, Ciues poena quatuordecim Marcarum puniantur, parti succumbenda, et iure terrestri exigenda peremptorie toties quoties opus fuerit. Ciuitatum tamen regiarum subditi, ad Capitaneos locorum: aliorum vero dominorum subditi, ad eorum dominos proprios citabuntur. Et si domini Capitanei requisiti non administrauerint iustitiam, ex officio peremptorie citati et condemnati xiiij Marcarum poenam luant toties quoties opus fuerit. Alii autem de suis subditis iustitiam non administrantes, ad ius terrestre pro non administrata iustitia citabuntur.

Placet

De rebus vendibilibus per Palatinum taxandis

Domini Consiliarii, cum dominis Terrarum Nunctiis conclusserunt, rogandam esse Regiam Mtem, vt de rebus taxandis in Ciuitatibus et oppidis domini Palatini Statutorum dispositioni satisfaciant, et negligentiam quam hactenus committebant, non committant, alioqui liberum sit vnicuique Palatinum ob negligentiam ~~quam hactenus~~ deferre Regiae Mti, vbi vero ignorante Palatino per negligentiam Vicepalatini taxatio predicta rerum intermitteretur, ad Palatinum deferri debet Vicepalatinus. Et si Palatinus sciens iam quae negligentia committatur, officium suum in ordinem non redegerit, resque non taxauerit, precio illis constituto citatus ex officio peremptorie, poenam centum Marcarum secundum Statutum luere deberet.

Placet

Vbi constitucioni Palatini, Ciues, vel oppidani, quicunque non satisfacientes, plus ab aliquo emente extorserint citati pro hac iniuria, si fuerint Ciuitatum Regiarum, ad Palatinum loci illius debebunt. Sin autem Spiritualium vel Nobilium

ad eorum dominos haereditarios, aut ad eorum locumtenentes:
et reperti Cives rei in hac parte condemnari in poena xiiij
Marcarum debeant, toties quoties de iniuria predicta convi:
cti fuerint.

Quodsi Palatinus loci ad querelam eiusmodi iustitiam mini:
strare de Civibus neglexerit, ex officio citatus in poena
centum Marcarum Iudicio Regiae Mtis condemnari de:
bet, cuius penae medietas pro Regia Mte: et altera me:
dietas pro parte deferente seu pro parte actorea cedere
debet.

Spiritnales vero et Seculares quicunque in simili casu iustitiam
ministrare negligentes, pro non administrata iustitia citati
ad Ius terrestre peremptorie poena 28 Marc puni:
antur, cuius media pars iudicio, altera parti actorea ap:
plicari debet.

Preterea ut libera sit venditio rerum omnium per talenta
et per vlnas in Nundinis Civitatum et oppidorum pre:
sertim in Lublin et Leopoli, et ubique secundum Statu:
tum novarum constitutionum Regiae Mtis. fol vi°

Placet.

De profugis kmetonibus restituendis

Statuta de arrestatione kmetonum fugitivorum antiquentur
et cassentur, et Statutum antiquum sine arrestacione in ro:
bore suo servetur.) Fiat.

De expedicione bellica

Domini Consiliarii cum dominis Nunctiis censuerunt roga:
dam esse Regiam Mtem, ut deliberate, et ex legitimis
causis, et ex publica necessitate manifesta bellicam ex:
pedicionem instituat, secundum dispositionem Statutorum
premissis particularibus et generali Conventibus. Et cum

bellica ipsa expeditio instituta legitimè fuerit ad illam inmutandam conventiones iudici non debeant quoniam qui ex decreta expeditione preparationem ad bellum fecerint, si eodem tempore contribuere cogerentur duplici sumptu onerarentur Placet.

De Judeis

Consiliarii cum dominis Nunciis, omnem rem quae tractata fuit de Iuribus Iudeorum: et de prohibendis atque repellendis illis ci Prefecturis Theloneorum: ad Regiam Maiestatem detulerunt.

Pignora autem seu res quae apud Iudeos impignorantur ut in libros inscribantur. secundum Statutum Conventus Crac: anni 1532 id dominis Consiliariis et Nunctiis visum est iustum. Et concluserunt rogare Regem ut Iudei pro re furtiva ad se delata evictorem statuerent, iudicialiter citati, poenam furti ad instar aliorum furum subire debeat
Placet. Rex assensit

...iectus Ut Iudei, liberè mercari possent rebus omnibus et signa deferre non teneantur, domini Consiliarii cum Nunciis censuerunt à Regia Maiestate impetrandum

Iste articulus reiectus, donec prius omnes Status regni in ordinem quantum ad vestitum ac vivendi rationem iuxta cuiusque Statum et dignitatem reducantur

In eo Conventu Nunctii Civitatum, et Mercatores valde steterunt contra Iudeos: ut et signa deferrent: per quae à Christianis dignoscerentur: et ne liberas exercerent mercaturas. Iudei vicissim obibant dominos Consiliarios cum precibus et cum muneribus ut et mercarentur libere, et signa non portarent: plus quam sex millia flor: effuderunt

donando Consiliariis, Regi, Reginae, Italis etc liberati sunt Iudei. omnes amant munera, et accipiunt: iustitiam peruerterunt: Sed et Nuncii terrestres etiam à Iudeis dona acceperunt, remisse egerunt: res imperfecta neglecta

De Ciuibus et plebeis bona terrestria nō possessuris

Consiliarii cum Nunctiis consueuerunt rogandum Regem, ut Ciues et Plebei, secundum Statutorum prohibitionem bona haereditaria, terrestria non possideant, et inscriptiones quae in Iudicijs terrestribus super hoc fierent, sint ipso facto nullae. Iudex verò inscriptionem admittens penam centum Marcarum incurrat, à se ex officio exigendam.

Bona verò quae nunc plebei, et Ciues possident: hijs qui sunt illis proximiores resignent, intra tempus quatuor annorum, et summas pecuniarias pro hijsdem bonis accipiant.

Et ubi proximi defuerint: vel redimere non curauerint in eo casu, Ciues et plebei, cuicumque emere volenti vendere liberè poterunt: dummodo ipse qui emit sit Nobilis et indigena Regni huius.

Ubi verò aliquorum Ciuium seu plebeorum bona post quadriennium non vendita: sed ab illis possessa reperirentur: pro reipub. defensione confiscari debeant

Rex respondit

Bona quae nunc Ciues possident: possideant ea ad vitam suam: mortuo verò possessore cuiusque, successor illius vendere illa intra biennium cui vult teneatur: et quanti post et deinceps nulla bona emant Ciues: neque acta ulla eis admittantur alioqui Iudices secus facientes poena centum marc. puniendi et inscriptio per Ciues facta nulla sit. Placuit Nunctiis

De colloquiis generalibus

Visum est Consiliariis et Nunciis ut Regia Maiestas rogetur quo Statuta de colloquiis generalibus celebrandis edita in executionem ponere et satisfieri illis mandet.

Placet Regi

De non faciendis Constitucionibus sine assensu Consiliariorum et Nunciorum Terrarum

Domini Consiliarii cum dominis Nunciis consenserunt ut Regia Maiestas Statutum Regis Alexandri de ea re factum in robore et in executione conservet fol. cxv

Placet Regi

De Cancellariatu et Vicecancell: Regni

Rex non assensit

Domini Consiliarii cum dominis Nunciis petendam Maiestatem suam consenserunt, ut secundum Statutum Alexandri Regis distribuere ista officia, quae nunc ambo vacant dignetur. quemadmodum sua Maiestas id se facturam medio Reverendissimi domini Cridi Archiepiscopi Gnesnensis est pollicita

Iste de Cancellariis articulus per Regem non susceptus: Comicia sine ulla rerum conclusione dissipavit, et magnorum inter homines odiorum et multorum Regni malorum origo fuit.
Quomodo haec officia, et cui distributa sint: et quae mala ob id secuta sint paulo supra est perscriptum.

De numero plebeorum ad Ecclesias Cathedrales recipiendorum.

Domini Consiliarii cum dominis Nunciis petunt suam

Regiam Maiestatem ut Statuta de numero plebeorum ad Ecclesias Cathedrales recipiendorum exequantur. item ut pensiones submoueantur: et in posterum ne fiat prohibeatur.

Poena contra Cortisanos edita executioni demandetur

Annatae

Ut sua Maiestas per Oratorem suum ad summum Pontificem mittendum impetrare dignetur à Sede Apostolica Annatas Spiritualium pro defensione Regni, et collationem beneficiorum mensium Semestrium, ad prouidendum benemeritos de republica Nobiles clericos

Placet

De limitibus bonorum regiorum cum hereditariis Nobilium.

Consenserunt domini Consiliarii cum Nunciis petendum à Rege ut limites in bonis Nobilium cum bonis regalibus secundum Statutorum dispositionem in reliquis omnibus fiant. preter id quod Statuto uno Conuentus Cracouiensis de anno domini 1532 de confirmatione Regiae Maiestatis cauetur. Nam confirmationem istam censent esse non necessariam, cum id quod per Comissarios circa dislimitacionem graniciale agitur, in libros terrestres induci et inscribi possit.

Hic etiam roganda Regia Maiestas ut deputare dignetur Comissarios seu Iudices ad componendas differentias et inimicias subditorum inter Regnum et magnum Ducatum Lituaniae: et similiter inter Slesiam et Regnum ad constituendos limites

Ne Palatinus fiat Capitaneus in eadem terra

Inscriptus — Ut Regia Maiestas, eum qui sit in aliqua terra Palatinus aut Castellanus, in Capitaneum eiusdem terre non preficiat: presertim si tali Capitaneatui iudicia publica sint annexa.

Ne Arces, et officia regni alienigenis tradantur

Inscriptus — Ne Regia Maiestas Castra, officia publica, et dignitates Regni quascunque, alienigenis in posterum conferat. Quicunque vero contra hanc constitutionem aliquod officium aut dignitatem acceperit, pene in Statuto folio CXI descripte subiaceat, et quod indebite impetraverit, ipso facto amittat.

Ex articulis Ducatus Masovie

Ut in Palatinatu Masovie Nobiles, qui Ponte uti nollent: aut eo non utuntur, cogi. Regia Maiestas non faciat ad reparacionem ipsius Pontis in flumine Narew nuncupato. Illis vero Nobilibus qui reparare Pontem volent, uti Ponte ipso liberum sit.

Ut Regia Maiestas antiquam consuetudinem circa mellificia et demensurationes agrorum in Ducatu Masovie servatam servet, de qua ut certior esse posset Commissarios ad id cognoscendum deputet.

Ut Regia Maiestas Commissiones ad Ducatum Masovie non det, hoc idem ut Cancellarie sue mandet: preterquam in casibus in Statuto expressis, et regiis vel officii causis.

Ut kmetones profugi in eodem Ducatu secundum Statuta Regni dominis eorum restituantur.

Ut Nobilitati Ducatus Masovie frumenta eorum proprii laboris sine solutione Thelonei demittere per Vislam in Gedanum liceat, sicuti et Nobilitati Regni est permissum

Litterae Regis Sigismundi patris de iuramento filii sui Regnicolis praestito

Sigismundus eius nominis primus dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc dominus et haeres. Significamus tenore praesentium universis et singulis cuiuslibet ordinis dignitatis et conditionis hominibus. Cum ante septem annos Consiliarii Regni mei, singulari erga nos dominumque nostrum Regiam studio et propensione permoti, tum imminentibus etiam difficultatibus atque motibus quibus nunc universus fere orbis terrarum tumultuatur, obviam ituri, Serenissimum filium nostrum Sigismundum Augustum Regem sibi et regno Poloniae nobisque successorem voluntate mea constituissent: ac ne res ea posthac ullo pacto in dubium revocari posset, Iureiurando sigillatim dato, fidem suam ipsius Maiestati obstrinxissent, quoniam is tum per aetatem nondum commode vicissim ipsis Iusiurandum dare poterat, recepimus nos et spopondimus et Regio verbo meo promisimus ipsius Maiestatem, quum annum XV egressa fuisset, vicissim subditis suis omnibus consentaneum Iusiurandum esse daturam. cuius formula continetur his literis quibus tum fidem nostram obstrinxeramus. Nunc itaque cum tempus id venisset, liberavit ipsius Maiestas fidem nostram pro se datam, taleque Iusiurandum quali modo descriptum est, conceptis verbis, ad Sancta dei Evangelia publice in Ecclesia Cathedrali Cracovien, quarta die Februarii, praesentis anni dedit. At ne quid ea res discriminis malique afferret

ita tum q^o in Electione illa cautum publiceq3 omnium con:
sensu constitutum erat, vt quoad nos viueremus, penes nos
vniuersa ptas et regimen Imperii nihilominus maneret:
nunc etiam recepit idem Sermus filius me spopondit et
regio suo verbo promisit, literarum monumentis ea de
re conscriptis, et signo suo consignatis cauit, viuentibus
nobis, nihil se ptatis et iurisdictionis in Regno Polo:
nie sibi esse vendicaturum, neq3 vi quemq3 inuitu,
ad iussa sua facienda adacturum: sed omnia, seq3 ipm
deniq3 semper in ptate mea fore, deinde quecumq3 iu:
rasset publice, omnia se sine vlla controuersia serua:
turum, defensurum, atq3 executurum esse, postremo post
obitum q^o meum, neminem praedictorum subditorum
suorum sibi parere debere, nec fore obnoxios fidei
imperioq3 suo, nisi prius ipsis vniuersa Iura, Pri:
uilegia, libertates, lras, et immunitates a supramé:
moratis Maioribus suis Diuis Regibus Polonie, et a
nobis etiam concessas ac donatas, queq3 in posterum
dum viuemus a nobis concedentur donabunturq3, diplo:
mate suo regio confirmauerit, et pro viribus suis, iux:
ta tenores earundem, in executionem posuerit. Quae oia
nos q^o pro eodem Ser^me filio meo recepimus, spon:
demus, et regio verbo meo promittimus, Id quod
his lris signo meo appenso signatis testatum esse
volumus Datu Crac die vi^a Februarii Anno
domini M^o. D^o. XXXVII° Regni mei ano
XXXI°

Sigismundus Rex

Iusiurandum Rex Sigismundus
filius regnicolis prestitit.

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ
etc dominus et hæres. Significamus testamurque facimus
universis et singulis cuiuslibet ordinis dignitatis atque
condicionis hominibus: Cum Consiliarii Regni mei
Poloniæ singulari quadam propensione erga Ser.mum pa:
rentem meum, et dominum dominum Sigismundum eius no:
minis primum Regem Poloniæ et erga nos prosapiamque
meam universam adducti anno ab hinc septimo, nos
Regem Poloniæ designarent, eidemque regno obedien:
tiæ et fidelitatis iureiurando nobis dato, nos inaugu:
rarent, recepit eis pro nobis et spopondit, et literarum
monumentis consignatis cavit idem Ser.mus parens
meus quo volente et adnuente hæc fiebant: minime te:
neri eos iureiurando suo quod nobis prestitissent, nec
imperio meo parere debere, nisi nos vicissim ipsis iu:
raremus, nos omnia Iura, Privilegia, libertates, leges
et immunitates iustas et legitimas eiusdem Regni
mei Ecclesiasticas et Seculares, quibuscunque ordinibus et ho:
minibus nemine excepto à maioribus meis Regibus
Poloniæ presertim autem à domino Casimiro antiquo,
Ludovico, Wladislao Proavo, Wladislao magno
patruo, Casimiro avo, Ioanne Alberto, et Alexandro
Patruis, et Ser.mo Sigismundo primo patre meo do:
natas, omnino ratas habituros esse, servaturos et
defensuros, omniaque inique ab eodem Regno abalienata

atq; distracta pro viribus meis recuperaturos et ad vnionem regni aggregaturos, nec imminuturos fines eiusdem Regni Poloniae: sed aucturos potius prolaturosq; quoad poterimus, atq; id iusiurandum vt tum demq; daremus, cum adultiorem aetatem attigissemus: hoc est cum quindecimum aetatis meae annum egressi essemus. Verum ea lege tamen, vt nihilominus vniuersa eiusdem Regni Poloniae potestas, Imperium et iurisdictio, penes Ser^{mum} parentem meum esset: quoad is viueret. Id vero tempus praescriptum, cum aduenisset: iurauimus publice in summo Templo in Arce Crac, quarta die Februarii anni praesentis verbis conceptis, ad Sancta dei Euangelia, in eam sententiam cuius supra meminimus, et Ser^{mi} parentis mei fidem pro nobis datam liberauimus. Caeterum vt pactis illis et condicionibus quibus regnum ad nos delatum est, stemus, et ne idem illud regnum meum vllis turbis atq; difficultatibus inuolueremus: memores paternorum beneficiorum, officiiq; mei atq; beneuolentiae singularis erga nos omnium meorum subditorum, recipimus, spondemus, et regio meo verbo pollicemur. primum omnium nos quaecumq; iurauimus omnibus subditis meis, Incolis regni mei Poloniae cuiuscumq; ordinis et condicionis fuerint, absq; vlla controuersia seruare, defendere, et exequi velle Deinde nihil nos Imperii neq; Iurisdicionis in eodem regno viuente Ser^{mo} patre meo nobis esse vsurpaturos, neq; coacturos quemq; inuitum et recusantem voluntati iussisq; parere. sed in eiusdem Ser^{mi} parentis mei potestate quoad victurus est omnia, nosq; ipsos etiam esse futuros Postremo post obitum etiam qui vtinam sero contingat Ser^{mi} patris mei, neminem praedictorum subditorum meorum nobis parere debere

nisi prius ipsis vniversis omnia Iura, et Privilegia,
tam Regni mei Poloniae et dicionum eius communia, quam
privatarum personarum aut locorum quorumcunque priva-
ta, et quasuis libertates, literas, et immunitates a supra-
memoratis maioribus meis donatas, queque deinceps ad-
huc a Ser^mo patre meo quamdiu vivet donabuntur et co-
stituentur, literis meis confirmaverimus, atque iuxta co-
tinentiam et tenores earundem indebitae executioni posue-
rimus. Quae omnia pro viribus meis libenter facie-
mus et exequemur. Quod ut certum firmumque sit, Signo
meo quo nunc utimur appenso, literas hasce consignamimus
et manu nostra subscripsimus. Datum Cracoviae sexta
Februarii Anno domini 1537

Edictum adversus autores famosorum libellorum

Sigismundus Rex Poloniae

Vniversis et singulis cuiuscunque ordinis et condicionis ho-
minibus subditis meis: Significamus his literis meis. Cum
usque adeo processerit licentia quorundam improborum
et maliciosorum, alienamque famam allatrancium hominum,
ut famosos libellos, dialogos et rithmos fictis vel suppre-
ssis nominibus, non solum in homines inferiorum ordi-
num, verum etiam in Consiliarios Regni mei, atque
adeo in nos ipsos, immo et in cultum Sanctorum, cere-
moniasque et alias sanctiones Ecclesiasticas, confictos et con-
scriptos, in vulgus spargant. Quare cum ingens labes
apud externos et rerum imperitos hominibus insontibus
totique adeo regni mei reipublicae aspergitur: tum odia inter
ordines et privatos homines concitantur, et intestina discor-
dia

quae rerum publicarum pernicies esse solet alitur, diuinaque Maiestas offenditur. Id malum pestilens nos sedare et cohibere volentes, decernimus et edicimus hoc edicto meo: ne quis in ditionibus meis, eiusmodi dialogos rithmos et famosos libellos, quauis lingua conscribere vel publicare ausit. Quod si quis einsmodi dialogorum, rithmorum, et aliorum quorumuis famosorum libellorum qui vel editi sunt, vel edentur posthac autor atque scriptor deprehensus, delatus et conuictus fuerit, is sine vlla venia capitali poena plectetur. Quisquis autem istiusmodi famosos libellos reppererit et euulgauerit, aut apud se seruauerit, de eius capite atque vita decernere integrum, nobis reliquimus. Volumus enim id in gratia mea positum esse.

Ceterum quo facilius talium facinorum patratores perquirantur prodanturque: quicunque autorem vel disseminatorem istiusmodi famosorum libellorum nobis indicauerit, ac detulerit, certisque argumentis aut testimonijs docuerit et conuicerit aut certe quomodo is deprehendi et conuinci possit aperuerit, ei statuimus et regio verbo meo pollicemur premium centum aureos: quos ipsi e Thesauro meo sine vllo negocio numerari iubebimus. Quae omnia vt certa firmaque sint, iussimus hoc edictum anulo meo quo nunc vtimur consignari. Prefectis vero Terrarum et Oppidorum meorum mandamus vt hoc edictum meum in Prefecturis suis et mercatibus, per Precones promulgari iubeant, pro fide et officio suo gratiaque mea aliter non facturi. Cracouiae prima Februarij Anno domini 1537 Regni vero mei anno 31°

Ad mandatum S.
Maiestatis proprium

Contribucio Czopowe

Sigismundus primus Rex Polo[nie]
Universis et singulis Principibus tam spiritualibus quam
Secularibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis
Archiepiscopis Episcopis Necnon Magnificis, Generosis, Nobilibus,
Famatis, et Providis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis
Terrigenis, Nobilibus, officialibus, et eorum vices
gerentibus, heredibus, Advocatis, Sculthetis, Civitatumque
et Oppidorum tam nostrorum quam Consiliariorum nostrorum
Spiritualium et Secularium Magistris Civium,
Consulibus, et communitatibus, et generaliter omnibus
subditis tam nostris quam Consiliariorum nostrorum quorumcunque, cuiuscunque status, conditionis, et preeminentie existentibus, bona quecunque tam spiritualia quam
Secularia, Civitates, oppida, villas, Tabernas, possessiones, et alia bona quovismodo nomine appellata habentibus in Palatinatu N. et districtibus eius existentibus sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram Regiam
Sincere et fideles dilecti. Tametsi in Conventu Crac[oviensi]
proxime preterito in Civitate nostra Cracoviensi celebrato
hoc potissimum curaverimus ut defensio regni et dominiorum nostrorum alia ratione, quam generali expeditione
bellica statueretur, et decerneretur. Quia tamen modus
hoc tempore decerni nullus alius potuit, quam ut motio
belli generalis indiceretur, eam nos rationem secuti
sumus que nobis pre manibus fuit, atque motionem
ipsam Nobilitatis generalem decrevimus. Quam ut
tanto maioribus copiis prosequamur, atque iniuriam
que nobis et regno nostro ab hostibus nostris infertur
maiore cum dignitate et magestate ulciscamur, iniunximus

consilium cum vniuersis Prelatis, Palatinis, Castellanis, et aliis Consiliariis in hoc Conuentu Regni nobiscum congregatis, vt in bonis meis Regalibus Contributio Czoporowe iam olim decreta et instituta continuaretur et exigeretur. Idemque etiam Consiliarii et Barones regni mei amorem et beneuolentiam suam erga nos et rempub. Regni mei testatam facere volentes, vnanimi voto et concordibus sententiis concordauerunt et statuerunt, vt in Ciuitatibus et Oppidis, villis et alijs locis, tam meis liberis et inpignoratis, quam vniuersorum Consiliariorum meorum ea ipsa Contributio Czoporowe toto hoc anno, incipiendo ab eo tempore, quo dicta Contributio superiori anno laudata et instituta desinet, nempe a festo Pentecosten proximo venturum in eisdem Oppidis et villis meis et dominorum Archiepiscoporum, Eporum, et Prelatorum, ac aliarum Spiritualium personarum, Necnon Magnorum, Palatinorum, Castellanorum, et aliorum Consiliariorum Regni mei tam spiritualium quam Secularium exigi, et ad nostram et reipub. regni mei necessitatem colligi, secundum antiquam consuetudinem debeat vsque ad annum proxime futurum inclusiue, incipiendo a proximo festo Pentecostes vsque ad aliud festum simile Pentecostes sequentis anni modo infrascripto, vt quilibet Ceruisiam coquens ex quibuscunque braseis fuerit eadem ipsa Ceruisia cocta, hoc est siue Brasea ipsa sint Ciuium et dominorum, siue ex molendinis prouenientia et emensurata, siue domi facta, a quolibet vase separatim seu a coctura ipsius Ceruisiae, iuxta locorum consuetudinem ante hac obseruatam, exactionem ipsam duallorum seu Czoporowe, in manus exactorum designatorum fideliter soluat, ita vt a maiori coctura

alias od waru plures grossi soluantur, et à minori pauciores,
iuxta numerum vasorum, et quantitatem, et secundum exa:
ctorum à nobis constituendorum ordinacionem, quam quocies
opus erit, nrã autoritate facient et constituent. Notariosq3
et custodes tam in Ciuitatibus et Oppidis q3 villis, pro exi:
genda huiusmodi Contributione secundum informationem
à nobis illis datam. Exactores etiam ipsi deputabunt, et
Juramento corporali ad fidelitatem eos astringent. Ter:
narii verò vetusto more circà quemlibet grossum solué:
di pro Ciuitatu et Oppidorum reparacione conseruantur.
Tabernatores verò singuli Ceruisiam coquentes, vel coctã
à dominis tam spiritualibus quam Secularibus ad pro:
pinandum recipien, à quolibet vase mensure Cuilis te:
neantur per vnum grossum in manus exactoris exoluere
Jtem à medio vase vini als Pulkuffek florenus cum tri:
ginta quadrantibus soluendus, Jtem à Drebilnik, siue
Sermiensi vase vini, duo floreni cum Sexaginta quadrá:
tibus soluendi. Jtem à quolibet Barili Malmatici vel
vini Jtalici, vnus orth cum septem ternariis soluatur.
à Barili verò simplicis vini duo grossi cum duobus ter:
nariis soluantur. à Medonis vase communi duo gr
cum duobus Ternariis soluen, à Ceruisia aduectitia
siue externa aut Swidnicen, Glogowien, Thessniensi,
Bernouiensi, et alia quaecunq3 à quolibet vase duo gr
et quicunq3 non soluta penus exactione prefata, Ceruisiã
vinum, Malnaticum, Medonem, et alium quemcunq3 po:
tum ex predictis vendere et propinare in fraudem hu:
ius constitucionis presumpserit, totum illud in quo frau:
dem commisit seu committere voluit, irremisibiliter am:
mittent, et poenam nram Regiam quoties id fecerit sol:
uere teneatur. Capitaneusq3 loci in tales omnes et sin:
gulos fraudem huiusmodi committen animaduersioné

debitam rei veritate cognita, non haben respectum ad quempiam irremissibiliter exequeant.

Ad quamquidem exactionem colligendam diligenter fideliterqȝ exigendam in ipsis terris et Palatinatibus totius Regni mei et Districtibus eius, certos exactores deputavimus, vobisqȝ omnibus et singulis quorum interest mandamus quatinus prefatis exactoribus cum literis meis desuper eis datis apud vos comparentibus siue ab eis substitutis, de ipsa exactione duallorum respondeatis et responderi faciatis. Vos vero locorum Capitanei eos qui rebelles vel negligen erunt, et quos ipsi Exactores deferent per pignorationes solitas ad solucionem exactionis huiusmodi compellatis, sub poenis meis contra negligen Capitaneos, in novis et antiquis Statutis descriptis. Et quoniam hoc anno ita comparatum est vt subditi Nobilium Contributionum huiusmodi duallorum siue Czopowe soluere non teneantur preter subditos meos, et omnium Spiritualium personarum ac vniversorum Consiliariorum meorum, vnde impar longe condicio eorum qui soluent ab his qui liberi ab huiusmodi solucione duallorum vendent et propinabunt, ingens lucrum ex huiusmodi propinatione circa solucionem Contributionis ipsius facerent, volentes igitur nos providere ne alter subditorum meorum altero, deteriore condicione esse videatur, decrevimus ac decernimus presentibus mandantes Quatinus Palatini omnes et singuli in suis Palatinatibus quisqȝ, eisdem subditis Nobilium et aliorum qui Contributionem huiusmodi non soluent prescribant et legem imponant, quonam modo aut precio huiusmodi liquores omnes generis soluere debeant, et vt eas tanto minoris vendant, quanto illis magis lucri ob non solucionem huiusmodi Contributionis Czopowe accedat

ut par ratio omnium esse videatur. Id quod industrie fidei et officio ipsorum Palatinorum committimus, quod facere et exequi pro debito officioque suo et gratia nostra omnino debeant et teneantur. Datum Crac. XXVIIJ Martij Anno domini M.° D.° XXXVII.° Regni vero nostri anno XXXI.°

Ad mandatum S.
R. Mtis proprium

Expeditio belli in Valachos
Litere primarum restium

SIGISMUNDUS DEI grã Rex Polonie etc.

Universis et singulis, Palatinis, Castellanis, Dignitariis, Officialibus, Terrigenis, Nobilibus, Advocatis, Sculteti, et Civibus, ceterisque cuiuscumque status, conditionis et preeminentie, subditis nostris, bona quecumque terrestria, hereditaria et obligatoria possidentibus, et ad expeditionem bellicam generalem de Iure vel consuetudine regni nri obligatis sincere et fidelibus dilectis, gratiam nram regiam. Mgci, Generosi, Nobiles et famati sincere nobis et fideles dilecti. Reversi tandem ex Lituania, summa cura atque diligentia, laboravimus in Comitiis Cracovie nuper transactis, ut certa aliqua ratio, publico omnium ordinum Regni consensu, iniretur, constitueretur que, quo pacto non solum Regni fines defenderentur, verum etiam hostes quidam, qui nobis absentibus Regnum nrm magnis iniuriis, affecissent, condignis poenis afficerentur

verum nihil tamen aliud statui potuit, quam ut generalis bellica expeditio fieret. Mandamus ergo vobis his primis restrum literis ut ad istam ipsam expeditionem ab armis et equis et omnibus aliis rebus quae belli usus postulat bene parati sitis, ut ad quod tempus, et ad quem locum misserimus tertiis restrum literis sine omni mora veniatis. Interim tamen Judicia intermitti nolumus usque ad tertias restes, atque ut has literas alius ad alium sibi vicimorem transmittat, ultimus vero ad Capitaneum loci remittat, neque aliter faciatis sub indignatione mea, et ammissione bonorum. Datum Crac. xix Februarii Anno dni M^o. D. xxxvij Regni vero mei anno xxxi^o

Ad mandatum S. R. Mtis proprium

Litterae secundarum restium

SIGISMUNDUS DEI gratia Rex Poloniae etc.

Vniversis et singulis, Palatinis, Castellanis, Dignitariis, Officialibus, Terrigenis, Nobilibus, Advocatis, Scultetis, et Civibus, caeterisque cuiuscunque status, conditionis et praeeminentiae subditis meis bona quaecunque terrestria haereditaria et obligatoria possidentibus et ad expeditionem bellicam generalem de Iure vel consuetudine Regni mei obligatis, sincere et fidelibus dilectis gratiam meam Regiam, Magnifici Generosi, Nobiles et Famati, sincere nobis et fideles dilecti. Mandavimus vobis antea primis restrum literis quando quidem generalis bellica expeditio publico omnium ordinum Regni consensu, in proxime habitis Comitiis in hunc annum decreta esset

vt ad eam expeditionem bene armati et instructi essetis. Nunc iterum de more hisce secundus literis vestrum mandamus, omnino habere volentes, vt equos arma et cetera ad bellum necessaria, pro facultatum suarum modulo bene parata habeatis, vt quum tercio significauerimus nullam moram interponatis, sed ad eum locum quem tercijs vestrum lrīs constituerimus, quo tempore miserimus sic vti decet, instructi veniatis. Interim tamen Iudicia de more peragi volumus ne secus feceritis sub ammissione bonorum Datum Crac octaua Martij Anno domini M°. D. xxxx vi° Regni mei anno xxxi°

Ad mandatum S.
R. Ma^tis proprium

Litere ad Capitaneos de publicandis
Literis vestium

SIGISMUNDUS DEI grā etc

M.ce et syncere nobis dilecte. Quum alia ratio Regnum nostrum defendendi et vlciscendi hostes qui id nobis absentibus iniuria afficiebant, in Comitijs Cracouie nuper habitis iniri non potuit, quam vt generalis expeditio bellica inderetur, vt mori antiquo satisfiat et vt id bellum bene procedat, iussimus bina mandata, quas vocant vestium lrās ad subditos nrōs ea de re conscribi, vt oēs pro facultatibus suis ab armis et equis, et alijs necessarijs rebus bene parati sint. Mandamus ergo S. tue vt eas lrās in Prefectura sua ad Nobilitatem transmittat, et in templis, foris, et alijs locis publicis Ciuitatum Oppidorum, et pagorum per Preconem publicari curet, primas quidem ad medium quadragesime huius, secundas vero quatuor septimanas post primas, Ciuitatum q3° et Oppidorum inhabitatoribus, primo et secundo

mandet

dedicat sub poenis meis Regalibus ut circa eius cum commeatu et alijs rebus necessarijs quas nobis ad bellum mittere sunt astricti diligenter pareant, ne qua per illos mora quum tertia mandata dederimus fiat, per id tamen spatium temporis volumus ut Judicia publica de more exerceantur. faciet haec S. tua pro fide et officio suo et gratia nostra Cracoviae 18 Februarii Anno domini 1537 Regni mei anno 31°

Ad Exactores

Sigismundus etc.

Generose fidelis dilecte, exigunt nunc rationes reipublice regni mei, ut diligentius ea que eidem reipub. debentur colligamus, presertim cum multa militibus qui hoc anno in terris Russiae meruerunt, stipendia debeantur Quamobrem tibi mandamus omnino habere volentes, ut de omnibus et singulis exactionibus quas annis superioribus tue fidei commissas et concreditas exegisti et collegisti quarumquidem reliquias plurimas adhuc retines, rationem nobis sive Mgco Thesaurario Regni mei reddere et referre cures quasque non exegisti exigere studeas pecuniasque quecumque ex reliquiis earundem Contributionum apud te sunt, aut ubicumque detinentur ad Thesaurum meum huc ad Dominicam Conductus Pasche proximam omnino inferre et importare cures, alioqui si negligens in iis ad illud ipsum tempus repertus fueris Nos te bonaque tua poenis meis Regijs contra negligentes huiusmodi institutas et editas affici mandabimus. Sic igitur facturus pro debito et fide tua et sub poenis predictis Datum

Ad Abbates

SIGISMVNDVS etc

VEnerabilis, nobis dilecte. Accepimus à Magco Thesaurario
Regni mei .d. tuam eiusqz Monasterium pensiones annuas
siue Stationes nobis et Fisco meó debitas retinuiße. vo:
lumus igr̃ et mandamus .d. tuæ vt easdem pensiones
ad Thesaurum meũ mittere et numerare iuxta consue:
tudinem non negligat pro debito suo et grã meá facturus

Terciæ Restium literæ.

Sigismundus Rex Poloniæ etc

Vniuersis et singulis Palatinis, Castellanis Dignitarijs,
Officialibus, Terrigenis, Nobilibus, Aduocatis, Scultetis
et Ciuibus, cæterisqz subditis meis cuiuscunqz status
Dignitatis, conditionis, et praeeminentiæ existentibus, bo:
na quæcunqz terrestria, hæreditaria, et obligatoria
possidentibus, et ad expeditionem bellicam generalem de
Iure vel consuetudine Regni mei obligatis, sincerè et
fidelibus dilectis grãm meam regiam, Magci, Generosi,
Nobiles, Famati, et Prouidi sincerè nobis et fideles dilec:
ti. Declarauimus vobis antea binis vniuersalibus lrĩs
nr̃is vini primarum et secundarum: restium. à nobis emissis
quo pacto nos pro tribus reipub. regni mei necessitatibus
et incommodis, quæ nobis et eidem regno meó, eiusqz
incolis ab hostibus Christiani nominis et alijs vicinis
meis debiti sui erga nos et hoc ipsum Regnum meũ
oblitis struuntur et contechnantur, obuiam ire et tem:
pori prouidere oportere, exigentibusqz rationibus Conuentus

Regni mei consilio et consensu expeditionem bellicam Regni mei ac subditorum eius generalem decrevimus et instituimus, vos ad arma sumenda, et bellum contra eosdem hostes meos apparandum excitavimus, ut quisque pro facultate bonorum suorum, proque status meae Regiae et Regni splendore et dignitate, ac fidei debito et virtutis suae militaris (quod in vobis vigere non dubitamus) ad resistendum hostibus meis et regni mei atque ad ulciscendas iniurias et damna ab eisdem nobis et Regno meo illata, summa voluntate et strenuo animo insurgeret et sese appararet. Nunc igitur rursus ad hoc ipsum bellum (quod foelix et faustum status nostri vobisque omnibus et regno meo fiat) vos et quemlibet vestrum his literis meis in vim terciarum restium (?) excitamus et convocamus Mandan(tes) et omnino habere volen(tes) ut iam tandem armis et equis aliisque rebus, ad militarem manum pertinen(tibus) bene et sufficienter pro suis quisque facultatibus et bonorum exigentia instructi, nos ad terras et provincias meas Russiae et Podoliae sequamini et apud Castrum et Oppidum meum Trebowlia ad diem visitacionis Mariae adsitis, atque in Castris illic meis pro eodem die et termino constituamini, ut inde ordinibus instructis et constitutis (laudis et gloriae maiorum vestrorum memores) possitis recte et ordine reliqua aggredi, quae ad regni mei et subditorum eius deffensionem et dignitatem pertinebunt, ut autem in proficiscendo ad exercitum et locum a nobis designatum eam actionum vestrarum moderationem in rebus omnibus teneatis et conservetis, quam debitum et professio militaris voluntasque et mandatum nostrum requirunt, indicendum duximus et indicimus de more et consuetudine vobis in Palatinatu N. et Districtibus eius existentibus

Conuentum particularem in B. Ad quem volumus vt pro:
ficiscamini ibidemq3 mandata mea que ad vos de pro:
fectione vra facienda, et ordine in Castris seruando
articulatim dedimus, audiatis et intelligatis, ac secundu
ea vos vna cum Castellanis vris cum quibus proficisci
debetis, conseruare omnino studeatis, pro fide debitoq3 vro
ac sub grani indignatione mea bonorumq3 omnium
ammissione aliter facere non ausuri. Has autem lras
vnus ad alium sibi viciniorem transmittatis, Vltimus
vero eas Capitaneo loci representet Datum Cracouiae
feria sexta intra octauam Pasche Anno domini
M° D. XXXVij Regni mei anno XXXi°

Constituciones quomodo Nobilitas eundo ad bellum et in Castris gerere se debeat

Sigismundus etc

Vniuersis et singulis Dignitariis, Palatinis, Castellanis,
Officialibus, Nobilibus, Terrigenis, Aduocatis, Scul:
tetis, ac illi vel illis qui de Iure vel consuetudine
ad expedicionem bellicam generalem obeundam sunt
obligati, sincere et fidelibus dilectis gram meam regiam
sincere et fideles dilecti. Cum nos reipub. nrae cura
et sollicitudo tangeret, Conuentum presentem indixera:
mus, animaduerten graues atq3 impenden regni mei
necessitates id studii et instituti haben vt istam ali:
quam e re nata, publice rei defensionem constitueremus:
Verum cum ex multis laboriosisq3 tractatibus alia de:
fensio subsequi non potuit, eam quae in manu mea est dun:
taxat

duntaxat expeditionem scilicet regni generalem decre:
vimus, ne ita regnum nostrum omni prorsus cura et de:
fensione viduatum esset. Quia vero in bello cum primis
requiritur ut omnia decenti ordine fiant, procedant
et gubernentur, quandoquidem plerumque rebus bene ac
feliciter gerendis, confusio ipsa et inordinatio tam offi:
cere solet et ingentia mala et damna accersere, quam
hostis ipse. Proinde nos inhitendo institutis et consuetudi:
nibus predecessorum nostrorum necessariis, de consilio et
assensu Senatorum Regni nostri in hoc Conventu nobis
assidentium publicari curavimus ea, quae potissimum ad
nullum belli rationem et eius salutare commodum re:
spiciunt ne quisque sit qui deinde ignorantiam in explen:
dis eis causetur et pretexat.

De profectione ad bellum

In primis ut quilibet cum armis pro bellico apparatu decen:
tibus secundum quantitatem bonorum et facultatum sua:
rum profectionem suam adornet, et in hac expeditione
serviat, iuxta id, prout sunt omnes et singuli ad hoc
obligati sub privatione bonorum

Item ne aliquis Miles seu Nobilis, sine Duce, et ordine
proficisci et vagari audeat, sed omnes cum Castellanis
suis, usque ad locum designatum iuxta ordinacionem in
Statuto nostro descriptam proficiscantur obedientiamque ipsis
Castellanis, quousque Palatino seu Capitaneo exercitus
per Castellanum presentabuntur, administratioque eorum
resignabitur, prestent, secus facien[tes] more debito secun:
dum dispositionem Statutorum Regni punientur. Ubi
autem Castellani officium suum exequi neglexerint, vel
in profectione damna non prohibuerint aut facere permise:
rint

vel talem seu tales dampnificatores nobis non detulerint, pro iisdem rebus coram nobis respondere damnaque passis soluere, ac pro his satisfacere tenebuntur. Nec debebunt ipsi Nobiles victum sibi recipere, sed Castellanus e suis mittet, qui prospiciat ne quid superfluum vel gratis recipiatur per quenquam

Item vt nemo Nobilium in Villis siue spiritualium siue secularium seu quarumcumque personarum stationem faciat, sed in Campo, nec aliquas rapinas, tum in eundo, et redeundo in equis, pecoribus, pecudibus, seu aliis quibuscumque et quocumque nomine vocentur rebus, neque in Siluis, Gais pro edificiis valentibus dampnum facere audeat, secus faciens iuxta probacionem seu Iuramentum domini villae, seu illius cui dampnum fuerit illatum, de hoc requisitus coram nobis respondere, dampnumque cum poena iam olim ad id instituta, semota omni exceptione et dilatione soluere tenebitur, super qua iniuria dampnum passus coram officio Castrensi cui subiacet, iuridicam probacionem faciet, quo comperto visaque tali probatione, nos de dampnificatore condignam faciemus facereque tenebimur iusticiam.

Ne autem homines ad expeditionem bellicam euntes, in venditione rerum, pretio plus nimio grauentur, vtque possit indemnitati hominum ex omni parte prouideri, quo ad bellum proficiscens necessarium victum habere possint, tum etiam hii apud quos victus recipietur, minorem iacturam sentiant, Inniten. antiquis constitucionibus statuimus, vt nemo audeat ad bellum proficiscens, quicquam vi et violenter, et sine solucione recipere sed cum scientia Castellani aut in presentia famuli sui ad hoc missi, Bouem pro media marca, vaccam pro sedecim grossis exceptis bobus rhedalibus vaccisque mulgibilibus, quae huic constitucioni

constitucioni non subiacent nec debent aliter emi nisi iuxta
forum factum tum porcum pro duodecim grossis, Mutonem
pro tribus grossis, Aucam pro medio grossi, Cassulam
tritici pro grossis quatuor, Cassulam Siliginis pro tri:
bus grossis, et Cassulam avene pro duobus grossis,
Coretum avene pro uno grosso, Fenum quantum unus
equus portare seu trahere potest, uno grosso, quod duo:
bus equis, duobus grossis, quod quatuor equis quatuor
grossis ement, emptasque res huiusmodi solvent.

I tem in Predijs Spiritualium aut Nobilium nihil invitis
dominis aut Procuratoribus eorum accipi debet, verum
ubi necessitas coegerit ea quae ad victum pertinent, po:
terunt modo premisso cum scientia tamen Castellani emi

I n Civitatibus vero et Oppidis in quibus res ad victum
spectantes emi, et cum aliquali lucro vendi solent, esti:
matio statuta locum habere sine magno subditorum
meorum detrimento non posset, Proinde decernimus
ut in talibus locis Castellani aliam racionem ineant,
estimandarum rerum, nempe ut Cives et Oppidani non
maiori neque leniori, quam quo ipsi coemerunt precio
in hac reipub. necessitate proficiscentibus ad bellum res pre:
fatas vendant, seu vendere cogantur.

N e autem homines onerentur et indebite damnificentur in
locis ubi stacio facta fuerit, victus moderatus iuxta
praesentem hanc constitucionem recipiatur, Nec alius, aut
maior nisi qui pro illo die sufficiet, ut eo modo cum
hominum minori iactura et detrimento victus habea:
tur, gravaminique et inopie utrimque provideatur

I tem ne Spirituales in suis bonis possessionibusque et facul:
tatibus damnificentur, statuimus ut quilibet Spiritualis

pro damno illato coram Capitaneo, sine Arte mea, non alias ac si pro violentia domestica, iuxta veteres constitutiones, quibus nos inniten ad ipsum decernimus iniuriam prosequatur, et iustitiam promptam obtineat. Nos quoque de quolibet tali more Castri iudicium faciemus.

Item nemo audeat foeminas quascunque violare sub poena simili.

Item nemo audeat Ecclesias res ex eis auferendo violare, aut spoliare sub poena vitae.

Item nemo audeat Apes effringere Piscinas expiscari, sub gravi animadversione arbitrio meo facienda.

Ordinatio secundum quam omnes in castris se conservare debent

Et quoniam inutilis esset exercitus, etiam si sit numerosus, ubi non esset in omnibus legitima processio, ordoque bonus non observaretur, et disciplina militaris non esset. Ideirco dum iam ordo Castrorum et acierum factus fuerit, ne homines per imperitiam seu ignorantiam aliquid tale comitat, per quod periculum vitae seu gravem animadversionem incidant et subeant, Ideirco infrascriptas constitutiones, ut necessarias praesentibus literis meis, publicandas censuimus omnibus denunciari ac committere, ut eis cognitis ita se gerant, ne inobedientes reperiantur, et sibi ipsis periculum afferant, neve ad condignam animadversionem ubi delinquerint perveniant.

In primis autem, ut circa ordinationem acierum quilibet Nobilis se statuat, secus faciens bonis privabitur.

Item quilibet miles pro bellica expeditione servire obligatus ut non alibi nisi sub suo proprio vexillo, terrae seu Districtus

illius in quo bona eius consistunt locare se presumat, sub eisdemque signis stare teneatur, sub poenis debitis et anim: adnexione.

Item ne servitium bellicum ob famuliciu[m] quo plerique Nobiles ad bellicam expeditionem ratione bonorum quae habent astricti, Senatoribus et aliis Baronibus Regni mei sunt addicti, minimatur. Decernimus ut tales pro facultate bo: norum quae habent, expeditionem ultra equitatum pro suis dominis militant in equis Tarmis decen[ter] facere non preter: mittant, sub ammissione bonorum suorum.

Item ut nemo preter Ma[ies]tatis meae voluntatem et admissione de bellica ipsa expeditione domum redire audeat, sub priva: tione bonoru[m] quos ac si absen[tes] essent, puniendos esse decerni: mus, et hoc extra bellicam aleam, ubi vero aliquis tempore necessitatis et instantis pugnae absque consensu meo discesserit honore privabitur.

Item post locationem Castrorum nemo audeat alibi stationem facere nisi in Castris, ita prout a Ma[iesta]te mea seu Capita: neo exercitus mei cuique assignatum fuerit.

Item post ordinationem acierum quilibet locum suum teneat et observet prout unicuique in acie seu exercitu assignatu[m] fuerit, sub privatione bonorum.

Item rem perditam nemo audeat ultra quam per noctem apud se servare et retinere, sed Capitaneo exercitus ubi non constaret qui sit dominus rei perdite tales res presentare teneatur ut quilibet res suas facilius possit invenire et rehabere, verum ubi dominus rei perdite certo testi: monio apparuerit res perdita ei sine mora restituatur secus faciens, ubi de hoc convictus fuerit, ut reus furti puniatur.

Item pro pabulis seu alimentis acquiren[dis], nemo audeat quoquam mittere, seu quicquam recipere quousque cum salu

Capitanei et iuxta eius ordinacionem et informacionem, qui super intendentes mittet, ut in pabulis acquirend bonus modus et ordo obseruetur et cuilibet necessitati satisfiat.

Item cum omnia Iura in homines factiosos sediciososque animad: uertant. Cum nulla iura, nec aliquis ordo subsistere posset nec aliquid rectum et bonum agi et euenire potest, ubi teme: rarii et sediciosi homines locum haberent vel impune eis omnia facere liceret. Talis enim temeritas impunita cete: ros omnes abducat in ruinam. Idcirco huic perniciosso malo occurrere volen de consilio Senatorum Regni nri statui: mus quod si quis sedicionem, tumultum, rebellionem, conspira: tionem fecerit aut excitauerit, duobusque testibus de hoc con: uictus fuerit, vita priuetur.

Item si quis sedicione aut contencione, data opera, seu quolibet facta gladium euaginauerit, in manu; si autem aliquem vulnerauerit, in vita puniatur.

Item in proficiscendo iuxta Castrametacionem factam ordine Curruum nemo audeat interrumpere, sed quilibet ut ei assignatum fuerit locum suum tenens proficiscatur sub gra: ui animaduersione

It in proficiscendo ordines seruent, riteque et exercitualiter procedant nec vagan discurrant, sed agminatim quilibet cum sua Turma proficiscatur sub poena arbitrio Prefecti Exercitus infligenda.

It Siue in Stacionibus, siue in proficiscen, ne clamores faciat sed ut decet ordinatim et silenter procedant sub anim: aduersione.

Item in Castris post datam Thesseram, seu Signo per sonum Tubae dato, nemo audeat ex Pixidibus iaculare, clamores facere, sub graui animaduersione.

It Nemo audeat quempiam Castra Sequentem, presertim vero hos qui victum post Castra ducunt violare nec quicquam

eas per vim auferre sub poena vite

Ut si quis oblitus famae et virtutis, Capitaneo et Officialibus ad bonum ordinem in Exercitu faciendum institutis, obediret, ut par est necessitasque id exigit, ut summa obedientia illic ubi maius periculum vertitur, prestetur, disciplinaque militaris diligenter observetur, obedientiam debitam facere noluerit rebellionemque seu aliquem tumultum ob hoc fecerit, aut excitaverit vita puniatur

Quocirca vobis omnibus et singulis ordinis et Status cuiuscunque hominibus subditis nris in ea decreta generali expeditione futuris presertim vero Palatinis, et Castellanis Regni nri severissime mandamus ut omnia suprascripta in eorum articulis, punctis, et clausulis, ita ut superius descripta sunt ad omnium quorum interest notitiam deduci, et tam in Conventibus particularibus, quam alias ubique publicari faciatis, atque omnia quatinus officium cuiuslibet requirit presertim in profisciscen firmiter et inviolabiliter et ipsi observetis, et ab aliis omnino observari faciatis, sub poenis et animadversionibus memoratis irremissibiliter per nos aut Summum Exercituum nrum Capitaneum, seu alios Officiales a nobis in hoc constitutos, infligen Datum in Conventione generali regni Cracc die sexta Februarii Anno domini M° D° XXXVII°

Regni vero nri anno XXXI°

Litere ad Castellanos

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc

Generose fideles dilecte. Quoniam exigentibus ita rationibus et necessitatibus reipub. Regni mei expeditionem bellicam generalem contra hostes meos suscepimus et universos subditos ad bellum obligatos contra eosdem hostes meos ultimis restrum literis convocavimus, et quod quisque secundum facultatem suam ad diem festum Visitationis dominae meae apud Trebowlia se statuat, serio praecepimus. Propterea, volentes ut eorundem subditorum meorum profectio et actio in eodem bello omnis debite et secundum militarem disciplinam, ac voluntatis meae praescriptum procedat, et exeat, Constituimus de Consilio et Consensu Consiliariorum meorum in Conventu proxime praeterito, congregatorum praescripta quaedam et normas profectionis ipsorum, et universi ordinis, in ea ipsa motione bellica conservandi. Quas ad vestram F. cum praesentibus mittimus, volumusque ut cum eis ad Conventum particularem in N. feria etc a nobis indictum vadat, illicque de profectione ad locum et tempus a nobis designatum, cum Nobilitate Castellanatus sui facienda, constituat et concordet, eademque praescripta mea eis aperiat et explicet, eisque iniungat, meo nomine et mandet, ut secundum ea sese in omnibus conservare studeant, sub poenis in eisdem universalibus mandatis et in statutis regni mei contentis ac pro gratia mea aliter non facturi. Datum Cracoviae Sabbato post Pascha Anno domini M°. D°. xxxvij° Regni mei xxxi°

ad Capitaneos

Sigismundus Rex Poloniæ etc

Generose fidelis dilecte. Exigentibus ita racionibus reipub: Regni mei motionem bellicam generalem subditorum meorum indiximus. quam vitare nullo pacto potuimus propter insolentiam hostium meorum. tam infidelium et Crucis Christi inimicorum quam etiam Schismaticorum qui, Regnum et dominia mea infestare, subditosque meos per omne scelus, et ancariam diripere, et in servitutem abducere. terrasque regno meo subditas desertare non dubitant. dimisimusque literas meas universales in unaquaque terrarum vestrum, quibus Nobilitatem, et reliquos regni mei subditos ad arma contra eosdem hostes meos sumenda, evocamus. Volumus igitur et mandamus tuæ f. ut easdem postremas vestrum literas meas, ad universam Nobilitatem perferri faciat, et per publica preconia ad omnium et singulorum noticiam eandem mocionem bellicam simul cum Conventibus quos de profectione eorum in isto Palatinatu in ipsis vestrum literis indiximus deducat, et deduci faciat. Ita ut ne quisquam ignorantiam de eis pretendere possit

Preterea Civitatibus et oppidis meis in Capitaneatu isto consistentibus sub penis meis Regalibus severe mandet ut Currus cum commeatu iuxta antiquum morem sine ulla Cunctacione et mora, nobis ubicumque fuerimus. pro die Visitacionis Mariæ Virginis mittant efficiatque ne Cives ipsi aut Oppidani ignorantiam de huiusmodi mandato meo pretendere valeant. Volumus autem ut postremas hasce meas vestrum literas

mox a Dominica Rogationum proxima publicari et ad omnium notitiam deduci. f. tua faciat Pro gratia mea aliter non factura. Datum Crac. Sabbato ante Conductum Pasche Anno domini M°. D. xxxvij°

Legatio Regia: ad ordines Prussie in Comiciis Thorunii congregatis

Salute primum dicta more solito, et exhibitis fidei lris Legatus Regie Mtis in hanc sententiam obibit legationem

Aliquot iam annos Sermus Rex et dominus nr clementmus satagens rerum Prutenicarum, vt eę diu pacatę, tranquillę, et a quouis impendenti periculo tutę vigerent florerentque, egit cum D. vris per Legatos suos ad Comitia Prutenica missos: quum difficillima nunc sint tempora, totusque fere Chrianus orbis turbulentissimis bellorum fluctibus inter se collidatur: et Cruciferi signanter magna aduersus ditiones nras Prutenicas et subditos sua Mtis moliatur: vt omnia bene D. vris prouisa contra quamlibet vim ingruentem, certaque ratio depellendi periculi, inita et constituta esset: verum in hunc vsque diem, incertum quibusnam de causis nihil est effectum. Quod factum poterat nonnihil periculi D. vris, et huic regionibus attulisse: nisi Deus piėntissimus hostiles conatus non prosperasset. Ac certe nisi iamtandem ea res, D. vris curae fuerit, metuendum est, nequid mali (quod omen deus auertat) pariat. Quocirca hortatur vras D. Regia Mtas etiam atque etiam vt certi aliquid tandem de defensione vno consensu, in hiis Comiciis constituant. Ac primum vult ipsius

M^tas omnino, vt lustratio equitum, equorum, et armorum inspectio, veteri consuetudine in omnibus Palatinatibus perficiatur, sine omni procrastinatione. Deinde vt D. vre certam pensionem siue Contributionem in hunc annum decernant in Vniuersa Prouincia Prutenica, vnde militibus Mercenariis, si iis forte opus fuerit stipendia numerentur.

Q uibus rebus ne qua difficultas vt ante aliquoties obiecta est, obiiciatur, indixit M^tas Regia etiam particulares Conuentus vnde Legati omnium publico consensu delecti, cum plena et libera potestate ad haec Comitia mitterentur: vt omnes prorsus excusationes ac tergiuersationes tollerentur et reipub. cura salusque ne negligatur.

DEinde quoniam compertum habet ipsius M^tas perniciosas quasdam simultates, atque etiam aperta dissidia inter ordines Prutenicos esse suborta: quae pestis respu^cas grauissimis malis solet inuoluere: summa cura atque diligen^a sibi prouidendum esse existimauit vt eos in gratiam reducat primo quo tpe. dedit ergo negocium dominis Palatinis Posnanien et Iuniwladislauiensi, et Castellano Lanciciensi vt iis Comitiis nomine sue M^tis intersint et praesideant: et controuersias omnes ac dissensiones diligenter cognoscant sedent, et componant autoritate Regia. Quare hortatur Regia M^tas D. vras, vt faciles sese illis et benignas ad omnia praebeant. Quodsi autem sciret illius M^tas qui sint autores istorum dissidiorum grauiter in eos animaduerteret, vt aliis exemplo essent, ne vnquam aliquid cuiusmodi designent et publicam ordinum concordiam et consensionem perturbare aggrediantur.

Cum autem habita nuper fuissent Comitia per Ser^mum Regem et dominum meum Cracouiae, questi sunt omnes regni

Regni ordines: cum Regia Mtas edixisset, ne in suis officinis Moneta cuderetur amplius atque sub signo illius ea cudi desiisset: Nihilominus Gedanenses et Elbingenses in hunc usque diem in cudenda moneta perstare, non sine magno totius regni detrimento. Itaque Mti regiae supplicaverunt, ut illis quoque sigillatim ediceret, quo finem facerent cudendae monetae, id quod illorum precibus adducta facit in praesentia Mtas Regia: atque omnino vult, mandat, et imperat, ut deinceps à cudenda moneta Gedanenses supersedeant nisi dicto fuerint audientes, edicet Mtas Regia qua ex re in damnum incident maximum, ut eorum moneta nemo in Regno et Dominiis eius Mtis uti audeat, atque etiam gravius est aliquid in eos consultura.

Quodsi Privilegia sua proferre volent, Mtas regia, quae omnium Iura et Privilegia tueri solet ac conservare, facilè patietur suo eos uti Privilegio, modo ne abutantur. Licebit igitur per Mtem Regiam ut Monetam cudant, sed non qualem nunc cudunt, omni ex parte similem monetae regiae precio et pondere: sed qualem cudebant antea quam coepta esset monetae Mtis regiae aequari.

Postremo cum sic usus postularet, ut in Comitiis Regni quae Cracoviae nuper magna omnium ordinum frequentia habita sunt, bellica expeditio generalis decerneretur, postularunt à Regia Mte universi ordines regni, ut ordines provinciae Prutenicae etiam auxilia ad id bellum mitterent: cum pactis et foederibus eorum cautum sit et perscriptum, ut regi et regno Poloniae adversus quosuis hostes suos bellum gerenti opem ferant. Poscit ergo et hortatur D. vras Mtas Regia, ut prompte certum aliquod et efficax auxilium, ad hoc bellum quod adornatur et ad quod ipsamet Mtas regia profectura est, decernant.



In quibus omnibus rebus diligenter et mature perficiendis D[nes] V[ræ] officium suum, et Regiæ M[ti] d[n]o meo clementissimo vehementer gratum, vicissimq[ue] ipsius M[tas] memor istius obsequii promptitudinis et observantiæ D[mum] V[ra]rum ipsis universis et singulis gratiam suam opportuno tempore exhibere ac declarare neutiquam prætermittet

Responsum à Rege datum ori[ato]ri Ioachimo Marchionis Brandeburgen[sis] Ioachimo Maltzano

Probatur Sacræ M[ti] Regiæ, id quod domino Legato visum est ut opera Ill[ustrissi]mi domini Marchionis efficiatur, quo prorogentur Induciæ inter Ser[enissi]mos dominos Joannem et Ferdinandum Reges ad Dominicam Jubilate. Deinde ante Dominicam Palmarum cupit Sacra M[tas] Regia tribus de rebus fieri certior: Primum quæ sint vel tractata iam, vel deinceps tractanda de pacis conditionibus. Nam quoad hæc Sacræ M[ti] regiæ satis explorata non fuerint ~~ista omnia M[ti] regiæ~~ scire non poterit num ipsa per se onus q[uo]d ei imponitur suscipere possit. Posteaq[ue] vero patefacta fuerint ista omnia M[ti] regiæ, tum cupit cognoscere, num utraq[ue] pars consensura sit, ut ipsa una cum reliquis Germaniæ Principibus ad eam rem designatis, ad hanc se pacificationẽ interponat. Neq[ue] enim vellet M[tas] regia hanc sibi tam arduam provinciam sumere ipa, nisi utriusq[ue] M[tis] sua cum voluntate sibi delata esset.

Id quod etiam si factum esset, tamen et hoc vellet Sacra M[tas] regia certo scire, qua spe perficiendi ad tantum negocium istud sit aggressura. Non gravatur illa quidem vel sumptum facere, vel operam studiumq[ue] suum interponere

cum nihil optabilius illi accidere possit, quam si tantos reges et Principes, tam arcta utriusque necessitudine coniunctos, in gratiam et concordiam reductos esse videat. Sed quod antea illi usu venit, frustra a se tantos labores sumi nolit neque sibi quicquam esse tentandum putat, quod recte confici posse certa spes non sit. Simulatque hisce tribus de rebus Sacra Maiestas Regia certior facta fuerit, nihil facturam est libentius, quam ut omni studio contendat et elaboret, quo tandem bella ista quae sunt inter utrosque Maiestatem prorsus extinguantur. Ac vehementer illa quidem cupit pacificationi huic ipsa interesse, sed si usus evenerit, ut nisi praesente ea bellum geri contra hostes non possit, aut quod omen deus obruat, re quapiam graviore Maiestas regia fuerit impedita, quominus adesse queat, loco sui designabit Primarios regni sui Senatores et Consiliarios, viros graves et prudentes: qui una cum Germaniae Principibus, de omnibus iis rebus quae ad Reges in concordiam reducendos pertinere videbuntur, pari cum potestate ac si ipsa Sacra Maiestas regia praesens adesset: statuere et decernere possit. Sperat tamen Maiestas regia fore ut ipsa per se negocium hoc, una cum Illustrissimis Principibus transigat, quod ipsum etiam vehementer optat neque sumptus ulli, laboresque graves ei accident: dum aliquid esse profectum sentiat, cum nulla ex re solidiorem voluptatem percipere possit: quam si quos duos reges magna utrumque necessitudine attingit: inter eos concordiam constituere queat, gratiamque conciliare. Qua ex re cum ad ipsorum quorum sunt Regna ditionesque tum ad vicinas quoque gentes, atque adeo ad universum orbem Christianum summa utilitas, ad eos vero qui in exitium nominis Christiani imminent, ingens metus terrorque pervenire possit, ut quum ipsi Christianae genti pestem machinantur, ea in ipsorum caput redundet.

Instructio data Fabiano Czeme ad Georgium Ducem Legnicensem

Principio Ill^mum Do: Ducem, Sacrae M^tis Regiae nomine quam poterit officiosissime salutabit, faustaque et foelicia cuncta precabitur.

Deinde excusabit Regiam M^tem, quod gravissimis Regni publicis negociis prepedita, non potuerit id quod cupiebat, voluntati Ill^mi domini Ducis satisfacere, ut ipsa presentia sua, filii eius nuptias cohonestaret. Nihilominus ut ne desiderio illius defuisse prorsus videretur missum esse se qui loco illius nuptiis interesset Precarique M^tem Regiam atque ex animo optare ut Matrimonium istud Deus fortunet: quo possit Ill^tas eius et natos Natorum, et qui nascentur ab illis incolumis videre, atque ex nova ista affinitate, solidum idque diuturnum gaudium voluptatemque percapere

Postremo sponsis, nomine Regiae M^tis gratulabitur et foelicissima quaeque precabitur: muneraque offeret quae quantum poterit verbis ornabit

Responsum à Sigismundo primo Rege Poloniæ datum, ad Legationem Ioachimi Marchionis Brandemburgensis

18 Januarij 1537

Legationis eius quam D.o V.ra apud Regiam M.tem Poloniæ, nomine Ill.mi domini Marchionis Principis Electoris functa est quantum meminisse licet tria fuerunt capita,

Primum ut Ill.mus dominus Marchio ad Jus successionis in Ducatu Prussiæ cum dominis Marchionibus patruelibus suis admitteretur.

Alterum de quinque millibus aureorum quæ adhuc debentur domino Marchioni ex promisso Regiæ M.tis.

Postremum de Legatione mittenda ad Serenissimum dominum Joannem Regem Hungariæ

Ad ea sic Regia M.tas respondere iussit. Primum de successione in Ducatu Prussiæ. Sperabat Regia M.tas eam rem hoc tempore una cum alijs tum priuatis, tum publicis, quæ plurimæ nunc undique concurrerunt, se confecturam esse, eoque factum est ut tam diu D.nem V.ram hic detineret nimirum ut opportuno tempore cum ordinibus regni sine quorum consensu ea res perfici non potest, consilium caperet, verum cum ipsius M.tas totos pene quatuor annos à Regno suo abfuisset, tanta vis grauissimorum negociorum et ad summam salutis atque tranquillitatis regni pertinentium, sese effudit, ut duum mensium spacio Comicijs habitis non admodum multum actum sit, necdum appareat quando futurus sit exitus. Non existimauit ergo ipsius M.tas D. V.ram sibi diutius tenendam esse: Sed cum publica regni negocia in quibus mora perniciosa foret explicata fuerint: tunc ea quoque de re quam dominus Marchio postulat ipsius M.tas cum ordinibus regni actura est.

De quinque millibus nihil esset negocii. si se dominus Marchio facilioren in cautione prestanda preberet. Confidit autem Regia M.tas, quemadmodum ipsa candide agit omnia, neque ullum amici necessariique officium in se desiderari patitur, ita secum quoque agi debere et quemadmodum nihil fuit, quod vel ex pactis deberi, vel ad firmanda una cum affinitate amicitiam facere videretur: quin ipsius M.tas prompte et ex animo faceret: ita nollet quemque scrupulum sibi aut successoribus, aut regno suo relinqui qui posthac simultatis alicuius vel dissidij causa et origo esse posset.

Nam ubi plane rereque agitur, illic veram atque stabilem amicitiam esse existimandum est. Nihil ergo causæ Regia M.tas esse putat, quamobrem Dominus Marchio talem cautionem cuius formulam ipsius M.tas ad ipsius Ill.tem mittit, quæ nihil continet ambiguum, nihil indignum hac affinitate et amicitia, quæ sibi est cum ipsius Ill.te dare detrectet Quandocunque autem ipsius Ill.tas huc significabit eiuscemodi cautionem qualem Regia M.tas petit, sedaturam esse: sine omni procrastinatione. Generosus Seuerinus Boner Castellanus Biecensis curabit illi quinque millia cuicunque Ill.tris dominus Marchio iusserit Posnaniæ numerari.

De Legatione ad Serenissimum dominum Joannem Regem Hungariæ mittenda, desspiciet Regia M.tas ut id opportuno tempore fiat, agetque accurate cum illo qua de re Dominus Marchio postulat, quemadmodum ipsi videbitur commodissimum.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Ducem Prußiæ Albertum Marchionem Brandemburgensem

5. Marcij 1537

Thomas Soboczki hanc obiuit

Dicta primum salute more solito, Legatus Regiæ M.tis in hanc sententiam Legationem obibit apud Ill.m D.o Ducem Prussiæ

Liberauit iam tandem Regia M.tas dominus meus clementissimus fidem suam quam ante aliquot annos uniuersis ordinibus regni Poloniæ obstrinxerat de iureiurando ipsis à Ser.mo Rege filio suæ M.tis dando: cum is adultiorem ætatem attigisset Nam is nuper in hijs proxime transactis Comicijs Cracoviæ

illud ipsum Jusiurandum debitum publice exoluit. De quo sperat Regia Maiestas Illmam Dnem vram veluti amicam et arcto sanguinis vinculo coniunctum Principem vehementer esse gauisuram. Nempe quod ipsius Maiestati diuina benignitate datum est tantisper esse superstiti, quoad filium suum charissimum atque vnicum in Solio suo sedentem: simulque et paternam fidem subditis suis prestare datam liberantem et suam obstringentem videret. Neque vereatur ipsius Maiestas vt ne hoc Do. vra Illma ad contumeliam suam trahat, neu se contemni despicatrique haberi suspicetur: quod huic tante celebritati atque rei, cum pars ac membrorum regni Polonie inter primaria ac honoratissima sit, non interfuerit. Scripserat ipsius Maiestas ad Illem Dnem vram postulans ab ea, vt Cracouiam ad se veniret, idque adeo fecit non tam Illis domini Ottonis Henrici Palatini Rheni causa, qui tum Cracouiam veniebat et Illris Dnis vre conspectum exoptabat, quam vt Illris Do. vra iuramento illi et alijs rebus que in Comitijs fiebant interesset. Sperabatque Illem D. vram esse venturam et proinde Legatos Illis Dnis vre a se dimisit, quos alioqui non dimisisset, donec ea res acta et transacta fuisset. Hinc igitur factum est vt absque Illma Dne vra hec peragerentur, quamque nihil ex ea re incommodi aut periculi Dni vre Illme et subditis ipsius exorituram est. Nam Serenus do. Rex iunior vniuersis ex regno subditis suis inter quos et Illma Do. vra veluti obnoxius et subditus Princeps pariter cum suis subditis non in postremis est. fidem suam iureiurando obligauit. Nec aliter Dnis vre Illis et subditorum eius quoque reliquorum subditorum suorum Jura et Priuilegia rata et firma esse iussurus est Idque sibi Do. vra Illma et subditis suis de ipsius Maiestate certo persuadeat.

Ad Legationem vero Illme Dnis vre hoc dat Regia Maiestas responsum de proscriptione ista seu banno quod vocant, quod Judicium Camere Caesaree aduersus Illem D. vram et subditos ipsius atque dicionem Prutenicam et aduersus omnes quicunque commercia cum illis miscent decreuit et promulgauit: idem videtur ipsius Maiestati, atque Dni vra Ill. et eius amicus minime vt Regia Maiestas, Polonie, cum Caesarea Carolo et Regia Ferdinando Romanorum Maiestate agat vt ea proscriptio processus tollatur et irrita fiat quod se diligenter, facturam esse Regia Maiestas recepit, et cum Caesarea quidem Maiestate breuis aget: Ad Serenum vero dominum Ferdinandum Regem Romanorum mandata dabit hijs legatis quos mittet ad transigenda et finienda pacta matrimonij Sereni filij sui cum Illmis Maiestatis filia, rogabitque ipsius Maiestatem vt et apud Caesaream Maiestatem fratrem suum germanum preces suas et ipse authoritatem suam apud illud Judicium ea de re interponat. quod si nihil equi poterit obtineri: siqui illi pignorare Illme Dnis vre subditos et eos qui cum eis habent commercia porro pergent: curabit Regia Maiestas vicissim in dicionibus suis Talionem referri et subditos eorum cum copijs et facultatibus ipsorum repressalibus que vocant pignorari. Decretum est enim ipsius Maiestati Dnis vre Illme, et subditorum eius, qui ijdem subditi Maiestatis sue sunt, salutem incolumitatem et fortunas pro virili sua tueri et defendere.

Conatus vero Liuoniensium, et aliorum Cruciferorum, et Friderici Palatini Rheni, qui cum ipsis Cruciferis conspirasse dicitur sperat Regia Maiestas non esse processuros quantumlibet illi intendant, omnes ingeniorum suorum vires. Sed in ipsorum potius capita, ea que molientur esse recasura propter improborum studium et immensam cupiditatem qua ad effundendum

sanguinem

Christianorum, et ad intervertenda aliena feruntur precipites. Quin accepit
ipsius Mtas illos longe frustrari spe et expectatione sua: aliterque multo
illis res cadere: quam rati erant futurorum. Neque enim prosperat Justus
Deus molimina improborum

Concilium generale, si, ut indictum est procedet: dabit negocium Regia Mtas
his, quos eo, suo et regni Poloniae nomine allegabit, ut foedera Pruthe:
nica et causam Ill: D. vrae quod ad Ducatum Prussiae attinet, tueantur
quam diligentissime

In summa nusquam pretermittet Rª Mtas Ill: D. vram et subditos ipsius
feudali iure sibi obnoxios defendere ac propugnare

Atque haec ad Legationem Ill: Dnis. vrae; restant adhuc nonnulla, quae
privatim Illme Dni vrae Regia Mtas referri mandavit

Principio increbuit apud Regiam Mtem et apud omnes ordines Regni
Poloniae D. vram Illmam, subditos suos omnes vi adigere, ut relictis
et abrogatis ritibus et institutionibus ab orthodoxis et sanctis patribus
propagatoribus Christianae religionis sancitis, magnoque consensu Christiani
orbis receptis, et per tot succedentia secula et sancte et incorrupte serva:
tis novam istam et ex quorundam non dico qualium hominum cerebro natam
religionem amplectantur, et factionis istius quae se Evangelicam vocat, ho:
mines, bonis et piis viris eiectis, in parochiis suis inviti collocent, unde
pariter cum liberis, uxoribus, familiis, et subditis suis, velint nolint, nova
dogmata imbibant, ad quam rem etiam subditi quidam Regiae Mtis, qui
in Ducatu Prussiae etiam possessiones habent, perque inviti, cogi dicuntur.
Id quod ordines regni perque indigne ferunt; clamantes indignum esse facinus,
ut quispiam invitus ad religionem aliquam adigatur, quod ne barbarae et
quidem et immanissimae gentes Turcae et Scythae faciant. Et consuluerunt
Senatores regni, Regiae Mti, ut authoritatem hac in parte suam apud
Illmam D. vram interponeret. Quocirca non solum hortatur et rogat
ipsius Mtas: sed et monet perinde ac pater D. vram Illmam moderatius
ut deinceps potestate sua in subditos suos utatur, neve religionis amplectendae
rationem ipsis praescribat. Nam si id facere D. vra Illma perget:
futurum est ut plurimum rebus suis in posterum incommodet, alienabit enim
a se subditorum suorum atque etiam ordinum regni Poloniae voluntates. Quae
res omnibus Principibus vehementer obesse solet ad dominatum suum
stabiliendum.

Alterum est: magnis precibus contenderunt a Regia Mte omnes ordi:
nes regni, iuberet tandem ipsius Mtas omnes Monetarias officinas cessare
et cum D. vra Illma ea de re diligenter agere. Tantam enim esse
vim Nummismatum et pecuniae, ut ea magis obsit quam prosit. Tum autem
nullis se legibus obstringi ut alienis nummis, pecuniaque ab aliis quam a Re:
ge suo signata utantur. Si quis Privilegia sua de signanda pecunia
obiectet, eum diversam ab ea qua ipsi utuntur, diversoque pondere signare
oportere. Se vero deinceps non esse toleraturos, si quis eandem deinceps de:
signet pecuniam ut ea in Regno Poloniae cum regia moneta ex aequo
acceptetur. Proinde monet Mtas Regia, D. vram Illmam, hortatur
et postulat ut iam tandem D. vra Illma, ab hac moneta cudenda
prorsus cesset, quando et Regia Mtas iam diu nullam cudit monetam
et Civitatibus suis omnibus penitus interdictum est, ne deinceps monetam
ad instar Regiae cudere ausint.

Quodsi vero D. V.ra Ill.ma Privilegio suo uti volet, aliud genus Numismatis signet, quod a Regio diversum sit, nec sit eius usus in Regno Poloniae. Aliter si erit factum, cogetur ipsius M.tas ordinum regni sui postulata facere. Verum confidit ipsius M.tas D. V.ram Ill.mam in utraque hac re minime difficilem uti subiecto et obsequente Principe dignum est, se esse exhibituram

Legatio ad Paulum Papam tercium Thome Soboczki data in Maio 1537

SIGISMUNDUS dei gra Rex Poloniae etc.

Mandata quae tibi damus ad Sanctissimum Do. Paulum tercium: haec sunt.

Principio cum tibi data erit potestas in conspectum Summi Pontificis veniendi ut primum Conclaue fueris ingressus: ob memoriam Christi summi pastoris, et debitam reuerenciam Vicariis eius praesentis Sanctissimi Do. mei, genu flectes, ac pronus accides, et osculum illis loco meo venerabundus defiges. Vnde erectus stans et clara voce in hanc sententiam verba facies

Beatissime Pater: Serenissimus Princeps et Rex meus Sigismundus Rex Poloniae Senior, Sanctitatis vestrae obsequentissimus et obseruantissimus filius, Sanctitati vestrae plurimam salutem nunciat: et pro Christianae religionis officio, beatos illius debita veneratione per me ministrum suum exosculatur pedes. Demumque a deo optimo Maximo precatur vt Sanctitatem vestram in singularem Ecclesiae suae consolationem diu seruet sanam ac incolumem

His dictis literas offeres vt perlegantur et simul vt lectae illae fuerint, tuque missus mandata mea refferre, istiusmodi vteris exordio

Beatissime Pater: oracione vix consequi et explicari potest quanto sit studio Serenissimus Princeps et Rex meus, in hoc totus compositus, vt de se pariter et animo suo, cum ceteris omnibus tum Sanctitati vestrae et Sacro eius Collegio prebeat clarissimum

clarissimum documentum, quod sincera fide atque Christiano Princi:
pe digna, religionem quam a maioribus suis sibi per ma:
nus traditam recepit: summos Romanos Pontifices, qui Chri:
sti indubie vicem gerunt, veneretur colat, et obseruet: nulla
siquidem vnquam ab illo pretermissa est occasio, qua id offi:
cium quod animo gerit re ipsa quantum in se fuit erga San:
ctitatis vestrae predecessores summos in hoc loco Pontifices
declarare non curauerit. Cuius rei amplissimum Sanctitati
vestrae facere possunt testimonium et scripta et Legationes
Principis mei quas regni sui tempore, summa cum vene:
ratione, et animi sui demissione, crebras huc pro huius
Sanctae Sedis honore et dignitate transmisit et prestitit
nulla in hoc vel loci distancia, summisque grauitate deter:
ritus, vel quantumuis magnis et arduis rerum contra
Christi nominis hostes gerendarum, continuis occupationi:
bus remoratus. Quod quidem officium et obseruantiam
suam cum Sanctitati vestrae tanto magis se debere intelli:
geret quanto illam prae ceteris meritissimam ad tantum
dignitatis fastigium assumptam cognoscit, ab initio sta:
tim eius vestrae Sanctitatis prouectionis, et vbi primum Pon:
tificatus sui alma lux in illas oras effulsit id precipua
cura et solicitudine prosecutus est, vt primo quoque tempore per
insignes et primarios regni sui oratores, laeticiam ex
tam foelici eius successu conceptam, in sinum illius effunde:
ret gratulationemque et obseruantiam suam beatis Sanctitatis
vestrae pedibus adsterneret, verum cum in hoc suo mitten:
dorum Legatorum ardenti studio, ipse sibi satisfacere non
potuisset, partim suis expeditionibus impeditus, quas ad
ipsas vsque Christiani nominis hostium fauces longo loco:
rum internallo, retroacto toto tempore produxerat: partim
vicinorum regnorum bellis interclusus, quae adeo infesta
vbique itinera reddiderant vt non solum publicis legatis

verum et singulis priuatis personis periculum ex itinere facien:
do: facile assensum posse nosceretur: distulerat inuitus in aliud
tempus totam istam voti voluntatisque sue rationem et per
literas vnas atque alteras, Sanctitati vestre illo tempore de
tam sublimi prouectione gratulatus est. At vbi iam fer:
me duos annos expectaret, nihil vnquam in eo proficiens quod
de mittendis huc suo nomine oratoribus desponderat, no:
uis identidem ferocissimorum et perfidorum hostium lace:
ssitus et distentus insultibus, in animum suum induxit, vt
per me saltem leuem Nuncium quando per illustres viros
non licet apud Sanctitatem vestram suam publice profitetur
erga illam obseruantiam, ne forte officium eius Concilium
generale, quod Sanctitas vestra indixit, anteuertens, argu:
eret in eo erga vestram S. negligentiam posset a qua ipse,
semper abhorrebat. Quare vestre beatitudini. Sanctissime
Pater, et domine Paule Pontifex maxime clementissime, solioque
Sancto Apostolico Serenissimi Principis domini Sigismundi Re:
gis senioris Polonie magni Ducis Lituanie, Russie,
Prussie Masouie domini et heredis, domini mei clementissimi:
nomine, omnem venerationem et reuerentie cultum, qua
maiore animi demissione possum presto: deferens Sanctitati
vestre tamquam summi Dei vicario, eiusdem Principis mei
perpetuam obedientiam cum summa sincera obseruancia
coniunctam. Profitetur enim Princeps et Rex meus San:
ctitatem vestram Pontificem maximum summum Apostolorum
principis Petri Successorem, legitimum Jesu Christi Sal:
uatoris mei vicarium: et ad portas salutis predesti:
natorum: vite eius clauigerum, ac vt Sanctitas vestra
Serenissimum Principem meum, non minus re quam verbis mil:
lies gratiam propendere intelligat, id quod et viribus
et opibus valet: in potestatem Sanctitatis vestre, et militantis
Ecclesie deuouet atque tradit: ex animo optans, vt omni regni

sui imperio, vniversisq[ue] nationibus sibi divinitus subie:
ctus Sanctitas vrã arbitrio suo vtatur: et eos commẽ:
datos apud se habens pro voluntate sua in salutem dirigat, in Chrõ Jesu domino meõ

Aliud est preterea Sanctissime domine Pr̃ quod hoc loco Sere:
nissimus Rex meus silentio pretermittendum non putat
pauci enim intercesserunt menses, q[uo]d Sanctitas vrã suo
Nuncio ad eius Aulam misso, Sacrum et vniversale Con:
cilium ei denunciaverit. Quare cum ipsi tanta heresum
tempestate circumsepto, nihil hoc tempore iucundius, ma:
gisq[ue] pro matura iam et annosa aetate sua, optatum acci:
dere potuisset, immortales agit et habet gr̃as Sanctitati
vrẽ, quod se tante eius communis laeticie et vniver:
salis Ecclesie boni facere participem dignata fuerit. Eni:
vero rerum summam tenente Sanctitate vrã que et
vitam et famam modis omnibus illibatam ad istam attulit
dignitatem, vt summos pariter atq[ue] infimos, in sui amorẽ
inflammarit: in spem erigitur Serenissimus Rex meus
pacis vbiq[ue] sarciende, et vulneribus ab iniquitate he:
resum Chri doctrine inflictis sanandis, nihil vspiam ob:
stare posse: dummodo Sanctitas vrã pro sua pietate et
clementia huic laudabili instituto perpetua sua volun:
tate insistat. Quod vt faciat, Serenissimus Rex meus dili:
gentissime illam orat et obtestatur. Pernecessarium enim
fore iudicat vt rebus pene iam in religione desperatis,
citissime succurratur. et nemo est preter Sanctitatẽ
vram̃ et hunc eius Romanum Principalium Senatum,
qui in hoc maiore cum fructu et autoritate operam sua
navare possit. Quo in negocio, et si Maiestas sua non
dubitat Chrianos Principes Sanctitatem vram̃ consiliis
quibusq[ue] magnis et necessariis adiuturos, ipsa tamen

quantum in se est, quicquid commode et convenienter in commune bonum de exilibus sui ingenii copiis prestare poterit, presto semper est delatura. Persuasum enim Sanct^t^ vrã esse cupit sua M^tas, se nihil antiquius ducere, quam ut Christiana respub^ca, evulsis spinarum radicibus libere et secure in fide Chri et Ecc^e unitate floreat pro qua se etiam lubens opposuerit si corpore suo representari pax eius et tranquillitas possit.

Nec non deessent quidem ad commemorandum presentissima exempla magnorum M^tis sue gestorum, quibus summa cura et diligentia prospexit, ne quod heretici venenatum virus subditis suis afflare, aut illorum animos pravis ac perversis opinionibus imbuere possent: Sed quoniam occupationes Sanct^tis vrẽ prolixum sermonem non patiuntur illa ad presens taceo: et in compendium orationis mee summam conferendo, iterum atque iterum regis mei nomine Sanct^tem vram precor: obsecro: summeque obtestor ut ad exemplar Salomonis pacifici qui sua concordia celum pariter atque terram conciliavit. Sanctitas vrã cum celeberrimo suo R. D. Cardinalium Senatu Christiane plebis religionem iam olim multis collapsam modis, et indies magis ac magis collabentem saluberrimis sacre et universalis Synodi Constitutionibus fulcire et restituere dignetur. hoc illustri opere summam inter homines immortalitatem, inter superos divinam remunerationem Sanctitas vrã sibi suisque adiutoribus comparatura.

Absolutis iis que in audientia publica dices, dices habere te quedam in commissis, que non inco<s>nsulto^ premiatum apud Sanct^tem suam es acturus

Ad cuius presentiam cum fueris admissus pro industria et ingenio tuo admiteris, Annatarum ex Epatibus regni mei prouenientium peculium pro defensione regni mei contra infideles Chri nominis hostes perpetuo nobis et successoribus meis à Sancte Sua impetrare, aliis quidem quibus tum videbitur verbis Sed ad hanc tamen sententiam accomodatis, et ab istis racionibus et fundamentis petitis. Dices enim nos, non vlla auaricia permotos, neque quapiam soluti animi licentia more nonnullorum à gremio matris Ecclesiae auulsorum, ad Sanctitatis suae emolumenta, quae hinc illi ex vniuerso regni mei clero proueniunt animum adiecisse: Sed quoniam hoc tempore maior quam alias vnquam necessitas mihi regnoque meo contra infideles armis decertandi incumbit, ad quorum validos et conglomeratos conatus, neque vires, neque opes meae amplius sunt sufferturae, nos quod antea nunquam fecimus, à Sancte sua tanquam communi gregis Christiani pastore et curatore, subsidii nomine, Annatarum prouentum petere, et petere sane non priuati mei commodi augendi studio, Sed solius plebis sub Christi nomine militantis protegendae causa. Ad quam petitionem tametsi nos potissimum necessitas tuendi aduersus perfidos hostes regni incitarit, dices tamen et subditos meos communi et obseruato consensu nos in preterito Conuentu regni mei sollicitasse, vt à Ste Sua id quamprimum impetraremus, et hac saltem ex domesticis emolumentis proueniente pecunia, si aliam in presens impetrare à Sancte Sua non licebit, ruenti iam prope in preceps regno meo succurramus.

Dices Scytarum Exercitus nunc esse multiplicatos, Nam veluti Hydrae capita quanto crebrius preciduntur, tanto numerosius succrescunt. Dices illos nunc quam ante fuerant ferociores et bellicosiores euasisse, tum quod militatum in longinquas Terrarum partes inuitari soleant, tum vero quod

aucto sue progeniei numero, se ad omnem iniuriam inferenda[m],
et vim mutuo sustinendam magis aptos magisq[ue] firmos
esse nunc quam alias cognoscant: proinde illos crebrius in:
fensius[que] iam nobis insultare, et ex meis subiectis domi:
nis predam petere solere: predam autem non pecorum tan:
tum, pecudum, iumentorum et rerum ad usum humanum co[m]:
paratarum: sed quod magis dolendum est, predam ho:
minum passione Chri[sti] sanctificatorum: ad quorum prote:
ctionem. Etsi nos omnes vires meas exiles liberaliter
amanter et sollicite intendamus, opesq[ue] meas exiles libera:
liter effundamus: non satis tamen valentes ad reprimen:
dam nouam presentem vim hostium, et commiseratione ad:
ducti multiplicium erumnarum populi Chri[sti], quas pars p[er]
cruentes cedes, pars vero per deuastatas et ereptas posse:
ssiones, pars deniq[ue] per diram, in quam abducitur ser:
uitutem indies sustinent, quod ad Sancti[tatem] suam, tanq[uam]
precipuum in terris misericordie fontem cum his popu:
lorum vocibus et angustiis recurramus: ut ipsa pro
boni pastoris officio, subueniat ad se clamantibus.
Dicas preterea Sancti[tatem] suam proximo Hungarici et flo:
rentissimi regni ~~causa~~ casu debere permoueri, ne ob negatum
tempori subsidium, hec q[u]o[que] utrumq[ue] vacillantia regna
ad instar illius ad interitum deduci non patiatur: presser:
tim cum peruum, et paruum nos hoc t[em]p[or]e subsidium a San[ctita]te
sua postulemus: et quod non de suo sit numeratura, sed
de eorum particulis tantummodo, paruo cuiusq[ue] incommodo
detractura, qui id in urbe preter magnam necessitatem
ne dicamus preter debitum ullum inter se partiuntur.
Jam enim satis edocti sumus, Annatarum usum, ab
olim Romanis Pontificibus, non ad ullum priuatum
commodum institutum in Clero fuisse, sed ad communes
in Chrianis regnis occurrentes necessitates subleuandas

inductum et approbatum, cuius pecuniae dispensationem ut fateamur Sancti^ti sue tanquam Principum capiti delatam esse: relicturi tamen certe non possumus, nobis, qui regnis quoque meis presumus, pro occasione et necessitate poscendi ex illa subsidia potestatem vicissim nobis relictam fore Quamobrem dices nos et necessitate periculorum regni et petendi aequa adductos ratione, Sancti^ti sue supplicare ut hoc nobis tum cum premimur angustiis, et ante congregationem Concilii concedere dignetur, ut tum communi universum ab omnibus voces et clamores ea de re proferentur, nobis per Sancti^tis sue gratiam et liberalitatem quiescere pro aetatis meae decoro sub silentio liceat. Mallemus enim id Sancti^tis sue liberalitati ac munificentiae, quam ullis violentis conatibus, acceptum referre, et cum illa quantum expedit Christiane pietati et religioni in religionis consentire.

In his, si responsum fuerit per Summum Pontificem: quod res ista sua in potestate non sit, sed ad Collegium R. D. Cardinalium pertineat, tu petes tibi commodo tempore audientiam in Consistorio publico concedi, Quam adeptus, oratione ad hunc sensum composita, ad Pontificem ea de re iterum presentibus Cardinalibus sermonem facies, id tamen cum consilio dominorum Cardinalium, ad quos meas habes literas prestabis. primus enim illi tibi erunt conveniendi cum literis et mandatis meis. Mandata autem mea succincte illis in genere salutatione premissa explicabis, declarans te a nobis missum ad Sancti^mum Do. nem cum obedientiae prestatione, et cum aliis regni negotiis, quae in illorum presentia apud Summum Pontificem es dicturus. Quare postulabis ab illorum D^bus nomine meo, ut rebus et petitionibus meis patrocinari et adesse velint, offerens illorum D^bus meam vicissim benevolentiam, et in omne genus beneficii gratificandi studium

Ad Cardinales

Principio Cardinales adibit. Quos verbis Mtis regie saluta:
bit, redditisque lris aget gras de ea opera quam navare nõ
sunt gravati in impetrando munere decem millium floz. a
Sanctismo. Do. nro, quibus regni necessitatibus subveni:
rent. Sed et ipsi summo Pontifici de hoc ipso munere ver:
bis amplissimis aget gras, summumque studium atque ob:
servantiam Mtis regie ad Stem eius deferet benevole:
tiam eius vel potius pietatem erga Sanctam Sedem
Apostolicam, quam poterit accuratissime commẽdabit.

Narrabit postea, cum e vita excessisset D. Epus Varmi:
en, atque in demortui locum suffectus esset dominus Epus
Culmensis, quanto studio et contentione actum sit ab eque:
stri ordine, ut quae veniunt ob expeditionem horum Epis:
copatuum in urbe numeranda, ea ad tuendos regni fines
converterentur: Supplicabit Sanctismo Dno ut propter
conservandum statum regni quietum et tranquillum, velit
Annatas istorum Epatuum regno condonare, Qua tamen
de re in lris Mtis regie scriptum esse dicet uberius
Rmorum quoque Do. Cardinalium eadem in re opem operamque
implorabit.

Quibus etiam exponet, et si licuerit, per occasionem ipsi quoque
Sancto dno nro: quam acerbe ferat Mtas Regia quorun:
dam istic suorum hominum perversitatem improbitatemque
qui, tot esse dicuntur sceleribus cooperti, tot flagitiis conta:
minati, ut universum genus Polonum macula aspergant,
cum ex eorum vita inquinatissima ceteri finguntur: Ro:
manae vero Curie odium quoddam conflent incredibile,
cum in eam opinionem homines adducuntur, nusquam magis
quam istic improbum licere: ubi quasi ludus quidam sit
improbitatis apertus et premia proposita male facientibus

Pro delectamento habent viros bonos litibus vexare, easqz so:
pitas, post multos annos suscitare, atqz ita malis artibus ho:
mines infames ad magnas sese opes perueniunt. Quibus si
quid merentur premiu persolui oporteret, igne et aqua eis
interdicendum, atqz in vltimas terras deportandi essent
In eos Mtas regia iampridem documentum aliquod statui:
sset proscribendosqz e regno suo euasisset: vt qui nedu
inferioris ordinis hominibus molesti sunt, sed et magnos
viros, quin ipsam qz Mtem regiam, sanctu plane Princi:
pem, impuro ore suo conuiciis consectari non verentur; Sed
sola, eam haec res retardauit, q subuerebatur, ne quid
offenderet animu Sanctmi Do. nri, quem ipsum mallet
petulanciam atqz audaciam istorum hominu comprimere, atqz
eas quas merentur poenas ab illis expetere. Id quod nisi
factum fuerit, ita multi instant atqz vrgent, vt facere no
possit Mtas regia, nisi ad officium sanitatemqz redierit
quin secundum patrias constituciones in eos animaduerta:
tur. Quin etiam animaduertisset iam, nisi Rmus Do. Epus
Choiensis Crac. autor fuisset, vt tantisper animaduersio differ:
retur dum scriptis ad eos lris, eos cohortatus esset,
prius vt ceptis desisterent: Qua cohortacione aliquid pro:
fici posse sperauit

Michaelis de Paczanow: et Alberti
Swietkowski eius discipuli, et Stanislai
de Rzeczica etc Cortisanoru: mencio
facta hic est etc

Si quando dabitur occasio, nomini Rmoru dominorum Ar:
chiepiscopi Gnesnensis, et Epi Cracouien referret cum Rmis
dominis Cardinalibus, tum ipsi Sancto dno: sed semotis
arbitris, in quantum discrimen et periculum adductus sit
cunctus ordo Cctus, ea re, q Sancti mus Dos obtulit Mti regie

per dominum Sbozki Legatum eius aurum et argentum ex Ecclesiis, praeterea prouentus Archiepiscopatus vacantis, decimas etiam quasdam quarum nomen antea nunquam in Polonia fuit auditum, simulatque ad ordinis equestris aures fama eius rei penetrauerit omnia faciet, vt quae oblata sunt ab eius Sanctitate exscindantur, vnde ad rempublicam Cracouiam regni huius multa et grauia incommoda perueniunt, neque Sanctitati Sedi Apostolicae quicquam accedet emolumenti. Nam si forte putant vt equester ordo spoliatis Ecclesiis, Clero, maiore suarum fortunarum parte euerso, a petitione Annatarum desistat, longe falluntur: cum non hoc tantopere contendat, ordo equester, vt clerus regni de fortunis suis deturbetur, Templaque diripiantur. maior enim pars cleri ex eo ipso ordine constat eumque opibus suis alit et sustentat, sed hoc dolenter et acerbo ferat, aurum e regno exportari, atque eo mitti, vbi multo maxima est illius copia, in vsus vti parum necessarios, ita non satis honestos conferendum.

Ad extremum referret, quanto studio Rmus dominus Cracouiensis superioribus Comitiis Romanae Curiae commoda defenderit: quanta praelia Annatarum causa sustinuerit, cum solus prope ingenti multitudini vociferantium, non esse eas amplius in vrbem mittendas se opponit, quantas inuidiae atque odii tempestates subierit, fide ista sua et obseruantia erga Sanctam Sedem Apostolicam ac peruenisse quidem visus erat in illis Comitiis. Sed quo tempore absens ab Aula in Ploceni Episcopatu degebat: persuasum fuisse Maiestati regiae vt de Annatis impetrandis in vrbem mitteret: postea vero cum in militiam proficiscerentur, cunctus equester ordo tantis clamoribus rem egit, vt si Statum regni Maiestas regia tranquillum retinere velit, omnino necesse habeat nisi impetratis Annatis non conquiescere.

Supplicabit itaq Sanct.mo Domino verbis Mtis regie, ne tanti ne tanti faciat exiguam pecuniam que hinc in Vrbe deportari consueuit, vt illius causa, motus aliquos in Regno eiusmodi velit excitari, qui non facile sedari possent.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali de Cenuciis

Rme in Chro Pr et domine amice charmme ac honorande. Cum in voluntate mea familiaris meus Generosus Thomas Soboczki, Legationem apud Sanctissimum D. nrum obierit, Annatasq atq id genus alia onera: que sunt Clero regni mei imposita condonari necessitatibus reipub. petierit, inficias ire nec possumus, nec debemus. Sed eam tamen voluntatem, si fas est nobis eo verbo vti expressit atq extorsit a nobis conspirans quidam consensus totius equestris ordinis, in cuius sententiam maior etiam pars Senatorum, regniq mei Consiliariorum discesserat: nunq vt nulla res maiori magisq concordi constantiq omnium voluntate fuerit a nobis postulata, q haec, que vt preter opinionem, ita contra voluntatem meam, nobis fuit obiecta. Quare tanto studio, tanteq contentioni cuncte Nobilitatis regni mei aduersari nos repugnareq non potuisse fatemur. Quod si ea res aliquid vt scribit Rma D. vra, de autoritate mea diminuimus: id quoq fatemur: Sed multorum tamen cum auditam, tum presentem memoriam habemus, qui cum pares essent cum ptate atq nos sumus: multa tamen sepe multitudini vehementius instanti atq vrgenti, non concedenda concesserunt. Qui etiam hii sunt semper habiti prudentissimi qui cum cursum quem vellent cursum tenere non possent obtemperare tempestati satius existimauerunt

quam cum illa periculose pugnare. Fatalis quedam calamitas universum prope iam orbem pervasisse videtur, ut ferre plerasque ac ad multa sit conniuere necesse, etiam his qui cum summo imperio potestateque sunt. Quapropter quod plerosque omnes facere videmus Reges et Principes Christianos, nos quoque cedendum esse temporibus duximus: dandumque aliquid tam constanti conspirantique tante multitudinis voluntati, ne si pro nostro iure omnia agere aggressi essemus, maius aliquod per nos incendium excitaretur: animique hominum nostrorum cum a nobis, tum precipue a Sancta Sede Apostolica alieniores redderentur: cum nobis non alia res magis curae sit, quam ut eos non minus quam nos ipsi sumus studiosos atque amantes Sancte Sedis istius efficiamus. Quod ut facilius prestare nobis liceret, cum decem tantum aureorum millium minus a Sancto D. nro acceperimus, quidquid erat reliquum Annatarum totiusque expeditionis nomine in Urbe persolvendum, id omne de nro adiecimus: universam nihilominus summam liberalitati Sanctmi domini nri acceptam ferentes. Sed perstat tamen adhuc in suscepta semel sententia cunctus equester ordo: atque haec ut ipsi vocant gravamina in sempiternum tempus concedi regni necessitatibus postulat: nostram in ea re fidem implorat ne patiamur diripi et spoliari regnum meum a quavis potius re quam a pecunia satis paratum, ne feramus habentibus dari, non habentibus autem hoc ipsum quod habent auferri. Nos Sancto D. nro supplicamus, ut ne parve pecunie causa magnos aliquos contra Sanctam Sedem istam motus motus in regno meo velit excitatos, qui non facile per nos sedari possint. Peticionem meam quantum potest ut adiuvet Rma P. vra rogamus, gratam illi memoremque voluntatem pro prestaturi. Optamus vram Rmam P. dni salvam esse et incolumem.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Sanctorum Quatuor Corona:
torum

RME etc. Quod nos P. Vra Rma tanto studio cohor:
tatur, ut qua fide, pietate, observantiaque erga Sanctam
Sedem Apostolicam semper fuimus: eadem esse pergamus:
neque de meo erga illam studio quicque remittamus id in
eam quam debemus optimam partem accipimus, ut qui nihil
dubitamus quin haec cohortatio ex abundantia quadam il:
lius erga nos amoris profecta sit. Sed tamen non videmus
quid opus fuerit currenti quod aiunt calcar addere. hii
enim sumus qui ne vestrae quidem Rmae Pti concedere
vellemus, magis ut ipsa sit Sanctae Sedis istius studiosa
quam nos et sumus et futuri sumus semper, quoad nobis
vita suppeditaverit, a qua quod condonari regni mei ne:
cessitatibus postulavimus, eam pecuniam quae Pallii, Sa:
crarum Annatarum, aliarumque id genus expeditionum
nomine, in Urbe numerari consuevit, non est id mea spon:
te a nobis factum: sed ita instabat atque urgebat cun:
ctus equester ordo regni mei, ut interminaretur clero
universo, ne quid ex regno inope in urbem divitem, in
usus parum necessarios pecuniae efferretur, ut eius tantis
clamoribus victi plane fuerimus, non usque eo tamen
ut aliquid nobis in re Eccca iuris arrogaremus, a qua
ratione semper fuimus remotissimi, sed ut precario id
potius a Sanctissimo Dno nro concedi nobis postulare:
mus, quam quod ipsi nos facere cupiebant pro iure meo potestateque
mea regia quidpiam clero regni mei nobis indignum
mandaremus. Qua quidem in re nihil videmur ab officii
mei religione declinasse, qui etiam nobis illud persuade:
mus, nos ipso hoc facto meo de Sancta Sede ista praeclare

meritos esse, cum et dominus homines meos hec non a nobis postulari, sed ab illa reuerenter peti debere. Et hoc preterea egimus, vt eorum animos Sedi Apostolice q[uam] maxime conciliatos redderemus. Cum enim decem millia tantum aureorum Sanctissimus Dominus meus nobis dono dederit, nos omnia que volebamus obtinuisse vulgauimus, adiecta de ere meo ea pecunia parte que reliqua est in Episcoporum istorum expedicionem numeranda, sed obfirmato animo instat adhuc equester ordo, atq[ue] vt hec in sempiternum tempus concedantur magno studio a nobis contendit, vult et illam preterea pecuniam in regno retinere, que in expedicionem Cracouien[sis], Wladislauien[sis], Posnanien[sis] Episcopatuum istic est expendenda. Nunc nos R[everendissi]mam P. v[est]ram rogamus operam vt suam authoritatemq[ue] interponat quo precibus meis apud Sanctissimum Dominum meum locus sit, ne si parum eas istic valuisse homines mei intellexerint, aliquid statuant eiusmodi in quo dignitas Sanctitatis eius, quam nos quoad possumus saluam prestare conamur, ledi et violari queat. Etsi enim precipua p[otes]tas penes nos est, tantam tamen conspiracionem concordiam consensumq[ue] tocius Nobilitatis regni mei perfringere velle et labefactare nobis licitum non est. Nos qua facimus optimo erga Sanctam Sedem Apostolicam animo facimus cuius dignitati prospicere cupientes, hec per nos precario maluimus impetrari q[uam] per meos homines contra animi mei sentenciam aliqua minus honesta racione extorqueri. Pro ea opera quam nauauit hactenus R. P. v[est]ra agimus illi gr[ati]as, sed ea demum fuerit res regni huius parum copioso protectore digna, si quod ipsum per se inops est id ne magis mittendis in vrbem pecuniis exhauriatur, diligenter cauerit. Presertim cum ita fato quodam infelici vita prelatorum et Episcoporum regni mei hoc tempore admirande cuidam breuitati

sit subdita, non solum nostram sibi voluntatem ea re plurimum demerebitur: verum et nominis sui laudem hadet hominum nostrorum memoriae sempiternae, optamus R. P. vram diu esse incolumem. Cracoviae die Aprilis Anno domini 1538 Regni nri 32

Instructio eorum quae Romae per Andream Czarnkowski agi debent

Principio Cardinales adibit: quos verbis Mtis regiae salutabit: redditisque lris aget gras de ea opera quam navare non sunt gravati in impetrando munere decem millium aureorum à Smo. Do. nro: quibus regni necessitati subvenirentur, Sed et ipsi Summo Pontifici de hoc ipso munere verbis amplissimis aget gras, summum studium atque observantiam Mtis regiae ad eius Sanctitatem deferet et benevolentiam eius vel potius pietatem erga Sanctam Sedem Apostolicam quam poterit accuratissime commendabit. Narrabit postea cum è vita excessisset dominus Epus Varmien atque in demortui locum suffectus esset dominus Joannes Dantiscus Epus Culmen tanto studio et contentione actum sit ab equestri ordine ut quae veniunt ob expeditionem horum Epatuum in Urbe Roma immeranda, ea ad tuendos Regni fines converterentur, supplicabit Sanctismo Do. nro ut propter conservandum statum regni quietum et tranquillum, velit Annatas istorum Epatuum regno condonare. Qua tamen de re in lris Mtis Regiae scriptum esse dicet uberius.

Rmorum quoque dominorum Cardinalium eadem in re opem operamque implorabit. Quibus etiam exponet, ac si per occasionem licuerit ipsi quoque Sanctismo Do. nro quam acerbe

ferat Maiestas regia quorundam istic suorum hominum per-
versitatem improbitatemque: qui tot esse dicuntur sceleribus
cooperti, tot flagitiis contaminati, ut universum genus Polo-
norum macula aspergant, dum ex eorum vita inquinatissima
ceteri finguntur: Romane vero Curie odium quoddam
conflent incredibile: cum in eam opinionem homines adducun-
tur: nusquam magis quam istic improbum esse licere, ubi
quasi ludus quidam sit improbitatis apertus, et premia
proposita male facientibus, pro delectamento habent vi-
ros bonos litibus vexare, casque sopitas post multos annos
suscitare, atque ita malis artibus homines infames, ad
magnas opes sepe perveniunt: quibus si quod merentur
premium persolvi oporteret, igni et aqua eis interdicen-
dum atque in ultimas terras deportandi essent.

In eos Maiestas Regia iampridem documentum aliquod sta-
tuisset, proscribendosque ex regno suo curasset, ut qui nedum
inferioris ordinis hominibus molesti sunt, sed et magnos
viros, qui ipsam quoque Maiestatem Regiam Sanctum plane Prin-
cipem, impune ore suo, convitiis consectari non verentur.
Sed sola eam haec res retardavit, quod subverebatur, ne
quid offenderet animum Sanctissimi domini nostri, quem ipsum
petulantiam atque audaciam istorum hominum comprimere
atque eas quas merentur poenas ab illis expetere: id
quod nisi factum fuerit, ita multi instant atque urgent
ut facere non possit Maiestas regia, nisi ad officium sani-
tatemque reducent quum secundum patrias Constitutiones
ni eos animadvertat, qui etiam animadvertisset iam in Michaeli Parzanow
nisi Reverendissimus Dominus Episcopus Cracoviensis autor fuisset ut tantisper
animadversio differretur, dum scriptis ad eum literis eum
cohortatus esset prius, ut ceptis desisteret, qua cohorta-
tione aliquid profici posse speravit. Hic dicet de Michaele

quemadmodum ille negocium exhibeat domino Isdbienski no:
namq controuersiam excitet de Canonicatu Cracovien quae
fuit ante annos plus minus sex extincta primum per senten:
ciam arbitralem, qua fuit pronunciatum Michaelem Jus
nullum habere: deinde per concordiam quae facta est coram
Cardinali protectore, qui fuit ante hunc: vbi sponte cessit
eo Jure quod se habere pretendebat ad istum Canonicatum
vbi etiam Jureiurando interposito fidem suam obstrinxit,
se nunquam domino Isdbienski prebende istius nomine
actionem intentaturum postremo per decisionem Rote, et
sententiam in illa latam, quam accepit ratamq habuit.
Quorum tamen omnium oblitus, sexto demum anno sopita
litem suscitat, magis adeo vt incommodet dno Isdbien:
ski atq molestiam afferat, quam quod aliquid se posse proficere
speret.

Deinde mentionem faciet discipuli quondam eius Alberti Siemi:
kowski, cuius virtutes bene nouit, quemadmodum is
octauo demum anno negocium incepit facessere Do. Petro
Porembski Preposito Oswienczimensi Canonicatus Lanci:
ciensis nomine, ad quem nihil Juris vnq habuit. at
primum quidem cum ipso priuatim aget, vt supersedeat
à vexando litibus homine quieto. si hoc persuadere nō
poterit. rogabit Rmos. Do. Cardinales, vt eius petulā:
tiam curent coercendam.

Postremo causam Decanatus Kielcensis explicabit quē:
admodum circumuentus sit Rmus. Do. Cracoviensis
à Doctore Rzeczicza, cuius fidei cum Plocensis Epatus
expeditionem commisisset, ille ea fide rem egit, vt Rmum
Do. tunc Plocensem nunc Cracoviensem eorum Decanatu
isto euertere conaretur, sibiq illum acquirere.

Insuper etiam accusationem ipsius Rzeczicze precipue vero te:
stimonium literarum Rmi Do. Archiepi infirmabit:

confinxisse id commentumque esse Rzeczicam docebit, cum dominus Archiepus neget quicquam eiusmodi scriptum a se esse unquam, idque litteris ad S. D. mem datis testetur.

Dicet Rzeczicam in possessione Decanatus nunque fuisse, quamvis enim in Ccr^am fructum receptus fuerit, nunque tamen vel minimum terruncium ex fructibus Decanatus percepit Semperque eum R.mus Do. Cracoviensis vigore Aplicae provisionis quiete possedit, in eum usque diem, quo domino Joanni Vilamovski Cancellario suo eo cessit.

Petet etiam nomine Regiae Mtis R.mos Do. Cardinales et Sanct.mum Do. nem, ut quam habuit R.mus dominus Cracoviensis facultatem conferendorum Sacerdotiorum in Diocesi Plocensi, ea ad Cracoviensem transferatur secundum exemplum secundi brevis. Qua de re scriptum est copiose in literis Mtis regiae et R.mi Do. Epi Cracoviensis.

Si quando dabitur occasio, R.morum Do. Archiepi Gnesn et Epi Cracoviensis nomine referet tum R.mis Do. Cardinalibus, tum ipsi Sanct.o Do. nro, sed seiunctis arbitris, in quantum discrimen et periculum adductus sit cunctus ordo Ccr^ais ea re quod Sanct.mus Do. nr obtulit Mti regiae per dominum Sobotzki Legatum eius aurum et argentum ex Ecclesiis: praeterea proventus Archiepiscopatus vacantis Decimas etiam quasdam, quarum nunquam nomen antea in Polonia fuit auditum: simul atque ad ordinis equestris aures fama eius rei pervenerit, omnia faciet ut quae oblata sunt a S.te eius ea tradantur. Unde ad rempub. Ecclesiasticam regni huius multa et gravia incommoda pervenient, neque Sanctae Sedi Apostolicae quicque accedet emolumenti, nam si fore putant, ut equester ordo, spoliatis Ecclesiis clero maiore fortunarum suarum parte, e contrario

a petitione Annatarum desistat, longe falluntur, cum nō hoc tempore contendat ordo equester vt clerus regni de fortunis suis detrahebatur Templaue diripiantur, maior enim cleri pars ex eo ipso ordine constat, eumqz opibus suis alit et sustentat, sed hoc dolenter et acerbe ferat, aurum e regno exportari, atqz eo mitti, vbi multo maxima est illius copia, in vsus vt parum necessarios ita nō satis honestos conferendum.

Ad extremum illis planum faciet quanto studio Rmus Do. Cracovien proximis superioribus Comitiis Romanę Ecclesię commoda defenderit quanta prelia Annatarum causa sustinuerit, dum solus prope ingenti multitudini vociferantium non esse eas amplius in vrbem mittendas se opponit: quantas inuidię atqz odii tempestates subierit, fide ista sua et obseruantia erga Sanctam Sedem Apostolicam, ac perniciosse quidem visus erat in illis Comitiis: sed quo tempore absens ab Aula in Plocensi Epatu degebat, persuasum fuisse Mti regię vt de Annatis impetrandis in Vrbem mitteret, postea vero cum in militiam proficiscerentur cunctus equester ordo, tantis clamoribus actam esse rem vt si statum Regni Mtas regia tranquillum retinere velit, omnino necesse habeat, nisi impetratis Annatis non conquiescere. Supplicabit itaqz Sancto Do: meo verbis Mtis regię, ne tanti faciat exiguam pecuniam, quę huc in vrbem deportari consueuit, vt illius causa motus aliquos in regno eiusmodi velit excitari qui non facile sedari possent

Ioannes Choienski Epus Cracoviensis
Cardinali S. Quatuor Coronatorum An-
tonio Pistoriensi Regni Protectori.

R.me in Chro Pr, domine, domine observan.me: officiosissima
obsequiorum meorum et orationum commendationem. Ex quo
tempore Dei optimi Maximi Sanctęque Sedis Apostolicę be-
neficio in Eporum ordinem fui cooptatus, non alia res ani-
mum meum habere cepit magis sollicitum, quam ut si qua ratio-
ne possem, odium istud erga clerum prophanorum hominum
plusque Vatinianum mitigarem. Neque succurrebat alia
ratio, qua id effici a me posse commodius existimarem, quam
si omni mea cura diligentia providissem, ne cuius deinceps
ad dignitates Eccl.cas Sacerdotiaque aditus pateret: verum
his tantum qui eiusmodi aliqua re virtuteque commendati
essent propter quam eo honore non indigni viderentur. Vi-
debam autem ut quisque maxime natura esset controversus:
ut quisque soli Archę suę confideret plurimum, ut in quo mi-
nime causę essent, quamobrem ornatum eum oporteret, ita
illum summo studio gladiatorioque quod aiunt animo, ad
honores opesque Eccl.cas viam affectare, omniaque facere, ut
cum meritis suis dignitateque non posset, saltem Romanę
Curię beneficio in qua albus an ater esset nemo sciret, ad
id quod vellet perveniret, ex quo fiebat, ut cum Sacerdotiis
augerentur hii, qui preterquam quod vita essent magis quam cęteri
inquinata, sola litium nulla benevolentię iura didicissent,
magnum cuncto ordini Eccl.co odium atque invidiam confla-
rent. Huic ego malo cum obviam ire cuperem, simulatque fui
Ploczen. Eps renunciatus, egi diligenter, ut gratiam faculta-
temque

facultatemq[ue] impetrarem apud Sanctam Sedem Apostolica[m] his quos ego viros esse dignos iudicassem Sacerdotia in Diocesi Plocensi quae in Pontificiis mensibus vacarent meo arbitratu conferendi. Quae mihi quidem perspecta petitionis meae equitate honestateq[ue], liberaliter est concessa: verum ea provincia in qua tum Ep[iscopu]m agebam: non perinde necesse habebat dignissimoru[m] virorum delectu quibus Sacerdotia mandarentur, atq[ue] hic locus cui nuper Dei et Ap[osto]licae Sedis gr[ati]a benignitateq[ue] prefectus sum. Hic enim est quasi Theatrum totius Poloniae, hic vita mea omnis omniu[m] est oculis subiecta, atq[ue] exposita, cum in summa hominu[m] luce versemur. Quamobrem quo magis locus hic et Eccl[esi]a eo genere viro[rum] opus habet: quorum indignitate, nulla ordini Eccl[esiasti]co labes aspergatur: hoc maiore studio queso atq[ue] obtestor R. D. v[est]ram, ut quae mihi fuit a Sancta Sede Ap[osto]lica in Diocesi Ploce[nsi] facultas data, ea posteaq[uam] ad hanc Ecclesiam Cracovien[sem], inde traductus sum, huc transferatur. Totus enim in hoc sum, ut quoad eius facere possim, studia propha[na]m ordinis nobis reconciliem, id quod cum aliis nonnullis rationibus, tum hac potissimu[m] effecturu[m] me confido, si viros probatos, Sacerdotiis ornavero qui vitae suae dignitate, etiam nolentes in admirationem amoremq[ue] sui rapiant cum tanta sit virtutis vis, ut eam etiam hostis odisse nequeat, non possit non amare. Quo maior ex eo ad universum clerum utilitas redundabit si fuerit huius et regiae et meae petitionis habita ratio. hoc minus necessarium existimavi pluribus verbis agere cum res ipsa pro se satis dicere, et modo non edita voce flagitare videatur ut labenti reipub. Eccl[esiasti]cae tempori succurratur, priusq[uam] nox illi offusa fuerit sempiterna. Cui qui sunt illius Cardinales, si ferre opem recusabunt, quis erit mortaliu[m], cuius nobis fides et auxilium sit implorandum: Sed non

dubito quin R. D. Vrã pro officio virtuteqz sua et liben:
ter et diligenter factura sit omnia quecunqz ad tuendum
et conservandum statum meum Curiacum putaverit pertinere
cuius favori patrocinioqz me atqz Ecc^{iam} meam q3 possum
diligentissime commendo Deum precor ut is in multos annos
R. D. Vram conservet incolumem et maiore indies feli:
citatis cumulo augeat. Datum Cracoviae.

Ioannes Choienski Epus Craconiensis
Michaeli de Laczanow Doctori

Venerabilis domine fr̃ in Chrõ dilecte. Quibus de rebus tã:
to vos studio nobis purgatis, metumqz quemdam et sollicitu:
dinem pro vobis fertis ne quid quorundam delatione ani:
mus nr̃ abalienatus à vobis sit, de iis ante eum diem quo
vras literas accepimus nihil habuimus explorati. Neqz
satis mirari potuimus unde nova ista religio mentem ve:
stram incesserit, nisi q solet nonnunqz timor ex conscientia
peccatorum exoriri, poenasqz semper ante oculos versari putat
qui sunt culpe alicuius affines. Quod tanto studio argumẽta
colligitis, quibus nihil nobis Iuris ad Decanatum Kiel:
censem probetis, ex eo intelligimus q antea nobis fuit ob:
scurũ, vos cause nr̃e favere plurimũ. Sed cum nemo
vos iudicem illius constituerit, non esse putavimus nece:
ssarium vrã argumenta quibus nihil esse potest frigi:
dius, refellere, neqz vicissim vobis iusta exponere, aliis
ea cognoscenda committemus, per quos planum est futurum
quo Iure vel nos antea, vel nunc nr̃ Cancellarius De:
canatũ istum possideat. Quod vero Venerabili domino
Benedicto Isdbienski Ecc^{e} nr̃e Canonico negocium facess:
sitis atqz obliti ‡ Iusiurandi quod prestitistis, nunqz vos
‡ pacti, concordieqz inter vos facte: obliti

commissimeos vt Canonicatus et prebende istius nomine, lite ei vllam intenderetis sopitam ante multos annos controuer: siam suscitatis siue hoc leuitate quadam vra fiat et in: constancia. Nolumus enim verbo vti alio grauiore, siue quia ita est ingenium vestrum quidvis vt potius quam quiete ferre possitis, neque alia ex re quam ex vexandis hominibus ma: iorem voluptatem captatis, nos certe non possumus, id non grauiter et iniquo ferre animo. Nam si putatis quoad super: stes fuit Rmus. D. Petrus Tomicius antecessor meus, vere magna authoritate preditus, quam sibi multis preclaris virtutibus comparauerat, non impune vobis licuisse Ca: nonicos Ecclesie huius sine causa lacessere, mortuo vero illo neminem superesse, qui possit eos ab iniusto impetu con: trouersorum hominum vindicare, videte ne vos ea fallat opinio, cum et ~~animus~~ nobis neque animus defuturus sit, neque facul: tas, qua importunitatem istorum liceat coercere, fuerat iam decernendum, vt qui contra patrie constitutiones ve: nire non dubitassetis ex patria proscriberemini verum opera mea factum est vt differretur proscriptio, dum per lras vobiscum prius egissemus, periculumque fecissemus, nun: quid essetis, oratione mea potius persuasi, quam aliquo malo coacti, officium vrm facturi, vexareque litibus homines desituri. Quare hortamur vos et monemus, missum vt faciatis dominum Isdbienski, neue illi Canonicatus eius Cra: couien nomine periculum vllum creetis. Quodsi monitis hisce meis nihil fuerit per vos loci datum, nobis iam obstare non licebit quominus ea, que debentur iis qui contra constitutiones regni faciunt, pene vobis persolua: tur, sed si meum consilium sequi voletis, quod e re vra maxime fuerit, supersedebitis ab istis litibus non ne: cessariis, operamque vram in placandis potius quam irri: tandis hominibus consumetis, nisi forte nescit animus

vestre quiescere et pro delectamento habet bonis viris negotium exhibere, nam et Cancellario meo nescimus quae pericula denunciatis et Albertum Siemikowski qui nobis ingenium suum patefecit, suique prorsus cognoscendi copiam fecit, contra servitorem nostrum Petrum Porempski armatis deque Canonicatu Lanciciensi quem ille hic septem annos continuos pacifice possedit novam controversiam excitatis, sed si monitis consilioque nostro deduci de sententia vestra non potestis, futurum est, ut virum illum clarissimum R. D. Petrum in nobis revixisse intelligatis, qui pari atque ille cura in eam rem incumbemus, ut improborum conatus refutare, viros que bonos ab eorum iniuriis vindicare possimus. Valete et resipiscite.

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

Sanctissime etc. Cum ordo equestris in regno meo bonam partem Sacerdotiorum fundaverit, liberalitateque sua annexerit, eorum presertim quae sunt in Cathedralibus Ecclesiis dignitates, personatus, Canonicatus et prebende dari sibi obtinuit Privilegium, quod etiam a Sancta Sede ista confirmatum est, nemo ut ad ea Sacerdotia admittatur, nisi ex eodem ordine, regnique indigena sit: contra hoc Privilegium venire velle dicitur quidam iste Nicomitius homo externus, qui se inserere atque intrudere conatur in Decanatum Gnesnensem, cum per Constituciones regni perque equestris ordinis Privilegia a Sancta Sede ista confirmata id ei minime liceat. Quare Sanctitatem vestram plurimum rogo ut eum ab isto conatu deterreat et venerabilem Joannem Corzbok qui Decanatum istum optio

Tunc possidet, sibi diligenter habeat commendatum, neque permittat eum frustra litibus vexari quicquid enim egerit Nicominus Decanatu istum per Constitutiones regni nunquam poterit obtinere, opto Vestram Sanctitatem diu esse incolumem cuius me favori et gratiae commendo.

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali Pistorien: protectori

Non ignorat Reverendissima Dominatio Vestra constitutione quadam regni mei, per Sedem Apostolicam confirmata, cautum esse ut nemini liceat nisi qui in regno equestri loco natus sit, ad dignitatem, personatum Canonicatum et Prebendam aliquam in Ecclesiis Cathedralibus aspirare quia ea Sacerdotia magnam partem per homines equestris ordinis fundata, eorumque benignitate sunt locupletata. Cuius rei nulla à Nicominio habetur ratio, à quo non solum mea verum et Sanctae Sedis Apostolicae dignitas violatur, qui et regni mei leges contemnens, et Pontificiam qua confirmatae sunt auctoritatem flocci faciens audet se intrudere in Decanatum Gnesnensem, quem Tunc optimo possidet Venerabilis Joannes Corzbok, maiorem in modum petimus R. D. Vestram ut eum habere sibi velit commendatum: Nicominum adducat: ne nullo suo commodo homini huic meo Nobili loco nato negocium facessat, nam quod sperat nunquam efficiet, ut ipse Decanatu isto obstantibus regni mei constitutionibus potiatur, neque aliud proficiet nisi quod magis exulcerabit atque exagitabit animos equestris ordinis contra Curiam Romanam, in cuius furore mitigando, plus quam isthic fortasse credere quispiam possit, negocii et difficultatis habeo

Joannes Choienski Eps Cracouiensis
& Regni Poloniae Cancellarius.

Ven'lis et Egregie domine fr' in Chro char'me Facile perspicimus non mediocrem vram erga nos obseruantia qui tanto studio nobis gratulamini q ad Ecclesiam Cracouien administrada a Deo vocati sumus. Preclarum quidem munus nobis imponere diuina misericordia dignata est, sed nisi eadem adfuerit ei recte obeundo pares esse nequaq poterimus: quare a vobis postulamus vt sicut nobis honorem hunc magis cum onere comunctum diligenter estis gratulati ita Deum pari diligentia precemini vt nobis graciam suam impartiri dignetur quo eum ita gerere possimus vt omnes intelligant et vos et omnes qui nobis ex animo fauent non immerito eum nobis esse gratulatos. sic vobis duplicem graciam debebimus: tum q ista gratulatione vra qua nobis dignitatem hanc faueatis planum feceritis tum q a Deo sitis impetrare conati vt eam rite atqz ordine administrare possemus.

Cum dno Dreuitio egimus qui se vobis satisfacturum rndit nunc abest, sed simul atqz redierit iterum eum comonefaciemus, neqz prius conquiescemus q ea que debetur vobis pecunia fuerit persoluta. Bene valete. Datum Cracoviae xvi Nouembris. Anno dni M D XXX vij.

neqz opus est oleum quod aiunt addere Camino, cum potius
afferendum esset isthinc qzº aliquid quod ad commune
istud animorum incendium restringuendum pertineret.
Datum

Ioannes Choienski Epus Crac. Regni
Poloniae Cancell. Georgio Marchioni
Brandeburgen.

Non mandatum esse arbitror Ill. D. Vrae me Dei beneficio,
Serenissimiqz Regis et domini mei fauore Cracouiensem Epum
renunciatum esse. Cum itaqz bona Epatus huius mei nō:
nulla, vicina sint Ducatui Ill. D. Vrae nihil est qd
mihi maiore studio expetendum putem, quam vt fauorem
et beneuolenciam Ill. D. Vrae quacunqz possim honesta
ratione conciliare mihi queam et demereri neqz est res
vlla magis mihi proposita. Id quod vt Ill.ma D.o Vra
certo sibi de me persuadeat velim. Quicquid enim apud
Ser.mum Regem et dominum meum gra et authoritate
valere visus fuero, dabo operam si quando ita vsus
tulerit, vraqz mihi Ill. D.o aliquid mandauerit vt
non minus Ill. Vrae quam vel mihi ipsi vel quibus
maxime cupio valuisse videar. Nunc maximopere
quaeso vt quo ego sum animo in Ill. D. Vram, eodem
ipsa qzº in me esse velit, cum et illud efficiat vt non
ipsi solum inter nos, simus coniunctissimi verum et ho:
mines vtriusqz meum inter quos vicinitas est, suum fa:
cere officium ne recusent. Qua in re meos ita se gerere
existimo vt eos ab Ill. D. Vra accusari non posse exi:
stimem sed nescio quomodo fit vt qui sunt dicionis et pote:
statis Ill. D. Vrae, ab iis longe diuersum eueniat. Etenim
si qua iniuria ab eis mei homines affecti sint posteaquam

questum de illis veniunt ad Prefectos Ill: D. vrae Ius apud illos suum obtinere non possunt, aut si quando obtinent, nō tamen ad id ferè nisi tarde admodū perueniunt, cum tamen si quando simili in causa ad meos Prefectos ventū sit celeriter vnicuiqz iusticiam administrent. Preterea Bitomienses qui sunt in fide Ill: D. vrae quas antecessoribus meis decimas semper dederunt, eas nunc conferre recusant. Quos mihi quidem, cum iurisdicioni mee Ect[ae] subsint, cogendi potestas esset, ad ea quae debent reddendā, sed cum semper toti familie Ill. D. vrae fuerim addictissimus commodisqz eius et honoribus inseruire pro virili mea sim conatus, ne nunc quidem alius videri velim, atqz in hoc totus sum vt non solum retinere, verum etiam augere mihi magis queam studia, tum Ill D. vrae, tū cuncte domus illius amplissime. Quare etiam atqz etiā vehementer rogo Ill. D. vrām primū vt suis Prefectis eorū locorū qui meas possessiōnes attingunt mandare velit, si que meis hominibus istinc fiant iniurie, vbi questi de illis fuerint nulla vt mora interposita iusticiā illis administrent. Deinde vt Bitomiensibus imperet, vt quo que diuino Iure mea sunt, mihi absqz vlla cunctaciōne dent. Etsi alioqui Ill: D. vrae, si quisquā alius multō sum addictissimus, permagnus tamen ad pristinū meū erga illam studium et obseruantiā cumulus accesserit si meas istas lr̄as apud Ill: D. vrām suū habuisse pondus intellexero. Cui me atqz obsequia mea qua summa possum cura et diligentiā commendo Deumqz precor vt Ill: D. vrae omnia fausta et foelicia largiatur. atqz in multos annos eam sanam incolumemqz conseruet

Informatio domino Oczieski ad Caesaream Catolicam Mtem Sermarum Poloniae Regiae et Reginalis Mtum nomine data.

Quoniam Petrus Opalenski cum Nuncius esset apud Caesaream Mtem nomine suarum Celsitudinum, de hoc ipso successionis Mediolanensis negotio, tale a Catholica Mte, ut infra patet, suis Principibus, responsum retulit.

Caesarea ac Catholica Mtas, nihil prorsus hactenus audiuit, de his praetensionibus, esto quod alias Ducatus Mediolani, fuerit ad eam deuolutus, tum Iure belli, tum etiam Imperiali, de quo tunc inuestiuit Ducem Franciscum Sphortiam nunc defunctum, quo moriente putauit sua Mtas esse sibi liberum iterum de illo ad arbitrium disponere, estque omnibus notorium Regem Gallorum nihil non mouere hac de causa, quodque sua Mtas Caesarea pro bono pace et tranquillitate Italiae dudum se obtulit, de dicto Ducatu et Statu dispositionem cum participatione potentatuum Italiae, cumque ad praesens eadem ratione et causa, sit Caesarea Mtas in armis non vacat de praedictis Iuribus se informare, nec potest aliquid illis non intellectis respondere, sed negotium est referendum in aliud tempus, in quo secundum successionem et occasionem temporum poterit hoc negotium melius considerari.

Salutaciones, commendationes, Aulae, ceremonias, prudentiae, vrae committunt suae Mtes, verum vbi ad rem negotii Mediolanensis ventum sit, ita deinde dictis.

Inuictissime Imperator Serenissimus Poloniae Rex, simul et eiusdem

Mtis Coniunx amantissima Ser^ma d^na Bona Sphortia Polo:
niæ Regina in Baro Dux, cum à multis iam annis apud
Cæsaream Catholicam vram M^tem de successione sua Medio:
lanen per Nuncios, agentes, et Oratores suos agerent, semper
diligentissime, atqz nunc nouissime et vltimo, per Nuncium
suum Petrum Opalenski, iterum atqz iterum hisdem precibus
de re eadem peterent ad quas preces in rem suam M^tum
intercessio simul et authoritas Ser^mi Romanorum, Hunga:
riæ, Bohemiæ, Regis accesserant Catholica vra M^tas,
quia armis et bello illo tempore fuit occupata rem omnem
in aliud tempus differre, atqz secundum successionem et occa:
sionem temporum, hoc se melius consideraturam clementissime
responderat.

NEMO est qui ignoret Imperator inuictissime, Ser^mam Princi:
pem et dominam dominam Bonam Poloniæ Reginam atqz Ducē
Barensem, dominam meam clementissimam, filiam esse Ill^mi olim
Principis domini Joannis Galeatii, veri et legitimi Ducis
et hæredis Mediolanensis. Post cuius mortem Ducatus Me:
diolanensis iuste, iure hæreditario, et legittimæ successionis
ad Ill^mum Franciscum Sphortiam filium prolis masculinæ
vnicum, post eius verò obitum ad Ser^mam Principem et domi:
nam dominam Reginam Poloniæ, tanquam ad veram hære:
dem pertinere dignoscitur. In cuius Ducatus possessione firma
et stabili fuerunt semper antecessores suæ M^tis, incipiendo
post Ill^mum Philippum Vicecomitem verum hæredem Me:
diolanensem vsqz ad obitum Ill^mi Principis et domini Joannis
Galeatii, suæ R^ciæ Celsitudinis parentis, veri et legitimi
hæredis Ducatus Mediolanensis post quem Ill^mus Ludouicus
Sphortia, ex tutore occupatorem se Ducatus fecerat, Cui q[uo]d
iusto iure successionis legitimæ, successisse oportuit in eum
Ducatum. Ill^mum Principem dominum Franciscum Sphortiam, post
cuius obitum ex Illmo Joanne Galleatio Sphortia, filiam

Ser.ma Principem dominam Bonam tanquam iam unicam filiam
post patrem superstitem, cuius iusto Iuri et legittimae successioni
obesse non potuit, neque potest, quod Ill.mus olim Princeps Ludo:
uicus Sphortia vel quisquam alius, vi et non Iure sibi tribuerit
id quod ad se non pertinuit, in praeiudicium suae R.lis M.tis
tanquam verae et legitimae ultimae haeredis ipsius Ducatus
Mediolanen.

Accedit insuper ad aequitatem et iustitiam legitimae successionis
post patrem, Ius dotis clarissimum tam super Civitate Cremo:
na et aliis Oppidis dotalibus Ill.mae Principis dominae
Blancae quam in Civitate Tortona, et aliis Oppidis in dote
datis Ducissae Annae praedictae Ser.mae Reginae Poloniae,
quarum Iuribus nemo proximior est successor, nisi Ser.ma
Princeps et domina Bona Poloniae Regina, quae est legitima
et vera haeres praedictarum omnium in Ducatu Mediola:
nen, quod nullo iure merito suae M.ti negari iuste debet.

Non defuerunt Ser.mo Imperatori plurimi, hique maximi, qui
hoc suae M.tis Ius lucro suae Celsitudinis non modico quae:
siuerunt diligenter, ad quam rem non consentire modo
sed ne verbum audire quidem voluit unquam sacra sua
M.tas, quod non ex mente et voto sit Caesareae vrae M.tis
Rogant itaque Regia et R.lis suae M.tes Caesaream
vram vram M.tem, ut ea gratia et aequitate qua alios
complectitur, suas quoque M.tes frustratas esse non velit,
illudque quod suae M.tis est de mera equitate et legitima
successione, integrum restituere dignetur.

Faciet Caesarea vra M.tas rem et iustitia dignam, et im:
periali sua autoritate non alienam, quae non ad usum
nunc modo suarum M.tum, sed ad usum etiam aliquando
esse poterit Ser.mae Nepti Caesareae vrae M.tis, futurae
Coniugi Ser.mi domini Sigismundi secundi Poloniae Regis



quorum nunc iam curam et patrocinium habere incipiet Cae:
sarea vra Mtas, si pro ea quae et vetus et nova interce:
dit coniunctio, iustissimae suarum Mtum in Mediolanense
Ducatum successioni gratiosam se praestare dignabitur, qua
gratiam si reipsa, ut sperant indubie cognoverint pollicentur
vicissim suae Mtes se omni propensione et officio Caesareae
vrae Celsitudini atque eius universae familiae nulla unquam
ex parte defuturas.

Caeterum pro informatione, quae Iure ad Rlem Mtem succes:
sio Ducatus Mediolanen pertinere debeat hanc veterem
informationem antea domino Petro Opalenski datam, vo:
biscum habebitis, qua bene intellecta et ruminata privatim
vel cum Caesarea Mte, vel alio quocunque et loqui et
bene informati repetere possitis.

Cavebitis ante omnia, ne quid praeter meras informationes sua:
rum Mtum in ea re transgrediamini, neque quoque modo alio
attentetis, nisi precibus, persuasionibus, atque ea legitima suc:
cessione, quae suae Mti, ut supra, de Iure competit, quam
repetitis vicibus repetere quidem sed privatim possitis.

Si vero ex gratia Catholicae Mtis eo res deveniat, quod de Iu:
ribus et aequitate Rlis Mtis dicendum sit conclusive et de
Iure, quae res maximi erit Iurisconsulti, vos nequaquam
ad eam rem tantam vos intermittite, qui et iuris Civilis
et rerum in negotio hoc Mediolanensi ignari estis penitus
Verum dicetis simpliciter Regiam et Rlem Mtem tali
semper fuisse instituto, ne de successione ista sua Duca:
tus Mediolanensis agerent quippiam aut Iure aut temeri:
tate quavis, sed omnem spem suae aequitatis in sola clemen:
tia et aequitate Caesareae Mtis sibi statuerent.

Si autem hoc ita fieri velit Caesarea Mtas, ut de successione
et iustitia Rlis Mtis quid Iuris sit, videre prius velit

Caesarea Maiestatis, offeretis Catholicae Maiestati vos scripturos Regiae
Celsitudini ut hominem illuc mittat et Iuris et successio:
nis non ignarum, qui plane et Iura et aequitatem Regiae Cel:
situdinis declarare possit abunde, quod sine omni mora
et faciatis, et facturos vos offeratis, interim vero ab Aula
Caesaris nusquam abibitis, quoad Nuncius alius veniens quid
vos facturos oporteat, rectiorem reddat.

Curabitis interim apud Aulae Primores et dominos Covos
Granvella, et Marchionem de Guasto, atque reliquos ut
negotia promoveant Regiae Maiestatis, quod facile fit per occa:
sionem. Scribetis nobis saepius de rebus omnibus, sed cau:
te scribite, et cautius literas quam in Polonia fit mittatis,
ne literae interceptae, vel odia pariant, vel pericula et me:
mineritis vos in Italia non Polonia esse, tam dicendo
quam scribendo, apud eos homines, quibus non factorum mo:
do et verborum, sed gestorum gestuum, et minimarum rerum
quarumcumque cura esse solet diligens.

Si quos veteres servitores aut amicos ex familia Aragonum
eundo per Italiam, videre vos per occasionem contigerit
date operam ut ab illis quoad licet de rebus Mediolanen:
sibus quod in rem meam esset expiscemini, ita enim equites
et Nuncii mei alii, cum illic essent resciverunt plurima
Reliqua vero virtuti vestrae et industriae committimus
quam pro sua erga nos fide, omnia et recte et diligenter
facturum nobis pollicemur.

Ubi vero ad Aulam Caesaris venies, aut de Ducatu Medio:
lanensi iam actum esse audies, aut rem in integro esse adhuc
videbis, Si res infecta adhuc et integra sit, tu Regiae Maiestatis
negotium hoc tenore eius informationis tractabis, prout su:
pra in informatione latius patet, atque ab illa Aula non

abibis, quoad Caesarea Mtas tibi solide responderit et tu
à Rgli Mte fias certior si Doctorem illuc venturum ex:
pectare debeas necne, sed quicquid tibi respondebitur, Mti
suae scribas in tempore.

Si verò re ipsa certò videris de ipso Mediolanensi Ducatu de
facto iam per Caesaream Mtem fuisse conclusum, tu nihilomi:
nus tanquam Nuntius ages hisdem verbis, negotium de succe:
ssione eadem, ut supra.

Si res conclusa, sed non palam adhuc executioni de facto sit
demandata, poteris praetendere ignorantiam facti, et facere
quae sunt facienda.

Si conclusa inveneris omnia et executioni demandata igno:
rantiam facti publice praetendere non convenit, sed dices
Sermos tuos Principes, cum te ad Caesaream Mtem mitterent
non modo de ea re nihil audisse penitus, sed nec sperasse
quidem, quippe, qui de iusticia, clementia, et summa eius
Mtis erga se propensione et affectu, quaeque optima sibi pol:
licentur, cuius gratia et erga omnes aequitate freti, suum
Ius omne ad eam successionem non Iuris remedio quouis
quaesierunt suae Mtes, sed iusticiae commiserunt et aequi:
tati Caesareae Celsitudinis, Indeque dices suas Mtes tibi
ad Catholicam Mtem talem legationem commisisse, quam
dices ut supra ex ordine qua finita rogabis Catholicam
Mtem, ut aequitatis communis, ut successionis tam iuste,
ut dotis super Cremona, ut novae et veteris coniunctionis
ut arctae necessitudinis, ut tam antiquarum parentum, ut
Sphorciadum familiae vetustissimae atque eius posteritatis
vellet habere rationem, utque de iusticia et indemnitate
suarum Celsitudinum dignetur Catholice providere.

Ubi verò exaudita legatione Caesarea Mtas rem iam actam
esse et alienatam penitus responderet, et Mtem Rlem per
negligentiam non attentasse causam in tempore. Respondebis

à tot iam annis Regiam Maiestatem per Nuntios et Oratores Serenissimi consortis, atque suos nihil praetermisisse unquam, quoad suae in:
dignitati licuit atque Caesarea Maiestas non ignara iam diu fuerat et Iuris et successionis suae Maiestatis, Sed ubi sciens et volens ita iam haereditatem seu proprietatem suae Maiestatis alteri conferre dignata est Caesarea Maiestas, rogabis ut saltem in recompensam eius Ducatus providere velit Imperator de indemnitate et recompensa suae Celsitudinis de qua si quid in:
tentabunt consilio ages et scitu Regiae Maiestatis.

Ubi Caesaream Maiestatem de mittendo ad Regiam Maiestatem rogaveris rogabis quoque ut interim Caesarea Maiestas continere se dignetur de dispositione Ducatus Mediolanensis, quoad Doctor à Regia Maiestate veniat qui de Iure et successione Mediolanensi, Cae:
saream Celsitudinem valeat informare.

Ubi vero te meo nomine orantem audierit Caesarea Maiestas tu in instanti post primam audientiam nobis describes sufficien:
tissime omnia quae egeris qua fronte nostram legationem ac:
ceperit Caesarea Maiestas ac alia singula, quae nos scire è re mea esse arbitraberis.

De domino Coroß, Gramela, Marchione de Guasto qua:
les se futuros pollicebuntur, itidem significabis.

Quas res ubi abunde scripseris ita obsignes literas tuas, ne facile aperiri forte possent, atque deinum bene obsignatas per Fuggaros et Mercatores, ac alios modos, quos tutos et commodos esse pro discretione tua videbis, Viennam in ma:
nus Magnifici Sigismundi de Herberstein, ad quem ea de re scripsimus, aut in absentia eius in manus Secretarii, qui as:
siduus esse solet in Curia penes Serenissimam dominam Dominam Romanorum etc. Reginam, qui deinde eas ad nos tuto et commode remittet.

Memineris vero mille esse viarum et literarum pericula, atque ita cavebis ne quid literae rerum alienarum contineant, pro quibus pendendum sit postea

Quicquid de futuro successu per Caesaream Maiestatem fiendo circa Ducatum Mediolanensem intelliges saltem ex fama communi etiam id nobis scribes, si quae non satis tuta erunt Polonica lingua annotabis. Insuper si Ser^ma dominam Mariam Hungariae Reginam in Aula Caesaris esse tecum contigerit tu meo nomine cum fidei literis meis Maiestatem suam adibis, salutabis, et faustissima et amica quaeque precaberis cum honesta commemoratione coniunctionis et affinitatis, quae vtrinque debetur.

Procul omni dubio, cum ad Aulam iam Imperialem veneris et illic Serenissimum dominum Romanorum Regem praesentem inuenies, cuius Maiestatem cum fidei literis adibis atque Ser^morum Regum et Reginae Poloniae nominibus salutabis diligenter, et optima quaeque eius Maiestati pro discretione tua instructis verbis precaberis

Dices deinde te meo nomine ad Caesaream Maiestatem venisse vt vetus et iustissimum de successione Mediolanensi negotium meum ageres quod antea semper Sacra sua Maiestas, authoritate sua et literis apud Caesaream Catholicam Maiestatem promouere dignata est.

Dices itidem per occasionem Sacrae suae Maiestati hisdem rationibus quibus et Imperatori, quod mihi Regi Maiestati successionis Ius in Mediolanensi Ducatu de Iure competat addes insuper et Ius dotis in Cremona prout informatio latius canit

Rogabis et Regio et meo nomine, vt tam iustae causae et successioni meae legittimae apud Caesaream Catholicam Maiestatem amantissimum suum fratrem, adesse nunc etiam dignetur. Sacra sua Maiestas, pollicearis vicissim nos operam et beneuolentiam suae Maiestatis, nullo vnquam officio praetermissuras.

Ubi ad colloquia veneris Ser^mi Romanorum Regis qui forte dicat contra filium suum futurum Mediolani Ducem, agere sibi non licere respondebis filiam suae Mtis futuram Ser^mi Poloniae Regis secundi consortem, itidem suae Mtis filiam esse atque accedit iustitia quae omnibus est maxima ex suprascriptis rationibus quibus supra ad Caesarem suae Mti quo rem declarabis.

Ioannes Choienski Epus Crac et
Severinus Boner Zupparius
Sigismundo primo regi Polomie


Regis Ferdinandi: et Valarorum legati, agebat Cracoviae: petentes Inducias: et tractantes cum Jo^ne Choienski epo: et cum Bonero: in absen^a regis polo^e.

Rex tunc erat in itinere, ibat
Leopolim ad Castra Exercitum
contra Valachos.

Sacra et Ser^ma Mtas Regia et domine, domine clementissime. Post humilem perpetuae servitutis meae et orationum commendationem. Cum adivissemus hesterno die ad Ser^mi Romanorum Regis Oratores, narrarunt nobis, egisse diligenter cum Valachi Nunciis, atque expiscari voluisse, num quae alia mandata ab hero suo attulissent preter ea quae in ministerium exposuerunt, sed nihil se elicere prorsus potuisse, preter id, quod impense cupere herum suum dixerunt, ut annuas Inducias à S. M. vra impetrare possent: à proximis calendis Octobris, ad calendas eiusdem Mensis Octobris anni insequentis. Itaque contenderunt à nobis magno studio ut has hosti Inducias concederemus. Nos negavimus datum esse nobis ullum ea de re mandatum à S. Mte vra. itaque facultatem nos non habere huic eorum voluntati subscribendi. Tum illi scripturas se in hac causa dixerunt, ad Sacram Mtem vram atque responsum

illius hic expectaturos. Fore enim illis eam rem dedecori,
si ita ad Regem suum rediissent, nihil ut ei certi renun:
ciare possent. Respondimus habere nos quidem in man:
datis, ut iam eis ad regem suum discedendi potestatem
faceremus: sed si aliter eis visum sit, nos non impedire
quominus hic quanto velint tempore commorentur
Valachos tamen, ex Imperio Maiestatis vestrae, ad suum
dominum nos remissuros. Negaverunt illi ullum sibi usui
fore, Valachis amandatis. Itaque rogarunt ut per nos
eis hic responsum Sacrae Maiestatis vestrae expectare liceret,
facile nos passuros respondimus, ut expectarent, sed
nobis esse necessario discedendum: cuius rei cum potestas no:
bis iam à Sacra Maiestate vestra facta sit, ea nos usuros,
quandoquidem id rationes nostrae vehementer postula:
rent. Illi secreto inter se habito colloquio sibi iam deli:
beratum esse dixerunt, ad Regem suum reverti, ex
nobis autem sciscitati sunt, si petitae essent à Sacra
Maiestate vestra Induciae, num eas impetrari posse sperare:
mus. Nihil nobis spei esse respondimus, cum antea quoque
frustra fuerit hoc apud Sacram Maiestatem vestram tenta:
tum, quo tamen tempore, nullas adhuc contraxerat
copias, Sacra Maiestas vestra nunc expeditione facta generali,
omnibusque ad fines regni congregatis, nos non videre
quae possit conficiendarum Induciarum spes subesse. Nec
tamen existimarent nos esse qui votis eorum obstare:
mus, facerent si vellent periculum: facturos se dixerunt
atque una à nobis petierunt ut nos quoque nostras eorum
precibus iungeremus. Quod si voluntas Sacrae Maiestatis
vestrae non abhorreret ab Induciis faciendis, tum ut
Nuntiis istis Valachicis quos ablegavimus aspectum
Sacrae Maiestatis vestrae subeundi potestas permitteretur, quo
possent facultate iam sibi ab hero suo concessa literis

suis Inducias si quae pacte erunt firmare, se iam ad Se:
renissimu Regem suum esse.



Ioannes Choienski Epus Crac. Regni Poloniẽ
Cancellarius Regem ẽ Castris q̃ Leopoli reuer:
sum hac gratulatione in Ecclia Cathedrali
Craconiensi cum Clero suo excepit

Facit pietas, religio, Sanctimonia Sacrae Mtis vrae, multas
vt illi victorias, multos triumphos, multos caeterarum quoque re:
rum prosperos ac foelices successus, iustus meritorum cuiusque
estimator Deus concesserit, de quibus merito Sacrae Mti
vrae, magna cum laetitia gratulati sunt hii, qui ante me
ad Ecclesiae huius gubernacula sederunt. sed si quis est,
qui hoc tempore, nullam esse putat iustam causam Sacrae
Mti vrae gratulandi, quod plerique illi, non satis ex senten:
tia cesserint, ab eo vehementer mea dissentit oratio, neque
contra eum contendere dubitauerim: nunc demum si vnquam
antea tempus illud accidisse, quo sit Sacrae Mti vrae
meritissimo gratulandum. Quid enim est, quod suspectum
magis et formidolosum homini esse debeat: quam prospera,
perpetua, equabilis, fortuna, secundo vitae sine vlla offe:
sione cursu, cum à doctissimis prudentissimisque viris me:
moriae proditum legamus, nihil eo esse infoelicius, cui nil
vnquam euenit aduersi, non solum quod non licuit illi sui ipsius
periculum facere, cui ex voto fluxerunt omnia, vel ante
votum: quod quam male de illo Deus iudicasse visus sit, quem
indignum existimauit, à quo fortuna aliquando vince:
retur, quae ignauissimum quemque refugit maxime, verum
etiam quod grande aliquod infortunium planeque trahi, cum
malum eos manet: ad extremum qui perpetua vsi sunt foe:
licitate documento nobis esse possunt, vt alios pretercam
vel Polycrates Samiorum Tyrannus, vel hospes ille, ad *

quem Diuum Ambrosium diuertisse legimus, quorum vtrisque horrendus fuit exitus, cum omne vite sue tempus in summa rerum omnium prosperitate transegissent. Vidit hoc Philippus Macedonum Rex, ad quem cum nunctius esset allatus, multa vno die prospera sibi euenisse, quod et in Olimpiis victor enasisset, et Parmenides quem Exercitus sui Ducem constituerat hostes prelio superauit, et Vxor Olimpias cum filio auxerit, porrectis in coelum manibus exclamauit: o fortuna pro tot et tantis bonis aliquo me leui affice malo. Quod ille a superis precario postulauit, hoc vltro eos Sacre Mti vre concessisse videmus: preter voluntatem quidem meam: sed illis solis erat cognitum, quid Sacre Mti vre maxime expediret, merito itaque et diuine clementie misericordieque gras agimus, et vre Sacre Regie Mti summo studio gratulamur, quod non grauissimis istis malis, que fatali quadam calamitate acciderunt, fortune iam sit iniuria mitigata. Que quod tardius ad nos quam ad vllas alias gentes et nationes peruenerunt, quod quam opinione omnium celerius sedata sunt, et iam prope modum extincta, Sacre Mti vre acceptum ferimus: cuius ea est pietas, ea religio, ea totius vite integritas, eademque in deum fiducia, vt quoad illa superstes fuerit nihil sit nobis amplius magni mali pertimescendum. Quare non solum gratulamur Sacre Mti vre verum et nobis gaudemus, quod eam ad nos reduncem saluam, et incolumem videmus: qua salua quod ea non possunt non esse salui omnes regni huius ordines. ne hic precipue cuius incolumitas, secundum Deum: non aliunde pendere magis videtur, quam ex incolumitate Sacre Mtis vre quam ex eo in nos animo esse perspicimus vt maiore studio, liberorum suorum rationibus, parens indulgentissimus prouidere non posset, qua quanto nobis S. Mtas vra prospicere conatur ne qua ex parte Iura nra et immunitates

Ecclesiae conuelli queant et labefactari. Quo nomine in:
gentes Sacrae Mti vrae agimus gras: quam amarentem
quod aiunt, hortari ac orare, vt eodem in nos animo esse
perseueret, superuacaneum duximus: cum eam ita videmus à
Deo dotatam, vt ne possit quidem iam alia esse, qȝ quae fuit
semper, pietate, religione, innocentia, atqȝ erga dei ministros
summo studio praedita. Quare illud petimus potius vt quē:
admodum ipsa morem hunc et institutum à suis accepit ma:
ioribus sic filio suo Sermo regi meo idem institutum, quasi
per manus tradere velit: haec enim sunt virtutes, quibus
adhuc regnum hoc stetit: haec sunt virtutes, quibus effe:
ctum est, vt duris hisce et asperis temporibus absit verbo
inuidia, tollerabilior sit patriae meae conditio, qȝ ferè cuiusqȝ
gentis alterius: haec sunt virtutes, quas nisi fuerit Sermus
filius Sacrae Mtis vrae imitatus, grandis aliqua nobis
calamitas esset metuenda. Quantum volumus licet ipsi
nos amemus. Tamen nec numero Moschos, nec robore Scy:
tas, nec calliditate Valachos, nec rei militaris scientia
alias vicinas nationes superamus: sola est pietas et re:
ligio Sacrae Mtis vrae, quae de gentibus ijs praeliis
aliquot fusis et prostratis, nostros saepe triumphos depor:
tauit. Hanc Sermus filius Mtis vrae discat emulari.
discat Deum piè colere: discat dei ministros non negligere,
atqȝ eorum Jura et immunitates paterno exemplo, contra
quorumuis impetus et clamores defendere, qualescunqȝ sumus,
ministri Dei sumus, indigni quidem, sed ministri tamen
dei sumus. Dei ministrorum Jura qui tuetur dei Jura
tuetur. Dei ministros qui negligit, deum negligit. Ita enim
dicit veritas quae mentiri nescit et fallere. Qui recipit
vos me recipit, qui vos spernit me spernit, et ad Samuele
Prophetam, non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Quare
Jta Sacra Mtas vrā Sermum filium suum monet instituetqȝ

ut dei ministrorum semper propugnationem suscipiat, pariq[ue] sit in illos atq[ue] videt esse Sacram M[aies]tem V[est]ram voluntate. Ita deus et V[est]ram et illus[tris] M[aies]tem, una cum Ser[enissi]ma Coniuge caeterisq[ue] liberis, incolumem in multos annos et foelicem servabit. Id quod nos supplices ab eo dies noctesq[ue] precari nunq[uam] intermittemus.

Responsum a rege per dominum Samuelem Maczieiowski Decanum Crac[oviensem] Secretarium magnum

Sacra Regia M[aies]tas: q[uod] R[everendissima] D[ominatio] V[est]ram tanto studio reditum huius sui incolumem sibi gratulari audit, in eo agnoscit Sacra eius M[aies]tas studium et observantiam in se R[everendissi]mae D[ominatio]nis V[est]rae, toriusq[ue] huius Collegii non vulgarem: sed et consolationem istam in optimam partem accepit, omniaq[ue] ista mala quae acciderunt, magno, forti et excelso planeq[ue] regio animo ferre et consulere dignatur: divinae clementiae agit gr[ati]as, q[uod] tanq[uam] p[at]re beneficentissimus, ita voluerit M[aies]tem suam visitatam, ut misericordiam tamen ab illa sua non abstulerit: spemq[ue] M[aies]ti suae fecerit indubitatam q[uod] per hanc successivam vicissitudinem, qua orbem terrarum ipse p[at]re coelestis distinxit et constituit: q[uod] depulsa infoelicitate, foelicitatis rursus fructus superno munere sit in reliquum tempus percepturus.

Quod vero R[everendissi]ma D[ominati]o V[est]ra pro officio suo Pastorali hortatur et orat, Sacra M[aies]tas eius, ut qua cepit erga Christos dei gratia esse et clementia, eadem esse perseveret: id Sacra M[aies]tas eius non solum ipsa factura est libentissime, Atq[ue] ut in hunc usq[ue] diem fecit semper, verum et Ser[enissi]mum filium suum ita instituendum curabit ut quemadmodum alijs in

rebus, ita in hac quoque, paterna vestigia prosequatur, atque or:
dinem hunc nostrum omnibus in rebus tuendum et ornandu
suscipiat. Quod superest, ipsa quoque vicissim Sacra Maiestas
regia R.dae Do. V.rae munus istud in hac ornatissima
Ecclesia gratulatur atque ut eo multis annis incolumis per:
frui possit, ex animo optat, cupitque orationibus R. D. V.rae
totiusque Cleri illius diligenter esse commendata: ut si quid
adhuc reliquum est rei divinae id clementer avertere, atque
regnum hoc ad optatum quietis et tranquillitatis portu
perducere in hac sua Maiestatis aetate dignetur.

Ioannes Choienski Epus Cracovien
Regni Poloniae Cancellarius Alberto
Duci in Prussia

Ill.me Princeps et domine, domine colen.me: officiosissima servi:
tutis meae et orationum commendationem. Cupit a me certior
fieri Ill.ma D.o V.ra, quem exitum habuerit generalis ista
bellica expeditio: Ego pro officio meo proque eo studio quo
sum erga Ill. D. V.ram, nihil eam celabo earu rerum,
quae actae sunt ad Leopolim. Fatalis quaedam calamitas
universum orbem pervasisse videtur: nullus ut locus ita
abstrusus sit et reconditus qui non aliquo infoelicitatis genere
prematur.

Nos adhuc, aliis cum gentibus collati, satis esse beati visi sumus:
verum accidit hoc tempore ut et ipsi aliquo fuerimus etsi
non gravissimo incommodo conflictati, fortassis non alia ma:
gis re, quam felicitate nimia laborantes. Equester ordo plus
satis cupidus libertatis suae tuendae, vel augendae potius: iura
sua labefactari querens, immunitates infringi, Privilegia
minui et antiquari, motus quosdam non tam contra Regiu

Mtem, qz contra regni Proceres excitauerat: atqz adduci non potuit, vt in hostes aliquá incursionem faceret. verū deo sit gratia, fuit exitus huius Tragediē, vt in rebus incommodis satis tolerabilis missus factus est equester ordo: miles scriptus mercenarius atqz is in regni finibus collocatus magis vt bellum propulsaret, qz vltro inferret. Certis enim rationibus impulsa Sacra Mtas regia, faciēdum non putauit, vt ad depopulandam Valachiam, hostesqz ad prēlium eliciendos suos milites suū mitteret, preter hec, nihil est actum quod Illme Dni vrē scribendum putarē: nisi quod Sacra Regia Mtas sana ad nos ac incolumis rediit Quo nomine diuinē Mti ingentes agimus grās Quam precor, vt vrē qz Illme. Dni omnia felicia largiatur. Cuius me fauori beneuolentiēqz commendo Cracouiē Die xa octobris Anno domini 1537

Legatio ad Ferdinandum Romanorum ac Bohemie Regem a Sigismundo Polonie Rege missa in negocio domini Cacianer.

Cum accepissent Ser^mi Polonie Reges Pr et filius ab immanißimis Christiani nominis hostibus, concisas esse Mtis vrae copias: magnamque in exercitu stragem editam, incredibilem eos dolorem hausiße, vel quod ob eum amorem, quo erga eius Mtem mutuo feruntur, non sibi magis ipsis quam illi prospera cuncta et foelicia cupiunt evenire, vel quod intelligant nihil Mti eius a se regnoque suo separatim accidere posse, atque vident non solum suum, verum etiam totius Christiane gentis periculum, cui universe ingens impendere discrimen videtur ex ea quam Mtas eius accepit calamitatem. Sed cum ita sit natura comparatum, quam permultis in rebus novercam experimur, nihil ut firmum stabile, diuturnum perpetuumque sit in rebus humanis: omniumque rerum quedam sit vicissitudo, semperque fere prosperis adversa, et adversis prospera succedant: ferenda est lex ista nature.

Neque decet eius Mtem, cuius animi magnitudo singularis predicatur, casibus istis fortune vehementer angi perturbarique: cum usu nonnunque eveniat, ut id genus calamitates importando Deus Opt. Max. mentes hominum periclitetur, num adversa eodem animo ferre sciant, quo accipiunt ea que ad voluntatem fluxerint. Quodsi utraque in fortuna eque gratos eos esse intellexerit, neque ulla rerum adversitate, de statu suo dimoveri, tumultuantemque

de gradu quod amiit dein, tum verò si quid eis infoelicius cadere passus est, id multis foelicitatis gradibus compensat. Hortantur itaq; Ser.mi Reges M.tem eius ut hac de divina bonitate spe concepta, ea quę acciderunt forti atq; excelso vereq; regio ferat animo. Futurum enim est, ut qui nunc nonnihil contristare dignatus est, is paulò post M.tis eius animum abstersa molestia, ad magnam aliquam hilaritatem traducat, atq; id quod nunc M.tas eius accepit incommodi multis aliis et magnis commodis remuneretur, deq; eodem hoste Christiani nominis truculentissimo, crebras atq; insignes victorias ac triumphos concedat per quem nunc animum M.tis eius periclitari voluit. Hoc Ser.mi Reges ex animo illi precantur et optant, cum eadem omnia quę sibi ipsis M.ti eius à Deo affatim tribui cupiant, neq; suę ipsorum salutis et utilitatisq; illius cura eis sit antiquior.

Allatum est autem ad Ser.mos Reges Polonię insimulari Joannem Cazianer, qui fuit Exercitus illius Dux, quasi culpa illius acciderit, tanta ista clades, periculumq; esse ne M.tas gravius in illum statuat aliquid, ex quo non ipse solum, verum et totius familię eius nomen, macula aspergatur incredibili. Caeterum cum ab amicis illius edocti sint Ser.mi Reges, etiam si non prorsus ab omni culpa vacuus videri possit, nihil tamen ab eo dolo malo factum esse, nihil ex industria, dataq; opera admissum, quamobrem exemplum aliquod in eum edi oporteat sed ea quę acciderunt, fato quodam iniquiore atq; offensi Numinis ira accidisse. Rogant Ser.mi Reges et quidem magno studio rogant: si statutum habet et deliberatum cum animo suo M.tas eius ut se verius in calamitosum et infoelicem hominem animadvertat, hoc ut consilium suum cogitationemq; abijciat. Sepe enim hoc magnis etiam

Imperatoribus et Ducibus accidisse, ut non absque aliqua
culpa, in id genus calamitates inciderint, eo ipso tempore
quo iam extra teli iactum quod aiunt, se esse existimarent,
bonis aliquando et prosperis in rebus eripi solere bonam
mentem. Quodsi consilio dataque opera peccatum est aliquid
ab eo si dolo illius malo contigit, ut cladem hanc exerci-
tus acciperet, causam non dicunt Ser.mi Reges, quin aliquid
M.tas eius insigne in eum statuat documentum, sed si parum
cautus, parumque providus fuit et consideratus in re gerenda
videtur Ser.mis Regibus non indignus esse qui veniam
erroris consequatur: cum ea sola peccata sint animad-
vertenda, quae sciens aliquis prudensque designavit. Ubi
vero consilium abfuit, ibi maxima pars culpae abfuisse
videtur, ut causa propemodum non sit, cur ab eiusmodi
homine poenae aliquae graviores expeti debeant, cum omni-
bus fere in rebus veniam imprudentia mereatur. Ma-
xime Principes et Reges ad summi illius regis regum
omnium similitudinem proxime debent accedere, qui cum
saepe ad scelera mortalium conniveant, petentibusque ve-
niam concedant, aequum est M.tem regiam, quae suam ab
illo summo rege potestatem mutuatur, non omnia pro suo
iure agere, sed qua illum in se misericordia esse vult,
eandem his, qui in fide eius sunt et potestate clementer impertire.
etiam atque etiam rogant Ser.mi reges ut M.tas eius deli-
cti sui gratiam ei faciat. Nam et illis gratissimum fecerit
et apud Deum clementia ista sua, non mediocrem gratiam
invenerit, qui omnia illius facta et consilia fortunabit
si viderit supplices, huius preces eam non esse aspernatam.
Rogant etiam Ser.mi Reges: ne M.tas eius aegrius id acci-
piat, quod preces pro hoc homine suas interposuerint fecerunt
enim id necessariorum eius precibus adducti, quibus sup-
pliciter petentibus, pro innata sibi clementia negare non

potuerunt. Nihil dubitant quicquid facere Maiestas eius decreuerit, nihil eam à Christiani et clementis Principis officio alienum facturam.

Secreto dicendum

Quoniam nihildum certi habet Serenissimus Rex senior quando absoluta erunt Comitia regni, non potest Maiestatem eius reddere certiorem ad quem diem suos istuc Legatos sit missurus: qui cum viri sint eiusmodi, ut eorum ope, opera consilioque nunc maxime opus habeat, atque in illis spei ponat plurimum fore, ut fide prudentiaque eorum ex animi sui sententia, hoc est ex regni reique pub. utilitate Comitia ista transigantur: Non potuit Serenissimus Rex id quod maxime cupiebat prius eos mittere quam finita essent Comitia quorum exitum cum prope esse intellexerit mittet voluerit Nuncium ad Maiestatem eius per quem certior fiat de die deque loco ad quem Legatis erit veniendum dabitque operam ut primo quoque tempore ea omnia absoluantur quecunque ad matrimonium istud pertinere videbuntur, neque curae et cogitationi huic quicquam praeuerteret. Cupit enim quam qui maxime ut ne quid huic negotio morae interponatur, atque quod bonis omnibus receptum est, id omni cunctatione semota ad optatum exitum perducatur.

Legatio ad Ioachimum Marchionem Bran: deburgensem ac ad uxorem eius Heduigim filiam Regiam Archicamerarium Romani imperii Electorem

Salute dicta et redditis literis fidei in hanc sententiam verba Oratores Regie Mtis Polonie facient

Sacram Regiam Mtem utrique Principi Marito et Coniugi sue, ea omnia precari et optare que liberis quos habet charissimos parens indulgentissimus precari et optare posset neque enim habere illam alios in quibus magis acquiescat quam in Illmis eorum, ad eas, curas illius omnes et cogitationes magna ex parte referri in eis consumi.

Itaque incredibilem ex eo voluptatem Mtem eius percepisse quod se nepti: Illustritates vero eorum filiola auctas esse intellexerit: citra ullum Illtis filie sue incommodum et detrimentum, gratulari se plurimum eorum Illtibus quod eas recenti isto non mediocri gaudio voluerit deus cumulatas.

Etsi fuit semper arctissimum amoris vinculum inter Mtem eius et illorum Illtes: tamen id accessione prolis istius multo factum esse arctius, atque eiusmodi, ut nulla iam ratione dissolui et disrumpi posse videatur. Quandoquidem pignore isto a deo dato, quasi adamantino quodam vinculo connexum sit et colligatum, ex quo Mtas eius non solum ad se Illtesque earum magnam consolationem peruenturam verumetiam ad vicinas nationes vel potius ad universum orbem Christianum ingentem utilitatem redundaturam confidit.

Ac facturam quidem fuisse Mtem eius animo libentissimo ut ex regni Primatibus aliquos mitteret qui suo loco diem istum obirent: quo Neptis eius dulcissima Sacro fonte tingenda est: eumque presentia sua honestarent, nisi due res huic eius

tam propense voluntati impedimento fuissent. Primum quod legati Illustrium earum qui Maiestatem eius invitatum missi erant, tardius aliquanto venerunt, cum calendis primum Decembribus Cracoviam sint ingressi. itaque si maxime voluisset Maiestas eius provinciam hanc alicui ex privatibus regni sui manda: re: tamen is adornare se tam brevi tempore non potuerit ut pro Maiestatis eius: proque Illustrium earum dignitate ad prae: finitum baptismo diem munus suum exequeretur. Deinde vero instant nunc regni Comitia, ex quibus futurum est ut status universus anni pendeat in quibus Maiestatem eius opus habituram, his regni Senatoribus, qui consilio, qui fi: de, qui autoritate plurimum valeant, cum praesertim nunc sint difficiliora tempora quam fuisse antea videntur. Quare rogare Maiestatem eius, ut ne Illustritates earum duemis id accipiant, quod non eos quos optaverunt legatos miserit Nam quantum in illa fuit cupivisse eam magnopere libe: rorum suorum honori dignitatique consulere: sed postulasse tempora ista dura et aspera regni potius necessitatis ut ratio haberetur.

Ad extremum domini Legati, munus a Maiestate regia Illustribus eorum offerrent, atque id verbis ornare conabuntur deque animo Maiestatis regio erga Illustritates eorum omnia polli: cebuntur quaecumque de benevolentissimo patre dulcissi: mis liberis fas esset polliceri

Legatio ad Prussiam missa tunc cum Rex esset in Castris ad Leopolim Nicolaus Nipsicz Aulicus Regi:us hanc Legationem obiuit tercia septembris anno domini 1537

Dicta salute et gratia Mtis Regie. In principio mirari dicet S. Mtem eius neque satis aequo animo ferre, quod cum toci:es lustracionem isthic edixerit, necdum tamen ea habita sit. Mandavit etiam Sacra Mtas eius, ut aliqua pecunia confer:retur in erarium terrarum Prussie reponenda, ut si usus sit non necesse habeant tum primum aut describendo milite, aut de pecunia conquirenda esse soliciti cum iam periculum et discrimen impenderet, sed multo ante et a viris et ab equis, et ab armis, et a pecunia, et ab omni re parati sint et instructi atque expediti, ne id quidem factum est in hunc usque diem. Quibus in rebus cum ipsarum Prussie terrarum res agatur atque ad solam earum utilitatem pertineat, mi:ratur Sacra Mtas, suis ipsorum commodis eos deesse. quod autem mandata sua negligant et subinde in aliud atque aliud tempus ea exequenda reiiciant id graviter et ini:quo animo fert, mandatque iterum atque iterum ut tandem aliquando et recensio fiat, et pecuniarum cita Contributio neque ulla rebus iis deinceps mora adferatur. Nam neque ex dignitate Mtis regie, neque ex eorum qui aut presunt aut intersunt isthis Comitiis honestate est toties eadem de re ad eos mandata dari, non alio quam ad terra:rum Prussie utilitatem spectantia

Si nondum desita est cudi moneta a Gdanensibus et Elbin:gensibus vult omnino Mtas Regia ut iam desinant.

Sunt et alia quedam de quibus Sacra Mtas regia mandata

fuisset datura, nisi grauiter nunc bello destruxerentur. Itaque ea nunc in aliud tempus reiicienda putauit.

Hoc tamen admonitos voluit dominos Consiliarios et Nuncios terrarum Prussie se credere etiam quasi certum habere fore vt hoc anno Piotrcouie Comitia fiant.

Itaque hortatur vt iam istic aliquos designent Nunctios qui ad Comitia Piotrcouiensia veniant. Quo die autem presto esse debeant faciet eos postea Maiestas regia certiores. Crac. tercia Septembris Anno domini 1537.

Ioannes Choienski Episcopus Craconiensis regni Polonie Cancellarius Sigismundo Regi Polonie

SAcra Regia Maiestas. Quesiui à domino Nominato Premisliensi quo die Oratores per Sacram Maiestatem vestram designatos apud Serenissimum Regem Romanorum presto esse oporteret qui respondit dictum esse diem S. Martino Sacrum ad quem eis esset veniendum.

Magnificus dominus Palatinus Posnaniensis mittit ad Sacram Maiestatem vestram Nuncium petiturus per literas vt eum onere isto obeunde Legationis leuatum velit. Sed nihilominus facturus videtur non inuitus quicquid ei Sacra Maiestas vestra mandare fuerit dignata neque quicque antiquius ei futurum est, quam vt iussis et voluntati S. Maiestatis vestre obtemperet. Ego certe non video quis alius magis splendide, magisque ex dignitate illius munus istud obire queat precipue cum alii nunc grauiore cura distineantur. Quare si vult Sacra Maiestas vestra dignitati sue consultum prouinciam

hanc ill^mus^ M^{tas} [sic] prae caeteris mandabit. Sat scio etiam di-
riorem aliquam eum non recusaturum, si ita animo Sacrae
M^tis Vrae cognouerit insidere.

Domino Nipssicz dedi nomine Sacrae M^tis Vrae mandata
cum ad Capitulum Varmiense, tum ad dominos Consilia-
rios et Nuncios terrarum Prussiae, qui hoc ipso die in viam
se dabit, et quoad poterit contendet et elaborabit, simulatque
Varmiam peruenerit, ne quis alius illi Eccl^e praeter R^mum
dominum Culmensem praeficiatur, quo et Sacrae M^tis Vrae
authoritas salua sit et ill^mus viri desiderio satisfiat.

Cum domino Narosinski egi verbis Sacrae M^tis Vrae vt
ne negotium facesseret d. Andreae Czarnkowski Scholastico
istius nomine qui dicitur tempus in Italia suum praeclare
collocare, atque ad omnes bene audiendi partes animo esse
erecto et excitato. Sed nouit Sacra M^tas Vra ingenium
hominis. Negat dominum Andream Iuris quicquam habere,
penes se Ius omne esse: ex ill^mus responsione Sacra M^tas
Vra vberius omnia cognoscet. Equum esse dicit vt ipse quo
Iura sua, prius Sacrae M^ti Vrae exponat: quam ab eo Iure
suo cedere iubeatur. Sed de hoc Sacerdotio maius mihi vi-
detur orta disceptatio, cum dominus Bedlenski superstes ad-
huc sit. fierique possit vt prius aliquid illi humanitus ac-
cidat, qui se Coadiutorem profitetur, cum inter os et offam
cadere multa posse dicantur.

Non est mihi dubium quin Sacra M^tas Vra multas istbic
magnas et graues perferat molestias, ex quibus non
concedo Sacrae M^ti Vrae maiorem, vt ipsa dolorem ac-
cipiat praesens, quam quanto ego absens afficior. Sed ferenda
sunt, forti animo quae mutari non possunt, Sapientis est
nihil praestare praeter culpam a qua cum procul absit S.
M^tas Vra consolari se poterit virtutis suae recteque facto

rum

enim conscientia, quo consolationis genere maius et firmius nullum esse potest. sciunt et memoria tenent boni omnes quam pie quamque clementer se semper gesserit Sacra Maiestas vestra: quemadmodum parentis potius indulgentissimi quam aut regis aut domini personam sustinuerit. Deus qui solus est omnium omniumque factorum verus estimator, quem semper vestra Maiestas Sacra pie coluit, ille eam procul dubio non deseret, ipse ut eam facere scio spem suam et fiduciam positam et defixam habentem, ille providit hactenus, ut in summa illa licentia nequid gravius accideret. Ille motus etiam istos brevi omnes tranquillabit, et ad optatum exitum cuncta perducet. Id quod ego quoque quamlibet indignus divinam illius misericordiam, dies noctesque precari non intermitto, quo possim Sacram Maiestatem vestram rebus istic ex animi sententia confectis brevi reducem incolumem videre. Cuius me gratie clementieque qua summa possum animi mei demissione etiam atque etiam diligenter commendo

Georgius | Joachimus Marchio Brandeburgen.
Joannes Marchio Brandeburgen. Dux Opolien.
Fridericus Dux Legnicen. Sigismundo Regi
Polonie 16 octobris 1537

Ex Legnicza die xvi^a Octobris hec litere sunt scripte ex Nuptiis filii Ducis Legnicen.: quibus hii Principes interfuerunt.

SERenissi^me Rex domine Socer et Pater colendissime. Fidelem nostrum benevolum ac propensum animum non possumus vestre Maiestati regie non significare. certo didicimus, quod quidam vestre Regie Maiestatis propriorum subditorum et Incolarum regni pro summa et benigna ipsius propensione, proque multis modis, sepiusque declarata, gracia et clementia, se in hac

ingrauescente senio confecta et suprema aetate vrã Regiẽ Mtis inobedientes et rebelles exhibuisse. Quod reuera nobis ex animo dolet, magnaqꝫ nos afficit mestitia, atqꝫ libenter huic malo obuiare vellemus, itaqꝫ magnopere et amice rogamus ne vrã regia Mtas huiusmodi insurgentis et grauaminibus animum valde exasperari exulcerariqꝫ siniat, neqꝫ molestiam hanc in penitiores animi recessus admittat, eaqꝫ nobis quantum fieri potest significet rogamus. Nos verò quantum ratione et consilio valemus hac in re consulere, et ad auersionem et depulsioné huius mali et consilio facturos, et re ipsa atqꝫ facto pro mea facultate amicum et vltroneum auxilium laturos recipimus et profitemur, nostrasqꝫ omnes vires et facultates in casu et necessitate vrẽ Regiẽ Mtis exponere sumus parati. Velit vrã Regia Mtas meam hanc postulacionem, scriptaqꝫ mea non secus atqꝫ superius dixiimus, tanqꝫ a fidis animis profecta inducere nam ad voluntatem et amica vrẽ Mtis seruicia omni tempore sibi exhibenda, nos compotes et paratos inueniet. Quam vt Deus optimus multis annis in prospero rerum successu conseruare optamus. Ex Legnicza die Sancti Galli Anno domini M°. D°. XXXXVII°.

Sigismundus primus Rex Polonie Ioachimo
Marchioni Brandeburgensi Electori: Georgio
Marchioni Brandeburgen Duci Opoliensi: Fri:
derico Duci Legnicensi S. P. D.

Ill.mi Principes et domini Gener Nepos, Sororis Marite cha:
rissime. Que sunt ad Illtes Vras allata de motibus meoru
hominu, ea etsi non omnino vana, non tamen tanta fuerunt
re ipsa quantus erat istic fortassis hominu sermo. Est enim
ea rumoris natura, seu triste, seu letu quippiam eveniat sp
vt affingat aliquid. Acciderunt quidem nobis pleraqz contra
animi mei sententia, sed est quod deo gras agamus, qui fa:
talis istius calamitatis, que totum Christianu orbem per:
uasit, ita nos quoqz facere voluit participes: vt Catastrophen
huic fabule opinione omniu adderet letiorem. omnes enim
motus qui fuerunt excitati, celeriter admodu compressi sut
et sedati. Quamuis igr opem atqz operam Illtum vrarum in:
pntia nihil opus habeamus, rebus omnibus compositis
regniqz mei statu tranquillato, tamen ingentes agimus
gras Illtibus vris qui tam promptis tamqz alacribus
animis consilium auxiliumqz suu ad nos detulerunt. Fru:
ctum nobis aliquem rerum nostrarum adversaru cepisse
videmur, q in his cognouimus qui nam essent hii de quoru
erga nos voluntate nihil nobis non firmissime polliceri
possemus. In quoru numero cum principem locu obtinere
Illmas D. vras semper iudicassemus magnam ex eo vo:
luptatem capimus, iudiciu hoc meum rebus ipsis esse con:
firmatu. Ac deu quidem precamur, nunqz vt vsus ve:
niat: Sed si quid accideret eiusmodi quod nollemus minime
dubitanter fidem Illtum vrarum imploraremus. Quodqz

nos nobis persuademus, sicubi res ita flagitaret, nullo eas in loco nobis defuturos: hoc ipsum velimus ut sibi vicissim Illes vre de nobis certo promittant: quicquid in nobis consilii est et auxilii: quicquid opum et facultatum: quicquid gratie et authoritatis omnibus iis rebus in tuendas Illes vras et libenter et diligenter nos usuros, si quando illis eiusmodi necessitatem impendere certiores facti essemus. Quod reliquum est optamus Illes vras salvas esse atque incolumes. Quarum nos mutuo amori benevolentieque commendamus. Cracovie. Anno domini M° D° XXXVij°

Joannes Choienski Eps Crac: Cancell^s
Joanni de Tarnow Comiti Castell^o Crac
Exercituum Regni Polonie Capitaneo
generali.

Dum Rex esset in Castris ad
Leopolim hec litere sunt scripte

Ill: et Mag^ce domine, domine et amice observantissime. Etsi in tanta Regni reique pub. perturbatione nihil est quod iocundum cuiquam accidere possit. litere tamen Ill: D. vre quamvis merorem et luctum gravem nunciabant non omnino mihi tamen iniocunde fuerunt, idque multis nominibus. Primum quod amoris in me notis erant insignes quem ego quanti faciam nulla satis oratione consequi possum. Nam non solum laudari, ut quidam ait, verum etiam amari a viro laudatissimo pulchrum et preclarum duco. Deinde quod levabant non nihil dolorem quem opinione omnium graviorem acceperam ex casu Ill: D. vre, de quo quedam apud nos horrenda ferebantur, omnes

enim omnium Nunctiós et literas fama celeritate sua supe:
rauerat, que ut solet, siue leta aliquid, siue triste ad:
ferat, pleraque etiam affinxerat. Itaque per magnam
ex eo consolationem capiebam, quod ex literis Ill: D. Vrae
certior factus sum: Non tantum fuisse in re quantus erat
hic hominum sermo. Postremum vero illud in summa
molestia incredibili me gaudio cumulabat, quod intellexi
non deesse virum meis quoque temporibus, hisce utrumque de:
prauatis in patria hac mea eo animo, eo robore, eo amore
erga Regem et erga regni reique publice commoda, ut cum
priscis illis quos tantopere legimus celebratos facile queat
comparari. Multa dedit Illma. Dno. Vra preclara virtu:
tis sue documenta que nulla unquam vetustas obruet, nulla
delebit obliuio: sed quod bona cum illius venia dixerim
exigui temporis huius res gestas, non dubitauerim prio:
ribus illis omnibus anteferre in quibus magnam sibi lau:
dis partem, arma militum, maiorem fortuna quasi suo iure
vendicat, que si quid prospere in bello accidit id omne pro:
pe suum ducit. At in huius glorie societatem, quam nunc
est Ill: Dno. Vra consecuta, neque illa se domina rerum hu:
manarum offerre potest, neque quisquam preterea mortalium
sed ea secundum Deum soli Illme D. Vre cuius propria
est tota debetur. Itaque macte sit virtute ista sua, extre:
ma cumprimis contexat, neque dubitet nomen suum ad
immortalitatem consecrare. Cuius rei nunquam fuit Illme
Dm. Vre maior quam nunc data opportunitas. Etenim ut
aurum in igne magis enitescit sic virtus eius grauibus te:
pestatibus et procellis iactata et agitata multo redditur
illustrior, neque periculum est ne obruatur. Semper enim
Deus presto est iis qui pias qui iustas causas tuentur et
defendunt. Adfuit is Illme D. Vre non sine magno quodam
et stupendo miraculo, quo tempore nephari quidam et con:
scelerati

conscelerati homines atrox facinus consciscere, atq3 Illme
D. vre exitium afferre parabant, aderit etiam deinceps et
semper atq3 omnes improbos improborum conatus refutabit
et quorum nunc fuit laborum dura et molesta perpessio, eo:
rum futura est olim iocunda recordacio, tantamq3 istam fide
constanciam animiq3 magnitudinem Illme. D. vre ne po:
stea quidem secula tacebunt, que et a regia Mte qui ta:
tis virtutibus debentur, fructus olim uberes consequetur
et a deo ea feret premia que sunt iis qui erga Principe
suum atq3 erga rempublicam magno studio fideq3 singu:
lari fuerunt proposita maxima.

Quod Illma. D. vra tanta istic, mea causa, pericula sustinet
ut ne mihi officium hoc quod gero Cancellarii eripiatur, ago
illi ingentes gras. Non quod magnopere mihi cure sit ut
eo fungar diutius sed quod hec ipsa res maximum sit argu:
mentum amoris et beneuolencie aduersum me Illme. D. vre
quam ego non possum non plurimi facere. Nam quod officium
attinet, eo non inuitus cessero, ut primum id velle intellexero
Sacram Mtem Regiam, cuius me solius autoritas impulit
ut onus hoc suscipere ne grauarer, et est reuera nihil aliud
quam onus, Credibile enim non est quantis mihi curis et solli:
citudinibus, quantis laboribus constet et vigiliis Que
tamen ego omnia principis et reipub causa perfero non
grauatim ad quos si quis ex mea opera atq3 industria
et labore fructus peruenire poterit, spiritus etiam mens
vilis mihi futurus est, dum studium meum illis probare
queam, Sed ut nullos eorum causa labores defugio, nulla de:
clino pericula, sic ad nutum Sacre Mtis regie letus
atq3 alacer, Sarcinam istam deposuerim, grauius quam ferri
queat humeros meos prementem. Deum supplex oro ut Illme
Dni. vre cuncta istic felicia largiatur. Cuius me fraterno
amori beniuolentieq3 diligenter comendo Crac. 3a Septembris
1537.

Sigismundus etc.

Vniversis et singulis, Dignitariis, Spiritualibus et Secularibus, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Officialibus, Praefectis, Nobilibus, Civibus, Advocatis, Sculte:tis, Incolis, Colonis, caeterisque gradus et conditionis cuiuscunque hominibus in terris nostris Prussiae habitantibus bonaque et possessiones in eis habentibus sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram regiam. Sincere et fideles dilecti plerisque vestrum iam constat in proxime actis Comitiis Graudentensibus a Consiliariis et ordinibus terrarum istarum Prussiae duorum solidorum a singulis brasiorum modiis Contributionem in usum et necessitatem istius provinciae decretam et institutam esse, quo ad omnia pericula propulsanda expeditior esset et instructior, cumque nihil aliud iam restaret, nisi ut ratio aliqua colligendi eius Contributionis decerneretur, nos iudicium in ea re et opinionem multorum secuti, eum qui infrascriptus est modum et rationem colligendi et exigendi eius instituimus. Sed primum omnium hoc vobis universis declaratum esse volumus quod nemo vestrum cuiuscunque gradus, ordinis, sexus, et conditionis sit a solvenda Contributione infrascripta liber et immunis esse debebit.

Quicunque igitur brasea, coquendae Cerevisiae causa, ad molendinum sive suum hereditarium sive alicuius alterius ducere voluerit, debebit numerum modiorum brasei illius Capitaneo loci sive eius Burgrabio declarare, ac ab uno quoque ipsorum modiorum duos solidos, qui sunt in usu apud eum reponere eiusque rei significationem ab eo poscere. Capitaneus vero sive Burgrabius in Schedula numerum modiorum adnotabit eamque Sigillo Capitaneali consignabit

consignabit, quam tamen non prius poscenti dabit quam ab
illo à singulis modiis Contributionem ipsam exegerit, moli:
tores autem non plura ad se modia recipient quam quot fue:
rint in Scheda Capitanei adnotata absq3 verò scheda
Capitanei signo obsignata brasea nulla neq3 in molen:
dinis deponi, neq3 mole frumentarieq3 subici patientur,
Negligentes verò, suspectos et in fraude deprehensos molito:
res Capitaneus loci puniet. Vt autem tanto maiore ea in re
fides seruetur: Statuimus vt omnes et singuli molitores
siue hereditate siue quacunq3 alia lege et condicione mo:
lendina possident, vt primum dni Andree dies festus qui
nunc instat aduenerit coram loci Capitaneis, siue eorum
Burgrabiis sese sistant, iusiurandumq3 in eam sententiam ea:
dent, se quamdiu huiusce Contributionis tempus non elabe:
tur, nulla vnq3 brasea siue Scheda Capitanei signo con:
signata recepturos, fideliterq3 et diligenter omnia, que quid
ad colligendam eam Contributionem attinent esse acturos
Annus autem Contributionis exigende initium fieri de:
bet à die Sancti Andree anni presentis vsq3 ad alium
diem dni Andree Sacrum subsequentis anni videlt
millesimi quingentesimi, trigesimi octaui.

In Exactores verò et collectores eius Contributionis, Ca:
pitaneos et Prefectos nros in terris Prussie statuimus.
quam seorsum quisq3 in suo Capitaneatu exigendam
curabit. neq3 verò et Capitanei onere hoc soluende
Contributionis leuati esse debebunt sed pari modo illud
cum ceteris sustinebunt ad eam que rem, suam ipsorum
fidem et conscientiam testem adhibebunt.

Quoniam verò in Ciuitatibus et oppidis maioribus eiusmodi
Contributiones Magistratus exigebant semper, nunc etiam
munere hoc et officio eos fungi moremq3 in ea Contributione
colligenda receptum et seruatum, seruari nunc q3 in Ciuita:
tibus



Ciuitatibus et oppidis ipsis maioribus volumus. porro do:
mini Epi exigent iam in suis bonis per suos officiales
iuxta morem eciam et consuetudinem antiquam.
Quare omnibus vobis et singulis suprascriptis precipimus
vt iuxta hoc prescriptum nostrum vos generre Contribucio:
nem qz eam absqz quouis negocio ad prestitutum vsqz tem:
pus soluendam curetis, vosqz ad quos eius rei executio
pertinet per publicas proclamationes ad cognicionem vni:
uersorum id deduci faciatis pro fide vra officioqz et sub
gratia mea alr non facturi Datum Cracouie XXVIa
octobris Anno domini Mo. Do. XXXVIIo

R Mgce
Me in Chro Pr, sincere nobis dilecte. Non est clam .P.
vram: que proximis anni superioris Crac Comicijs
acta sint, in quibus cum alia racio inueniri non posset de:
fendendi regni, vlciscendiqz nefaria scelera Valachi
que aduersus nos et eos qui sunt dicionis potestatisqz
mee designauit: necesse fuit generalem expedicionem de:
cernere Quam cum non solum vsui nulli, sed magno etiā
semper incommodo et detrimento regno reiqz publice fuisse
memoria teneremus prius facienda tentandaqz omnia pu:
tauimus, qz ad extremum istud remedium veniremus Jtaqz
de pace cū hoste meo facienda nobiscum agi facile passi
sumus, neqz inuiti eam amplexuri eramus, si eas ille co:
diciones accipere non recusasset, per quas salua digni:
tate mea Mteqz Regia, et absqz regni mei detrimento
redire nobis cum eo in concordiam licuisset. Sed cum ille

Joannes Choienski Eps Plocen
Sigismundo de Erberstein.
Regis Ferdinando Consiliario.

Mag.ce domine amice char.me et honoran. Dominum Petrum Opaleniczki tantopere isthic ingenium et prudentiam suam probavisse gaudeo, pro amicicia, que michi cum ipso intercedit, tum q is privatim M. vre charus est graciam habeo. speroqz brevi habitum iri apud nos rationem meritorum eius, et Cancellarii munere id quod M.tia vra optat, eum a Rea M.te cohonestatum iri. maxime si Ser.mi Regis Ro.rum comedatio accesserit. Ego quoqz quanq in ea re nihil prestare me posse puto, tn quicquid potero lubens eum adiuvabo. Comendo me mutuo amori M. vre. Cui diuturnam salutem et incolumitatem opto. Vilne xi Octobris M D XXX VI.

Primo Sigismundo Regi Polonie
Andreas Cricius Archieps Gnesnen.
Legatus natus. primas.

Camenecen ad Cancellariatum regni Polo. comendatur

Sacra et Ser.ma M.tas regia et domine dne clemen.me. Post humilem servitutis mee et orationum comendationem. fuit mos iste semper observatus ab omnibus iis, quorum fidei regni signa fuerunt concredita, vt si quem vidissent maiore aliqua fortuna dignum, eum regibus et principibus suis comendarent atqz vt augerentur ab illis et honestarentur adiutores essent. Quanqz vero obscurum mihi non est S. M.tem vram in ornandis viris dignis et idoneis singulari quodam esse iudicio et nihil spectare aliud nisi dignitatem hois et merita, que si cui adsint is apud S. M. vram nullius comendationis indiget, tamen vt ipse quoqz a maioribus meis quasi per manus mihi traditum morem observem facere non potui quin S. M.ti vre comendarem dominum Epum Camenecen cuius fides integritas in laboribus

obeundis alacritas et diligentia satis vt arbitror S. M. vrẽ
perspecta est et probata. Quare magnopere queso vt eius
quoqꝫ rationem hoc tempore habere dignetur. Est enim
vir de S. M. vrã bene meritus, fuitqꝫ illi et est opera eius
ad multa vtilis et necessaria. Equm autem esse videtur
vt eorum imprimis rationes S. M.tas vrã aduitas velit
quorum aliqua in illam regnumqꝫ illius constant merita.
Ita futurum est vt alii tanto sint promptiores et alacriores
ad quosuis labores S. M.tis vrẽ causa subeundos, neqꝫ erit
quisq̃ qui si quando vsus ferat non solum fortunarum
verum et vite periculum adire S. M.tis vrẽ causa sit re:
cusaturus: vbi viderit sua esse bene merentibus premia
posita. Sed non agam pluribus, iuditio prudentieqꝫ S. M.
vrẽ cõmitto omnia. Cuius me gracie clementieqꝫ qua sū:
ma possum animi mei demissione qꝫ accuratissime cõ:
mendo. Denuqꝫ precor vt S. M. vrẽ vitam longam in:
columem atqꝫ omni felicitatis genere refertam con:
cedere dignetur.

Ioannes Choienski Eps Crac. R. Pol Cancellarius

Magce domine amice char.me et honorañ. Agnosco singu:
lare studium in me Magce d.nis vrẽ: que qꝫ munus istud
Cancellarii sum assecutus, non tam michi gratulatur,
ad quem non aliud ex eo peruenit q̃ cure, sollicitudines,
laboresqꝫ maximi, grauissimiqꝫ, q̃ Ser.mis regibus nostris
atqꝫ reip.ce nrẽ. Equidem Deum precor vt is esse possim
qui spei atqꝫ expectationi cum principum nrorum, tum vrẽ
quoqꝫ Magce d.nis ceterorumqꝫ amicorum respondere que:
am. Sed quo magis fui meę michi conscius imbecillitatis
et quo certius explorata michi fuit temporum istorum

ratio perturbatissima: hoc vehementius refugiebat animus ab isto tanto onere suscipiendo, atque utinam eo levari potuissem, in magna hoc felicitatis meae parte ponerem. Sed quando ita Ser.mo regi meo visum est: cui omnia debeo, ei negare honesta quidem sed ardua imperanti, nefas esse ducebam. Itaque non ego quidem gravabor omnia facere quaecumque ad Spartam hanc quae nactus sum ornandam pertinere putavero: sed intelligo me ad eam rem voluntate magis promptum esse quam facultate paratum. Ceterum si quid etiam privatim Mag.cae D.mi vestrae officio meo aliquo operaque prodesse potero, pro mutuo nostro amore et benevolentia curabo a me diligenter ut expectationi illius de me cumulate satisfaciam.

De induciis cum Valacho factis ad festa usque Penthecostes negat se scire quidquam M.tas Regia, sed egit is cum illa per dominum Iskrzicski Capitaneum Camenecen. de mittendis Comissariis ad fines terrarum Russiae, quibus plena facultas et potestas concederetur de pace tractanda inter se et M.tem Regiam. Quamquam vero in hoste hoc utpote Barbaro fluxa fides est, qui nullis pactis et conventis diu stare consuevit, tamen cum non reiiciat conditiones per Ser.mum Regem Ro.rum latas, non videtur Regiae M.tis voluntas a mittendis Comissariis abhorrere: etsi nihildum ea de re certi habet et deliberati.

Literas Ser.mi Ro.rum Regis legi M.ti regiae quae non invita potestatem facit Mag.cae d.mi vestrae milites in regno suo conscribendi, atque ad tuendam ditionem Ser.mi Ro.rum regis educendi. Sed cum binis iam literis quas vulgo vocant Restinum, edixerit M.tas Regia universae Nobilitati: ut ad fines regni tuendos presto sit: praeterea

ipsa quoqz milite mercenario opus habitura videatur: ita vult licere Mag.cē D.ni vrē milites e regno educere: vt ipsa prius necessitati suę prospiciat, neqz quisquā ex his educatur, qui pro more regni Mag.cē d.ni vrē non incognito fines regni tueri et defendere sunt obligati.

Quemadmodū terminati sint fines inter bona M.tis Regię et Mag.cē D.nis vrē, nihil adhuc comperti habemus q D.ns Jsdbienski nondum redierit. Sed postq̄ is reversus fuerit meqz de rebus omnibus certiorem fecerit, libenter Mag.cē D.ni vrē morem geram. Cui neqz hac neqz ulla alia in re meum est unquā studiū defuturū. Quod superest cōmendo me amori et benevolentię Mag.cē D.nis vrē Deumqz precor vt eam in multos annos incolumem servet ac felicem. Datum Cracovię. M D. XXX vij

Ioannes Choienski Eps Crac. Canc.ll.s Hieronymo Cardinali Ghinutio.

Hosius scrit

R.me in Chrō pater et domine domine observan.me officiosissimā servitutis meę atqz omniū cōmendationem Ex l.ris R.dę d. vrē facile perspexi q̄ graviter et iniquo ferat animo instare ordinem equestrem atqz urgere M.tem Regiā, vt Annatas, atqz ea omnia quę in expeditione Epātuū ceterorumqz sacerdotiorū Romę numeranda veniunt, pro regni necessitatibus apud sanctam sedem Aplicam curet impetranda, et mihi certe ea ipsa res non minus molesta accidit. Neqz concedo R.mę D. vrē maiorem vt dolorem ex motibus istis nrōrum hominū hauserit q̄z quanto ego sum affectus. Cui quanto studio laboraverim proximis

superioribus Comitiis ut Conatus istorum refutarem non
esse inauditum R. D. vrae existimo. succurrebant enim
eadem omnia mihi quae pro sua singulari prudentia in
lris ad me scris R. D. vra subtiliter et acute colligit.
agi videbam fortunas ordinis nostri Ecclesiastici atqz ea:
rum euertendarum initiu a capite queri. Itaqz tanqua
pro aris et focis, ita pro comodis hisce Romanae Ecclie
pugnabam. quibus saluis nra quoqz salua fore. neqz rure
illa prospitio quin et eodem nra labefactata motu con:
cidant. ac videbar quidem iam peruicisse, verum acci:
derat, ut bona Epatus tum mei Plocen visendi desiderio,
peractis Comitiis in Masouia proficiscerer: interea ab:
sente me ab aula regia D. Archiepus Cricius morte
obiit. tum noui motus excitati. atqz adducta est Mtas re:
gia ut de annatis istis impetrandis Nuntiu in vrbem
mitteret quod cum ad me fuisset allatum incredibilem
ex eo cepi molestiam. iam repugnandi locus non erat
dandae manus fuerunt. neqz licebat aliud quam obsequi
tempestati, cum alioqui meum nomen apud equestrem ordi:
nem in summo odio atqz inuidia versaretur, quanqz ego
pro debita mea erga sanctam sedem Aplicam obseruantia
nullum fueram periculu declinaturus, si quid profici
posse existimassem, verum actam rem non satis prudentis
esse videbatur. precipue cum vniuersus equester ordo
qui id ipsum temporis in bellum profecturus vnu in locum
conuenerat quottidianis conuitiis efflagitasset ut nisi per:
fecta re de annatis Mtas Rgia ne conquiesceret. Quod si
putat R. D. vra facile coerceri posse equestrem ordinem
a Mte regia, toto quod aiunt caelo errat. Est enim illius
ingens quaedam multitudo. est ab armis, est ab equis. ab
omnibus deniqz rebus bello necessariis paratissimus,

instructissimus &c. Deinde vero insigna in orbe Chriano ordini huic perinde magna libertas imunitasqz concessa est, atqz in regno hoc. Id adeo factum est, q cum Nobiles bellis contra Ethnicos gerendis multu saepe sanguinis profudissent, strenuamqz regibus suis operam navassent, illi gratam eis et memorem voluntatem prestare volentes iidem eis imunitates libertatesqz concesserunt. atqz adeo iam crevit ordinis huius potentia, vt divisu propemodum cum regia m.te imperium habeat. Neqz existimet R. D. vra solum hoc esse quod illi contra voluntatem M.tis regie obtinere conantur, fueruntqz et alia pleraqz non minora: que nihil attinet in pntia perscribere. Fatalis enim calamitas que vniversum orbem Chrianum pervasit, nras etiam oras attigisse videtur. Atqz eiusmodi res preterita ista aestate acciderunt vt quod magnu aliquod et miserum naufragiu respub.ca regni huius non fecerit. cum prudentie. tum precipue pietati religioniqz M.tis regie acceptum ferre possimus. Sed nra bona Eccliastica hostilem in modum divexata direptaqz sunt, adeo furor eorum nris fortunis iminebat. Cum tn et nos Epi eiusde simus ordinis atqz loci et omnes fere, qui aut honorata aut opima habent sacerdotia, fratres nri affines nri iis nos comodis affecerunt, vsqz eo maior est odii vis q cuiuscunqz tandem propinquitatis necessitudinisqz. Monet eos vicinorum exemplu, a quibus multa mala discunt. Cumqz nos Epi suma cura provideamus, ne qui libri aut a Luthero aut ab iis qui sectam eius sequuntur conscripti in hoc regnu importentur: illi ex Germania sibi curari iubent, Quin etiam proximis istis superioribus Comitiis, quidam ex eorum ordine fecit mihi copiam libri cuiusda in Germania nuper aediti. qui con:

scribitur fasciculus rerum expetendarum et fugiendarum.
in quo cum alia multa, tum argumenta eorum omnia
continebantur quibus annatas sanctę sedi Apostolicę non
deberi probabat, precipue vero Basilien decreto Concilii
utebantur qui simoniaci omnes pronunciantur quicumque
vel Annatarum vel quocumque alio nomine in expeditione
Episcopatuum aut sacerdotiorum aliquid in urbe numeras:
sent / quem librum succisiuis horis legere mihi fuit ne:
cesse, atque una rationes aliunde colligere, quibus eorum
argumenta refellerem, atque hoc unum vere possum glori:
ari solum me fuisse qui eorum impetum sustinerem atque te:
la quibus in sanctam sedem Apostolicam utebantur pro
virili mea refellerem. verum et hoc ipso tempore non
alia magis in re, cura mea omnis cogitatioque consumitur quam
si qua via de isto Consilio Annatas a Romana Curia
extorquendi M.tem Regiam deducere possum. Sed video
illam quod ad hanc quod ad hanc quidem rem pertinet
sui iuris non esse. Ea enim est pietate, ea obseruantia
erga sanctam sedem Apostolicam, nihil ut factura esset li:
bentius quam ut petitione ista desisteret nisi importunis cla:
moribus equestris ordinis pertendere cogeretur, qui se
vi etiam effecturum minatur ut ne ullę e regno inopi pe:
cunię efferantur, nisi fuerit id precario in urbe obtentum,
Neque ullis quam nobis Episcopis pericula maiora denunciant, si
contra illos facere perrexerimus. Quę me tamen ut an:
tea scripsi non mouerent quicquam, si qua spes esset id quod
vellemus perficiendi. Sed rem esse iam prope deploratam
video, magnamque fore rerum perturbationem nisi fuerit
ea quę petunt consensum. Mea nihilominus fides erga
sanctam sedem Apostolicam extabit, studiumque in com:
modis illius tuendis et propugnandis. Euentum prestare

non possum: quod vnum possum contendam certe et elaborabo vt si qua ratione id effici queat turbae istae sedentur. spero fore vt vel conatus meus S.mo d.no n.ro, atque sacrosancto Cardinalium collegio probetur, etiam si alius sit quam vellemus rei exitus futurus. Quod si verbosius ista scripsisse videor, dabit veniam R. D. v.ra. Nam cum et illa pluribus mecum egerit, offitii mei esse putaui perscribere omnia diligenter, neque eam quicque earum rerum quae hic actae ~~sunt~~ essent aut agerentur celare.

De Can.tu Varmien. qui vacat per translationem R.mi D. Culmen. Episcopi ad Ecclesiam Varmien. queso vt sollicita sit R. D. v.ra quo de illo Stanislao Hosio iuris vtriusque Doctore prouideatur. Cum enim is in fide mea sit et clientella vehementer cupio hac eum dignitatis fortunarumque accessione auctum iri et honestatum. plurimum sibi me R. D. v.ra deuinxerit si eum tuendum in omnes partes defendendumque susceperit, atque in eo laborauerit vt ne quem alium Can.tus istius nomine negotium illi facessere permittat. sed ea de re scripsit antea M.tas Regia. scripsi ego quoque semel atque iterum ita vt minime dubia spe sim iam rem ex sententia n.ra confectam esse. Deum precor vt fluctus istos tempestatesque sedare, v.ramque R. D. multos in annos seruare incolumem dignetur. Cuius me fauori quoque offitiosissime comendo. Datum Cracouiae xx. Nouembris M.D.xxx.vii

Ioannes Choienski Eps Cracouien. & Regni Polonie Cancellarius

Cardinali . S. quatuor . Protectori .

Rx.me etc. Quod mihi se tanto studio purgat R. D. vra de eo q in Plocen. Epatus expeditione plus a me pecunie exactum est qz ab ullo antecessorum meorum, in eo faci: le agnosco singularem in me beneuolentiam R. D. vre. que nisi me tanti faceret quanti profecto facit nunqz ani: mum inducere potuisset vt ita se mihi diligenter purga: ret ea de re. Itaqz lubens excusationem illius acci: pio que vt nullis rationibus etiam niteretur. tn solo illo studio quo se in me Rx D.o vra esse declarat facile me adduceret, omnia vt ante acta ex animo de: lerem meo. Nunc vt intelligat R. D.o vra ea quoqz non vana fuisse que superioribus meis ad illam lris perscripseram, atqz vt luce clarius cognoscat ampli: us trecentis aureis Hungaricis me qz quenqz antecesso: rum meorum mea memoria numerasse, mitto illi ta: bulas expensi. quod si diligenter rationem subduxe: rit quemadmodum scribo: ita rem habere comperiet. Neqz videre adhuc possum quid remissum mihi sit et condonatum in Epatus illius expeditione. Nam quod scribit R. D.o vra mille aureos annate ratione debi: tos mihi remissos esse: si constabit aut do. Rapha: elem aut do. Andream Cricium antecessores meos mille istos aureos in urbe persoluisse. facile patiar eos muneribus Romane Curie expensos ferri.

liberalitatemque illius agnoscam. sed noua ista aestimatio in regno isto non fuit recepta quin etiam opera d. Erasmi Plocen. olim Epi inducta fuit et antiquata. atque utinam secundum veterem aestimationem liceret nobis annatas caeteraque persoluere, posset ea facile Romana Curia contenta esse. Nunc quae tempora venerit quam periculosa, formidolosaque commoto ordini ecclesiastico, Rx. D. vra pro sua prudentia facile perspicit. remittendum est aliquid potius de summo isto iure quam ut id mordicus tueri velimus/ sed eo unde cepi redeo. Quae facta sunt ea ego nulla culpa Rx D. vre facta non inuitus credo. cuius in litteris vestigia quedam impressa video. non mediocris fauoris illius in me et beneuolentie. quem fauorem ut nunc re ipsa declarare velit magnopere queso, omnemque curam, operam et diligentiam adhibeat, ut in huius Crac. Epatus expeditione et id quod in priori preter ius fuit exactum sarciatur et preterea de liberalitate Romane Curie nonnihil condonetur. Nam quemadmodum antea scripsi D.ni vre Rx.me propter munus, quod gero Cancellarii, magnos hic et incredibiles sumptus facio. non quod adeo sum profusus ut conturbare velim et nullo delectu habito possim largiri omnibus. sed quod et locus hic quem obtineo splendorem et magnificentiam postulat, et ea in tempora incidimus, ut nisi liberalitate nra equestris ordinis animos nobis deliniamus. qui alioqui satis est animo nobis infenso infestoque, is multo futurus esset infensior atque infestior. Ego dum commoda Romane Curie summa fide. summoque studio hic defendo, tantum mihi odii atque inuidie, apud equestrem ordinem conflaui. ut possessiones Epatuum tam Plocen. quam Crac. hostilem in modum, in expeditione ista bellica direpta sunt,

Quod si non aequiores isthic mihi Romanos habuero
videt R.^{mo} D.° vra ad quantas rei familiaris angustias
me sint redacturi. Reuera magno mihi constat ista
Romane Curie propugnatio: nam non solum in odium
incurri plurimorum quos cogor mihi mea benignitate
munificentiaque reconciliare: uerum etiam predia
mea bonaque misere sunt diuexata. nihil tamen ea
re deterrebor: neque me rei familiaris tanta iactu-
ra segniorem reddet in Ro.ne Curie comodis pro viri-
li mea tuendis. aequum autem esse existimo vt illa la-
borum periculorumque per me sua causa susceptorum
memor, aliqua mihi nunc grati sui adversum me animi
signa det. Ita maiore cum animi mei alacritate
eminus me discrimini oblaturus essem dum usui alicui
et emolumento Ro.ne curie esse possem.
Datum XX Nouembris M° D XXX vij.

Paulo tercio Pontifici maximo
Jo.s Choienski Eps Cracouien

SAnct.^{me} ac beatis.^{me} in Chro pr et dne domine cle-
men.^{me}. Subiectissimam seruitutem meam quam possum
officiosissime Sanc.ti vre defero atque ad oscula pedum illius
beatorum, si minus corpore mente tamen quod unum
absens posse videor venerabundus accedo.
Lras S. vre ea qua par erat veneratione accepi, que
tamen non mediocriter me conturbarunt. factus enim

sum ex illis certior falso nomen meu ad S. vram delatum esse per Stanum Rzeczicza, quasi mea opera factu sit, vt ille possessione Decanatus Kielcen deturbaretur. Cuius etiam testimoniu quarundam lraru prolatum accepi quasi per vim sacerdotiu id per me fuerit retentum quod quidem suo tempore facile refelletur. Nunc illud quam verum sit eum possessione spoliatum esse, vel ex eo facile poterit S. vra intelligere, quod satis constat nunqz eum possessionem Decanatus adiisse, nuqz me possidere illum desiisse in id vsqz tempus quo paulo ante qz essem Crac Epus designatus, venli dno Joani Vilamowski iuris vtriusqz Doctori Cantori Eccliae meae Crac et Cancellario meo Decanatu isto cessi. Est magis quod ego S. vre de homine hoc querar: circumuentum me ab illo fuisse, cum Epatum Plocen illi expediendu cómisissem. Quem cum ego bona fide mandata mea cóffecturum sperarem: ita rem egit vt contra volutatem meam Decanatum istum eripere mihi conaretur, verum S. vra simul atqz ita mihi per hominem huc impositum esse cognouit, pro sua diuina virtute fecit vt hoc ipsum sacerdotiu mihi cum Epatu tum meo Plocen reseruaretur. Quod ius et benefitiu, cum ipa mihi S. vra dederit fore confido, quod tutari id etiam et conseruare dignabitur. Jd quod vt faciat neqz falsis cuiusqz de me delationibus aures accómodet suas, qua summa possum animi mei demissione S. vre supplico. Cuius me graciae clementiaeqz qz diligen me comendo. Deum supplex obtestor vt omnia illi prospera et felicia largiatur. Datum Crac XX^a Nouembris M D XXX vij^o.

Sigismundus primus Rex Polonie Paulo tercio pontifici maximo.

Est in fide et clientela mea Ven.lis Paulus Plotowski Pre: positus et Canonicus Varmien. qui complures annos mihi seruiendo, ita se gessit. vt omnibus in comitatu meo gra: tus sit et probatus. Cuius propinqui et necessarii, homines equestris ordinis, venerunt ad me, decem et octo plus minus annos eum in sacerdotiorum suorum possessione fuisse dixerunt: nunc instinctu maleuolorum hominum quorundam fortunarum suarum omnium periculum ei creari per Qui: rinum Galler, grauiter et vehementer questi sunt, et de: plorarunt, adeoque mentes eorum permouerunt vt assu: rexerit et Senatorius et equester ordo magnoque studio et contentione a me flagitauerit quandoquidem alia ratione genus istud tam controuersorum hominum contineri non posset, vt a iure meo potestateque regia presidia peterem, neque paterer vt quo quisque maiore preditus est integri: tate. hoc magis sit istorum insidiis oportunus. Nam nisi prospicerem futurum esse, vt dominia possessionesque sa: cerdotum in incerto sint, neque vllum ius tam firmum quisquam habere possit. vt se vel eadem ipsa hora de sacerdotio suo deturbatum non iri certo sibi queat pol: liceri. Hac eorum oratione sum equidem non medi: ocriter commotus, sed pro more meo instituto que veteri, proque ea pietate qua in sancta sede ista sancte co: lenda nemini secundus esse velim, prius ad S. vram referendum putaui: a qua maiorem in modum peto

ne hac tam indigna in ea vrbe fieri permittat, vnde ab omnibus gentibus pietatis, charitatis, mansuetudinisque Christiane exempla petita oportuit. Credibile non est quantum fremat equester ordo contra Romanam Curiam quanto studio contendat, ne que ibi tractentur negotia ne que ex regno pecunie quocunque tandem nomine isthuc efferantur. In eo mitigando permultum habeo negotii, sed inanis erit opera mea nisi a vestra quoque S. prouisum isthic fuerit, vt ne per controuersos istos homines magis incendantur animi equestris ordinis ‡, atque inprimis Paulus hic per coruos istos biantes irritentur. Meum studium hac in re non deerit modo ipsa sibi S. vestra deesse nolit, atque eos quorum vitio male audit Romana Curia coercere in animum inducat. Comendo me Regnumque et dominia mea gracie S. vestre. Quam Deus pro constituenda republica Christiana in multos annos incolumem et fœlicem seruare dignetur.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Dantisco postulato Episcopo Varmien.

Queritur ven.lis Paulus Plotowski prepositus et Canonicus Ecclesie vestre Varmien. actionem sibi intendi verbo per Quirinum Galler, re vero ipsa per quosdam ex Capitulo Varmien. seque de sacerdotiis suis que tanto tempore quietus possedit in dubium vocari, summis itaque precibus a nobis contendit vt sibi presidio essemus, ne per homines istos controuersos omnibus prope fortunis suis nullo suo merito euertatur. Quare hortamur p. tuam vt pro offitio suo admonitos suos velit vt technis istis et fraudibus superse-

‡ ad ea que repererunt pretendenda. Quare quantum quam ipsius auctoritatem saluam esse cupit, tantum det operam. Vt ne homines mei equestris ordinis //

deant atq3 beneuolentiæ quoq3, Christianæq3 charitatis non sola litium iura perdiscant. Nam si perrexerint neq3 per. p. tuam de prauo suo more deduci poterint: quicunq3 tandem ij fuerint: nos eorum tantam petulantiam pro potestate nrã Regia curabimus coercendā.

Sigismundus primus Rex Polomie Capitulo Varmiensi

Questi sunt nobis dolenter admodū fratres et cõsanguinei ver. lis Pauli Plotowski Prepositi et Canonici Ecclesiæ vrẽ Varmien, Secretarij nostri, esse non neminem in collegio vrõ, qui eum aperte non audeat, cuniculis quibusdam eum oppugnet: quæ res cum sit a fraterna charitate aliena, non potest non esse nobis vehementer molesta. quam ob rem vos hortamur vt si quæ sunt inter vos simultates eas deponatis: neq3 litium magis quam beneuolentiæ iura perdiscatis: idq3 curæ vobis maxime sit. vt quod fratres et collegas facere decet, concorditer viuatis, ametis inter vos, atq3 alter alterum offitij sui et Chrianæ pietatis cõmonefaciatis. ne si inuicem mordere perrexeritis, ab inuicem consumamini. Nos certe ferre non poterimus seruitorem nostrum techris quibusdam per quenquā fortunis suis euerti. quare ipsi hoc agatis, vt alter alterum in offitio continere possitis: neq3 expectetis dum nos iure nrõ potestateq3 Regia coerceamus eum. quem impedimento esse cognouerimus, quo minus vnicuiq3 id quod suū est tranquille liceat possidere: semper enim ab omni eiusmodi ratione remoti fuimus, ac deinceps quoq3 erimus quoad per vos licuerit, sed si quis vestrum aut fratribus recte monẽtibus. aut Episcopo suo parere neglexerit, coget nos vt contra q̄ natura nrã fert grauius in eum aliquid statuamus.

16

Sigismundus primus Rex Poloniæ Ferdinando Romanorum Regi.

Accepimus lrãs M.tis vrẽ amoris ac beniuolentiẽ in nos nobis insignes quibus non grauatim se ferre significat. quod non ante legare Senatores nr̃os ad M.tem vrãm instituerimus quam essent Comitia Regni nostri absoluta id nobis fuit vehementer gratum. quod cunctationem istam nr̃am quẽ preter atque adeo contra animi nostri sententiã accidit, non modo non durius acceperit, verum etiã in optimam partem interpretata est, quẽ res abunde magno signo esse potuit, quanti nos faceret M.tas vrã, a qua nos grauius alia in re potius quam in amore ac beneuolentia vinci passuri sumus. Itaque dabitur a nobis opera vt vtriusque nostrum tanto desiderio primo quoque tempore satisfiat. haberi quidẽ iam cœpta sunt per nos Comitia: sed eorum finis quãdo futurus est nihil dum certi habemus. vt primum peracta fuerint quod sæpe iam M.ti vrẽ scripsimus, faciemus eam e vestigio certiorem. Cui reditum Pragam incolumem gratulamur atque prospera cuncta et felicia ex animo precamur.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Romanorum Vngarie et Bohemie Regi.

Ser.me etc. Reddite sunt nobis M.tis vre lre die 23 Decembris Vienne date, quibus M.tas vra tempus prescribit, ad quod tempus velit Ores nros ad firmeda contracti inter liberos nros matrimonij pacta Pragam ad se venire, videlicet ad prima Aprilis, sic tamen vt receperit se certius adhuc aliquid ea de re tempori nobis significaturam, perplacet id nobis, ac designabimus Oratores insignes, qui ad diem praefixam Prage M.tem vram inueniant. Expectabimus tamen certiorem significationem a vra M.te, Prage ne per id tempus futura sit, et an ei rei vacare possit. Nos quoque vicissim si quid forte obstaculi nobis inciderit, non comittemus qui M.tem vram tempestiue certiorem faciamus, habemus autem gracias vre M.ti quod perstet in sententia sic vt vehementer cupiat primo quoque tempore affinitatem et necessitudinem istam inter nos perfici, ac stabiliri. Idem nobis vt quod maxime cordi est. Itaque quod integrum et comodum erit sane libenter nos ad voluntatem vre M.tis accomodabimus, vellemus tn imprimis vt ea res in Bohemia transigeretur propter faedera que regno nro cum Slesia intercedunt firmanda, quamquam vbi vbi fiet confidimus nihilo minus eorum faederum a vra M.te rationem habitum iri. Cui diuturnam salutem ac falicitatem vna cum omnibus suis optamus. Cracouie XXviij Januarij. M. D. XXX vij.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Romanorum Ungarie Bohemie Regi.

Non concedimus M.ti V.re magis ut ipsa cupiat matrimonium hoc, inter Ser.mos liberos n'ros, primo quoque tempore consumari, q quanto nos huius ipsius rei desiderio ardemus. Verum ut superioribus n'ris l'ris M.ti V.re significaueramus, facere nulla ratione possumus ut antequam transacta fuerint Regni nostri Comitia n'ros hac de re legatos ad M.tem V'ram mittamus. Neque enim fas est alios a nobis mitti q primarios Regni Senatores et Consiliarios, qui tum ex M.tis V're, tum ex n'ra dignitate esse queant. Atqui si quando accidit tempus ullum quo eorum presentia operaque opus haberemus, qui consilio prudentia, qui fide, qui authoritate inter alios Regni Senatores excellerent, nunc illud accidisse maxime videtur, cum que totum fere Christianum orbem fatalis calamitas peruasit, ea n'ras quoque iam ditiones attingere videatur. Quare ignosci nobis petimus a M.te V'ra, si minus celeriter quam uterque nostrum vellet designatos iam a nobis legatos miserimus. Quo enim chariores illos habemus, quo magis fides eorum erga nos perspecta nobis est et probata, quo plus etiam prestare videntur omnibus in rebus que ad bonos Consiliarios pertinere videntur, hoc minus eis carere possimus, quasi baculis quibusdam senectutis n're in his regni n'ri difficultatibus, simul atque vero prospicere poterimus Comitiorum exitum, qui quidem incertus adhuc est, V'ramque M.tem Prage esse

acceperimus, tum illam certiorem faciemus de die quo
sint ad eam venturi, dabimusq operam ut utriusq no:
strum tanto desiderio, ne qua per eos mora afferatur.

Annus domini 1538.

Annus domini
1538.

Sub finem anni 1537 lre regie emisse indicentes Comicia regni ad diem S. Trium Regum 1538. Petrcovie

Sigismundus primus Rex Polonie.
Consiliariis maioribus regni Polonie.

R. Mag^ce sincere nobis dilecte.
Reveren in Chro pater sincere nobis dilecte. Non est clam P.
vram que proximis anni superioris Crac. Comiciis acta sint
in quibus cum alia racio iniri non posset et defendendi regni ul:
ciscendique nefaria scelera Valachi que adversus nos
et eos qui sunt dicionis potestatisque nostre designauit:
necesse fuit generalem expedicionem decernere. Quam cum
non solum usui nulli sed magno etiam semper incom:
modo et detrimento regno reique publice fuisse memoria
teneremus, prius facienda tentandaque omnia putaui:
mus, quam ad extremum istud remedium veniremus. Itaque
de pace cum hoste meo facienda nobiscum agi facile passi
sumus, neque inuiti eam amplexuri eramus, si eas ille co:
diciones accipere non recusasset per quas salua dignitate
nostra utque Regia et absque regni mei detrimento
redire nobis cum eo in concordiam licuisset. Sed cum ille

certior fortasse factus, de iis rebus quae in regno meo agebantur
ad eas conditiones pactionesque descendere noluisset: fuit
nobis iam necessario faciendum ut quod fuerat in Comitiis
Crac. constitutum, cunctum equestrem ordinem ad arma pro
patria capienda vocaremus. Neque nos affecta aetas mea
quoque est remorata quin ad constitutum locum mature per-
veniremus, quo cum aliquanto post Nobilitas esset subse-
cuta, minime fugit P. Vram, ita ibi rem gestam esse
ut ad hostem summa laeticia: ad nos maeror incredibilis
redundaret, spectaretque res ad perniciem aliquam patriae
videretur. Itaque coacti sumus suam quemque domum remit-
tere, atque pro paterno meo animo quem gerimus erga eos qui
sunt in fide potestateque mea, quorum bona ab omni hostium
impetu, sarta tecta quod aiunt, cupimus conservare: conqui-
sita mutua pecunia, militem Mercenarium conscribendum
curavimus: qui fines regni contra Valachos aliquanto
tempore tueretur, quibus dubium non est, quin creverint
animi: etsi unque antea nunc occasionem se nactos arbitren-
tur, qua pro libidine sua populari, vexareque ditionem
meam possint. Quamobrem malis istis cum nos obviam ire
cupiamus, providereque pro officio meo, ne quid respublica
detrimenti accipiat ad proximum Epiphaniarum diem Piotr-
covie Comitia magna de consilio Senatorum regni mei
ediximus. Quae Comitia, conventus particulares in Pro-
schewicze feria
et quae generalis Conventus in Nova Civitate Corczin
feria de more praecedent. Quare
hortamur P. Vram primum ut obeat ista Comitia: ubi
summam adhibebit diligentiam ut ad magna regni Comi-
tia Nuncii ex medio Nobilitatis designentur viri graves
et prudentes, quibus tranquillitas et salus reipublicae non
privatum aliquod commodum curae sit. Postremo ipsa quoque ad

magna Comitia Piotrcoviam veniat die per nos prefinito, nobiscum
una atque reliquis regni Consiliariis et terrarum Nunctiis
consultura de tranquillando regni statu: atque contra hostium
impetus defendendo, vindicandisque iniuriis et contumeliis
quibus nos regnumque meum improbus et detestabilis Vala-
chorum Palatinus afficit. Pro fide et officio suo factura.
Quae bene valeat. Crac. ij octobris Anno domini
M° . D° . XXXVij° Regni nostri anno 31

Minoribus Consiliariis

Sigismundus Rex

Generose fidelis dilecte: Cum proximis anni superioris Co-
mitiis, decreta fuisset generalis expeditio bellica propter fi-
nes regni tuendos: atque una de perfido hoste meo, eas quas
commeritus est poenas sumeremus, non ignorat f. tua expe-
ditionem bellicam illam parum nobis feliciter cecidisse: ut
minime sit dubitandum plus etiam animorum hosti accessisse
postque tantos meos conatus in nihilum recidisse cognovit, quin
et metuendum esse videtur, ne hoc meo casu adverso ela-
tus, proxima insequenti aestate, incursionem in regnum ditionemque
meam faciat. Quamobrem impendentibus malis occurrere
cupientes, ad Epiphaniarum diem, magna Piotrcoviae Comitia
ediximus, quae Conventus particularis in Proschewicze
feria generalis
vero in Nova Civitate Corczin feria
de more precedent. Mandamus f. tuae, simulatque bina ista
minora Comitia obierit, atque omnem operam adhibue-
rit, quo Nunctii ex medio Nobilitatis eligantur homines
prudentes, neque privatae rei suae sed publicae potius tran-
quillitatis et utilitatis studiosi, ut ad maiora quoque se Piotr-
coviam conferat, ad diem a nobis prefinitum: ibi nobiscum
una et cum aliis regni Consiliariis et Terrarum Nunctiis

consilium ineunt, qua ratione providendum sit, ne quid res:
publica regni mei insequenti aestate detrimenti accipiat:
sed eas quas commeruit poenas perfidus hostis nobis per:
solvat. Pro officio suo et gratia mea aliter non facturi.

Nobilitati Regni Poloniae

Sigismundus Rex Poloniae

Generose f. d. Cum eas quas debeat perfidiae atque im:
probitatis suae poenas Valachus nobis nullas adhuc
dederit: immo impunitate hac elatus hostilia dicionibus
meis moliatur: visum est cum primis necessarium ut ad
proximum diem Chiphamarum Piotrcoviae Comitia ma:
gna ediceremus. Quae Conventus particularis in Prosse:
wize feria de more praecedet.
Quare mandamus tuae f. ut ad particularem Conventum
proficiscatur, atque ubi Legationem meam audierit una cum
aliis Consilium ineat, de iis rebus quae ad regni tranquil:
litatem utilitatemque pertinere videbuntur Nunciosque ea:
rum eligendos viros graves, prudentes, et qui non priva:
te rei suae: sed publicae tranquillitati atque utilitati
studeant Pro fide sua et gratia nostra aliter non
facturi.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis maioribus regni Polonie

R[everendissi]me M[agnifi]ce de in Christo Pr sincere nobis dilecte Memoria tenet procul-
dubio vra. P. qui fuerit exitus Comiciorum anno preterito
Cracovie habitorum: et quemadmodum ceciderit nobis gene-
ralis ista bellica expedicio, quam solam de communi sententia
Consiliariorum meorum decernere fuimus coacti, cum alia nul-
la racio inveniri posset qua hostium dicionibus meis immi-
nentium vim atque impetum propulsare et de Valachi per-
fidia poenas nobis sumere liceret. Quodsi et horum que
iam sunt per nos edicta Comiciorum eventus non esset me-
lior futurus: quod deus omen obvertat: neque S. tua non in-
telligit, et nos coniectura quadam prospicimus, magnum
esse reipub. naufragium pertimescendum, ex quo non facile
emergere liceat. Quamobrem hortamur S. tuam quantum nos,
quantum rempublicam regni mei: quantum suam etiam ipsius
salutem amat, que a publica seiuncta esse non potest. tantum
det operam atque omnes ingenii sapientie virtutisque sue
nervos in eo contendat, mitiora quietioraque ut possint con-
silia, in his que proxime instant Comiciis Nos equas
omnes et honestas rationes libenter amplectemur: neque ulli-
us rei quam publice utilitatis tranquillitatisque cura cura no-
bis futura est antiquior, qua in re S. tuam adiutricem
nobis fore speramus et optamus, neque ipsam solum allatu-
ram omnia que ad quietem tranquillitatemque reipublice putave-
rit pertinere: verum et eos omnes quoscumque aliqua sibi ha-
buerit familiaritate implicatos, ad idem consilium capesse-
dum cohortaturam. Sic et boni fidelis, dominique sui et reipub-
amantis Senatoris et Consiliarii officiis preclare functa
erit: et cum a nobis qui tante virtuti debebimus fructus

vberes consequetur ab eo, qui preter pacem, concordiam charitatemque mutuam nihil aliud nobis moriturus Testamento reliquit, premia feret, et multo amplissima sic sempiterno tempore duratura. Bene valeat tua S. Cracovie Anno domini M° D XXXVij

De Theloneis et Contuberniis opificium tollendis Sigismundus Rex Polonie Capitaneis terrarum

Crebris vniverse Nobilitatis regni mei querelis sollicitamur, qui queruntur se plus nimio gravari a Mechanicis Magnis in Civitatibus et Oppidis tam meis quam subditorum nostrorum in vendendis rebus que ab eis conficiuntur, idque propterea fieri putant, quod ipsi Mechanici obtinuerint nonnulla Privilegia a nobis et predecessoribus nostris, contra Ius et libertates regni in Statutis et Privilegiis expressas, quibus innixi non dubitant sibi adinvenire modos et technas per quas Nobilitatem et communem populum pro arbitrio suo in vendendis eisdem rebus, artificiorum suorum depactant. Ad hec etiam queruntur instituta esse, pleraque Thelonea tam Pontalia quam aggeralia in bonis subditorum nostrorum tam militaris quam aliorum ordinum quibus homines eadem loca pertranseuntes gravarentur. Similiter contra libertates publicas in Statutis et Privilegiis predecessorum meorum et meis expressas. Quare nos volentes omnem causam eisdem querelis amputare et id quod aequum nobis videbitur super his statuere, Mandamus tue F. iubeat in Civitatibus et Oppidis Capitaneatus sui proclamari vt omnes tam Contuberniorum sive fraternitatum omnium in Civitatibus et Oppidis regiis quam etiam Nobiles et aliorum

ordinum subditi mei, omnes literas et Privilegia que se sub eisdem Contuberniis sive fraternitatibus et Theloneis respective habere pretendunt, coram nobis in Conventu Piotrcovien. a nobis pro festo Sanctorum Trium regum in: dicto xij die post nostrum in eundem locum felicem ingres: sum reponant, sub amissione eorundem Privilegiorum suo: rum et pro gratia mea aliter facere non ausuri. Cracoviae Anno domini M° D° XXXVIJ°

Legatio ad Conuentus particulares qui habiti sunt ante Conuentum generalem Piotrcouiensem pro die Sanctorū Trium regum indictum 1537

Salutacione dicta: Invictius regius verba in hanc sentenciam facie[n]

Nondum e memoria excessisse: qua cura, qua vigilantia, qua prudencia, Sacra Maiestas regia iam inde ab initio, in hunc usque diem regnum hoc suum administraverit: quanto studio reip[ublicae] racionibus providere sit conata, civium incolumitate tranquillitateque nihil unquam habuit antiquius, usque eo, ut de liberorum suorum fortunis parens indulgentissimus magis esse sollicitus non potuerit, quam fuit Sacra Maiestas eius, et est, ut singuli nos bona meá facultatesque quiete et tranquille possidere possimus. Cum itaque cinctum sit regnum hoc va: riis gentibus, atque his partim populosissimis, partim in omni: primis bellicosis, que infesto in nos animo, in fortunas meas imminent, quibus nos spoliatos et eversos cupiunt quocies id sunt facere aggressi, provisum est prudentia Sacre Maiestatis, effectum etiam pietate, relligione, sanctimoniaque, ut importu: nitatis audaciaeque sue poenas debitas persolverent. multasque

Deus M.ti eius de Moschis, de Thartaris, de Valachis, de
Prutenis victorias concessit: que non solum armis verum
etiam precibus ex puro sanctoque pectore fusis, regnum hoc tu-
tur et defendit: Quamobrem quod salue sunt fortune mee
quod vita etiam singulorum meum est incolumis quod non omnia in
hostium potestatem ditionemque venerunt quorum alii nu-
mero, nonnulli robore, plerique calliditate, multi etiam scien-
tia rei militaris, longe nobis prestant ut eis humanis vi-
ribus resistere non posse videamur, cum prudentie, tum
precipue religioni, pietatique eius acceptum ferre debemus

Q uis est qui nesciat insignem illam contra Valachos vi-
ctoriam ante paucos annos divinitus magis eius M.ti fuisse
oblatam quam viribus aliquibus aut ope operaque humana
partam. Tam si prosequi licuisset, non ita magnam supe-
riore estate molestiam M.tas eius devorasset: minus malorum
in affecta etate hac sua vidisset: sed cum nervus belli defi-
ceret, hostis confirmatus atque erectus recreatusque in ditio-
nes M.tis eius incursione atque impetu facto, quo tempore
illa grauiore alia in Lituania belli contra Moschos gere-
di cura distinebatur, Podolie prouinciam ferro atque igni de-
populatus, tantam illi vastitatem intulit ut etiam nunc summa
in ea sit solitudo, deserta, inculta, relicta sunt omnia.
H anc sibi, hanc regno suo, hanc universo nomini Polono per-
ditissimum hostem iniuriam cum ignominia impositam ferendam
esse non rata M.tas regia, neque rebus in Lituania con-
stitutis, neque Induciis cum Mosco confectis, avida expetendi
de hoste supplicii, Comitia regni Cracovie edixit in quibus
de ulciscenda Valachi perfidia consilium iniretur neque ea
vel etas ingrauescens, vel pedis dolor, ex quo cum in viam
se dedisset, grauiter laborabat, quicquam retardavit quominus
Comitiorum diem obiret, adeo sua semper omnia pre reipub.

reipub^ae salute, incolumitate, utilitateq; duxit posteriora.

Ad Comicia cum venißet, nihil curae, diligenciae, et laboris pretermisit in consultando, una cum Senatoribus Regni terrarumq; Vnitis, quemadmodum Valachi facinus vindicari, provincia Pokuciae recuperari, regnoq; ad quod Jure pertinet, restitui posset.

Sed cum omnia fuisset Mtas eius periclitata, neq; intentatum quicquam reliquisset, atq; omnes machinas adhibuisset, quo racio aliqua inveniretur, qua deleri posset macula que fuit nomini Polono per Valachum aspersa ac documentum in eum statueretur eiusmodi, ut deinceps non solum ipse, qui nunc est eorum Satrapes, verum et posteri eius, a simili audacia improbitateq; deterrerentur atq; una regni, reiq; pub.^ce paci, quieti, et tranquillitati consuleretur: omnis conatus et labor Mtis eius in nihilum recidit. Siquidem fatali quadam calamitate accidit, ut cum plurima fuerint concessa illis in Comiciis, q; unquam antea ullis in aliis post hominum memoriam: neq; fere quicq; negatum praecipue quod ad publicum totius regni, non ad privatam quorundam rem pertineret: tamen neq; memoria benignitatis istius liberalitatisq; regiae: neq; metus ignominiae, quae genti meae inureretur, si tantum scelus per levissimum hostem patratum, inultum reliquißemus, tantum efficere potuerit, ut ad faciliorem aliquam defendendae patriae, hostisq; ulciscendi racionem consentiretur: ita ut cogeretur Mtas regia ad generalem expedicionem quod ultimum solet esse remedium, confugere, quam edicere Mti eius fuit necesse, cum alia non modo ulciscendi hostis, verum eciam propulsandae iniuriae, defendendiq; regni racio nulla restaret, neq; diffidebat Mtas eius quin ordo equester pro virtute sua, eam quam priscis regibus maiores solebant, ipse q^oq; eius Mti operam strenuam atq; utilem esset navaturus

Sciebat Aetas eius generosis animis eam vim inesse vt omnia
prius et facere et pati vellet, mortem etiam, si res ita postu:
laret oppetere potius quam vt vel sibi vel fratribus suis in:
iuriam factam contumeliamque sic abire permitterent, neque
de his a quibus graviter lesi essent, meritas poenas per:
sequerentur, praecipue vero Nobilissimo cuique eam insitam
esse virtutem, priuatam vt potius quam publicam ferret iniu:
riam, sicubi vero patriae res agerentur, pro ea tanquam com:
muni parente nullum adire periculum recusaret: summoque
studio hostes illius persequendi arderet. Quare in magnam
spem veniebat fore vt equester ordo maiorem suorum vir:
tutem imitatus ita vt Nobili loco natos facere oportet, nullos
labores, sumptus, pericula declinaret, dum patriae suae, fratri:
bus suis regi et domino suo, denique nomini Polono per con:
temptissimum hostem iniuriam tanto cum dedecore illatam, vin:
dicaret....

Verum pro dolor longe fefellit Aetatem eius spes et expectatio
de ordine suo equestri concepta, quem cum nullius rei magis
auidum esse quam laudis et gloriae existimasset, ita rem gerere
vidit, vt praeterquam quod ingentes patriae calamitates importabat
non solum non adderet quicquam ad nominis sui famam, verum
etiam plus illi detrimenti quam incrementi adferret, non sine
magno atque incredibili eorum dolore, qui non pauci tantam
istam ignominiae notam ordini huic inuri taciti gemebant.

Videre licebat in plerisque atque vtinam non in multis, corpora,
ora, vestitum, habitum Polonorum: facta autem Valachorum
vel Scytarum potius, vel si quid Scytis esse potest imma:
nius. Quod enim crudelitatis genus praetermissum est ab
nonnullis quo vel Valachi vel Scytae vti potuerint?
modo quod tecta aedium non sunt inflammata, caetera sunt
omnia eadem per quosdam ex meis designata, quae fuerit

crudelissimus atque immanissimus hostis patratur eius. Miseri Coloni non solum prophanorum verumetiam Sacerdotum Ecclesiasticorumque, qui et regii Coloni de omnibus fortunis suis sunt detrubati atque ita vexati spoliatique, ut quorum beneficio spiritum ducimus famemque propellimus, eorum ipsorum plerique fame sit atque inedia moriendum. Quae vero in captis Ciuitatibus fieri solent, sed non nisi in maxime Barbaris, virgines quoque dicuntur esse constupratae: Phana profanata violataque esse dicuntur, in quae effractis foribus quidam irruperunt atque omnia quae in his erant per summum scelus crudelitatemque diripuerunt.

Cum etiam a caedibus temperatum non est: neque solum de fere quidam, sed et Nobiles atque insignes viri sunt interfecti adeo ut si iustum commissum esset praelium, vix fuerint ita multi caesuri.

Iam quae acta sunt ad Leopolim, quis est cui cognitum et auditum non sit? ita res ibi geri visa est, ut sempiterna quaedam nox offusa reipublicae, resque plane ad interitum patriae spectare videretur: neque effici quicquam posset quod ad salutem illius pertineret.

In qua rerum perturbatione, cum esset Maiestas Regia, cumque se iam omni prorsus consilio destitutam videret atque ea spe vehementer frustratam, quam in ordine equestri positam et defixam habebat, irritosque cecidisse tantos conatus suos, ut iam spes esset omnis praecisa Vlaisceuchi Valachi atque prouinciam Pokucie ex illius manibus eripiendi et equester ordo, nullis precibus adduci potuit ut pedem ex regno efferret, nisi stipendium sibi esset numeratum: Regia autem Maiestas non ita fuit a pecunia parata ut stipendium id dare posset: cum aliud consilium nullum restaret coacta est Maiestas eius Exercitum dimittere, et suam quemque domum remittere. Nil eorum quae agebantur ad Leopolim Valachus ignorabat

atq; ideo ad pacis condiciones quas accepturus initio videba:
tur, descendere postea recusabat, eum, qui deinde consecutus est
rerum omnium euentum sperans, quin et literas scripsit quibus
vltro etiam Mtem regiam magna cum illius indignitate, lo:
cisq; nominis mei infamia quasi insultans ac irridens
ad pugnam prouocabat.

Qua re quantum dolorem hauserit Mtas regia, cui obscu:
rum esse potest qui modo excelsitatem animi illius perspectam
habet? Sed cum vanam esse intelligeret absq; viribus iram
seq; omni ope destitutam esse cerneret non solum sorbenda
rerum etiam concoquenda ei mala ista fuerunt.

Itaq; de vlciscenda, estate illa, hostis perfidia cogitacionem abi:
iecit: in eam duntaxat curam incubuit, vt prouideret ne ma:
iore aliqua grauioreq; iniuria, dedecore, ignominia, se atq;
eos, qui sue dicionis essent, Valachus afficeret, militem
Mercenarium scribi iussit, quem adiungeret iis copiis quas
antea in presidio Terrarum Russie, Podolieq; collocauerat
ad quas copias ere suo alendas, ingens es alienum contra:
here est coacta, cum plures ei iam q; sexaginta millibus
constet.

Exultauit gaudio Valachus simulatq; ad illum allatum est:
parturiuisse montes, natum esse ridiculum murem, insigne
illum Exercitum, ita splendidum, ita equis et armis decorum
ita rebus omnibus bello necessariis instructum, sibi nullo
magno vero nobis ipsis Colonisq; meis damno, maloq; dato
summa cum ignominia nominis mei Poloni fuisse dissipa:
tum. Magnam ex eo voluptatem percipiebat q; re ipsa
expertus esset vera fuisse que sibi renunciata erant, extra
fines regni nisi persoluto stipendio, vnguem quod aiunt
latum Equestrem ordinem non progressurum, Regiam aut
Mtem non ita abundare pecunia, vt tantum exercitum sti:
pendio alere posset. Creuerunt illi animi successibus istis:

istis: misit e vestigio Nuncios ad Scytas atque ad Moschos gloriatus quod est, tanto se terrori meo Exercitui fuisse, ut non solum non auderet in ditionem illius impetum facere, verum etiam timore perculsus turpiter se in fugam coniecerit, atque haud aliter quam si quisque esset insequutus domum quisque suam: relicta Maiestate regia summa cum festinatione reuerterit: neque dubium est quin hoc ipsum Turcarum quoque Imperatori aut per Nunctium, aut per literas significauerit.

Fertur etiam quasi ludos quosdam fecisse in primaria Ciuitate sua, aliisque in locis: subornasseque quosdam qui exprimerent personam Maiestatis regie, verbaque illius proferrent quibus ordinem meum ut incursionem in Valachiam faceret cohortatus est: atque rursus alios instruxisse, qui nomine totius Exercitus responderent, non se primus in Valachiam ingressuros, quod essent Iura et Priuilegia a Maiestate regia confirmata, quasi ea fuisset tanti Exercitus colligendi causa ut de confirmandis Iuribus per eum ageretur, et non ut manum cum hostibus consereret: aut quasi edito aliquo contra Valachos preclaro facinore, non multo magis licitum fuisset et honestum, ut tum pro Iure suo, cunctus equester ordo, si qua in re factum aliquid esset contra regni Constitutiones, id corrigi a Maiestate regia postularet, quod perspecta tanta illius parendi alacritate nunquam inducere animum potuisset, quicquam ut ei tam bene de se regnoque suo merito petenti negaret.

Aiunt preterea Scytas eum in societatem accinisse, qui iam pridem incursuri erant in fines Podolie, nisi de presidio in his per Maiestatem regiam collocato facti fuissent certiores. Ac magna quidem per Valachum ignominia nomini nostro est imposita, qui turpissima queque de nobis in vulgus spargit. Sed ea tamen facilius tollerari possent quaeque
quae

per vicinas nobis Christianas nationes de his quae ad Leopo:
lim acciderunt sunt vulgata, ea verò insigni quadam ma:
cula nomen nostrum Polonum afficiunt, quod et Regia Mtas
multis rebus à se foeliciter gestis clarius atque illustrius ef:
fecerat, et gens quoque ipsa mea, fide, fortitudine, rebus bellicis
virtutibusque ceteris nulli aliarum gentium secunda, quae:
admodum à maioribus suis quasi per manus accepit ita poste:
ris quoque aliquanto magis insigne relinquere semper est conata.

Quid sit autem regno huic, reique publicae expectandum post tot istos
rumores de gente mea disseminatos, quibus fama mea vehe:
menter laeditur, facile quivis pro sua prudentia perspicere
potest.

Certè Valachus multo iam factus elatior, posteaquam semel in
provincia Pokutiae pedem posuit, sensim eam occupare, atque
universam sibi vendicare conatur, illius possessionem obtinet
veteres Colonos qui sunt ditionis regiae Mtis submovet ac
ne aspirare quidem ad eam permittit: sed dominum illius
esse gloriatur: ad se iure haereditario pertinere dicit, quin
et Thurcorum Imperatori hoc ipsum nititur persuadere,
quae nisi vi atque armis de manibus illius erepta regnoque re:
stituta fuerit, actum esse videbitur de magna, de Nobili, de
fructuosa provincia, qua ammissa, quod deus omen obru:
at, totum tractum illum ammittemus inter Zidaczow et Stryi
qui Pokutiae provinciam attingit.

Quodsi namque Turcorum Imperatorem Valachiam occupare
contingat, id quod eum brevi facere constituisse plerique sunt
qui non dubitanter affirmant: quis erit, qui de possessione
provinciae Pokutiae semel acquisita eum depellere sit ausurus?
qui etiam postea latius serpere conaretur atque adeò (quod
malum deus à nobis procul avertat) in penitiora etiam
regni penetrare.

Praeterea Thartari, post multa bella, cladesque quibus se mutuis confecerant, redisse iam in gratiam et concordiam dicuntur qui proximo superiore autumno fuissent Podoliam depopulaturi nisi muneribus eos Mtas regia deliniisset, quibus tamen contineri non potuissent, nisi a presidio in oris illis posito sibi metuissent. Quodsi deductum ex illis locis fuerit, que sint ad fratres meos incommoda peruentura facile quiuis coniecturam perspicere poterit.

Nunc Mtas Regia neruo belli deficitur: neque habet unde stipendium militibus persoluere possit, cum quicquid erat pecunie, id omne hoc anno erogauerit: multis etiam alioqui et magnis sumptibus exhausta atque exinanita, utque non solum in Milites quorum delectum fecit, uerum et in munera ad alios, tum precipue Thartarorum Nuncijs nuper data, et in dotem Nepotibus ex duabus sororibus et in Nuptias, dotemque filie, et multas preterea alias in res necessarias, maiores quam credi queat impensas facere est coacta. Quam tamen nonnulli priuate magis quam publice rei studiosi magis etiam spoliare atque exinanire conantur quominus possit Regni, reique pub. necessitati succurrere Regiamque personam et dignitatem tueri.

Ad hec mala accedunt alia quoque, que et ipsa non sunt in minimis ponenda, quod et a Cruciferis, et a predonibus quos alit vicina nobis Slesia, non mediocria nobis pericula esse videntur pertimescenda.

De his omnibus malis atque periculis, que grauia regno huic impendere videmus propulsandis Mtas regia consilium inire cupiens, edixit magna regni Comitia Piotrcouie ad diem Epiphaniarum, ut de communi sententia omnium, tam Consiliariorum quam Nunciorum statuere posset, quanam potissimum ratione prouidendum sit, ne animo isto regnum hoc aliquid detrimenti accipiat.

Quare D. nes vras hortatur vt de cetu suo Nunctios ad ea Co:
micia designent, cum plena facultate, viros graues, pendentes
et quibus nihil aliud curę sit, q pax et tranquillitas, salus
et incolumitas regni, reiqz pub ce: qui vna cum Mte sua
vniuersoqz Regni Senatu id consulere, statuere, et ordinare,
sciant et possint, quod in seruandam in tantis discriminibus
labantem rempublicam, famamqz nominis mei pertinere
videbitur, nisi enim vnanimi voto et sentencia, sepositisqz
omnibus priuatis affectionibus et odiis, quę nocuerunt semper
et nocent omnibus rebus publicis, de firma et solida defensioe
nunc tandem consultum et statutum fuerit, verendum est, ne
hec tempestas, quę regnum Hungarię florentissimum et opu:
lentissimum his annis plurimum afflixit, breui iamiam ad
regnum hoc euertendum serpat et perueniat. Nam Regia
Mtas, quo ad cum dignitate sua poterit nihil est pretermissu:
ra eorum quę ad bonum et honestum regni et dominiorum
pertinere censuerit.

Credencia

Sigismundus dei grã Rex Polonię.

Vniuersis et singulis Prelatis, Proceribus, Consiliariis, et Offi:
cialibus ac ceteris ex Nobilitate subditis nostris in Conuentu
Belsensi congregatis: sincere et fidelibus dilectis: Salutem et
gratiam meam. Mittimus in medium Str vrarum Generosum
Joannem Gorski Notarium Belsensem fidelem dilectum. Cui
commisimus pntes reip ce necessitates et voluntatem meam de
illis eisdem S. vris referre. Quare hortamur illas: vt ei
plenam fidem adhibeant: idqz omni studio et diligencia exequi
curent, quod ad subueniendum reipub ce necessarium in tam
periculoso tempore fore putauerit, debitum ac officium suum et
nobis rem admodum gratam facturę. Quę bene valeant Crac
die XX a Octobr 1537 regni mei anno 31



Sigismundus Rex Poloniae
Generoso Joanni Corski Notario
Terrestri Belsen. fideli dilecto

Generose fidelis dilecte. Certiorem facimus Vestram F. quod constituimus Conventum generalem Regni nostri pro festo Sanctorum Trium Regum in Oppido nostro Piotrkow: quem de more particularis in Bels feria secunda ante festum Sancte Barbare proxima, generalis vero terrestris in Nova Civitate Corczin feria quinta ante festum Nativitatis domini precedet. Ad quem perspectam habentes fidem et diligentiam Vestre F.tis eandem Nuncium nostrum designavimus. Mandamusque illi ut ad dictum Conventum Belsensem tempore proficiscatur: et mandata nostra iuxta instructionem nostram quam ei cum literis fidei mittimus: in medio Conventus illius omni quo fieri poterit studio exponat: adnitaturque summa diligentia quo Nuncii Terrestres cum plena facultate ad Conventum generalem eligantur et mittantur. Id enim exigit summa difficultas et necessitas reipublice. Factura Vestra F.tas pro gratia nostra qua hanc operam eius rependere dignabimur. Datum Cracoviae XX Octobris Anno domini M° D° XXXVII° Regni nostri anno XXXI°

Sigismundus primus Rex Polonie
Lucę de Gorca Palatino Posnaniensi.

Pro eo amore quo Ill.mos generum nostrũ vxoremq3 illius filiam nostrã char.mã prosequimur cuperemus nos quidẽ illius Ill.tis voto et desiderio per S.tuam satisfieri. atq3 vt ad eum diem quo Neptis nrã sacro fonte tingenda est presentia sua honestaret potestatem illi facere. Sed cum non ignoret S.tua in quę tempora aetas ista nrã ingrauescens inciderit q̃ turbulenta quamq3 regno huic nr̃o reiq3 pub.cę periculosa facile intelligit. si vnquã antea nunc nobis opus esse maxime ijs Senatoribus qui et prudentia consilioq3 prestent et authoritate valeant. et fide sint erga nos non vulgari: Inter quos cum S.tua minime postremũ locum obtineat. cumq3 omniũ istarum rerum clara saepe magnaq3 documenta dederit nolemus eam in ista regni reiq3 pub.cę perturbatione longius a nobis abesse. Qui enim sunt alii senectutis nostre baculi quibus niti nos maxime nunc oporteat q̃ fideles et prudentes Consiliarii. quo in genere principem cum paucis locum S.tuam facile tueri perspectum habemus et exploratũ. Quam hortamur vt pro fide offitioq3 suo omni aliarum rerum cura cogitationeq3 postposita nihil nunc aliud meditetur q̃ qua ratione restingui possit incendiũ istud animorũ quod est nuper excitatum vtq3 et minora Comitia in Colo et maiora nobiscum obeat: ad quę ea omnia adferat quęcunq3 ad tranquillitatẽ regni nr̃i remq3 pub.cã statumq3 illius constituendũ putauerit pertinere. Ita et nostram sibi graciam ingentem demerebitur et ab optimo illo maximoq3 meritorum cuiusq3 aestimatore Deo ea feret premia quę sunt his proposita amplissima qui erga principem dominũq3 suũ fide fuerint et obseruantia singulari.

Quod nobis de parta contra Valachos vt non maxima ita neq3 contemnenda certe victoria tanta cum letitia gratulatur. in eo quoq3 agnoscimus ne antea quidem nobis incognitũ studiũ S.tuę erga nos non mediocre fuitq3 nobis id gratissimũ.

Ceterum quę scribit de supplemento militibus mittendo sumus ad eam rem voluntate magis prompti qz facultate parati. Tanta enim ex rei numarię difficultate laboramus, prěclare vt nobiscum actum simus existimaturi, si quas in Podolia nunc alimus copias eas per hanc hiemem liceat retinere. Bene valeat S. Ina.

Conuentus Regni generalis ad diem Sanctorum Trium Regum in Petrcow habitus Anno 1538

Quemquidem Conuentus, quomodo actus sit, quid in eo constitutum, qui denique eo anno Regni status fuerit, visum est summatim hic recolligere, quae ut apertius cognoscantur, acta anni superioris attingere necessario oportet. In Comiciis siquidem Anni preteriti 1537 Cracoviae habitis, et sine conclusione solutis, deinde in Exercitu et in Castris ad Leopolim, ubi cunctus equester ordo regni conuenerat, graues atque acerbas querelas, contenciones, odia, et clamores, vrate Nobilitatis aduersus Regem Sigismundum primum, ac aduersus Senatum, Consiliariosque satis constat fuisse factos, Qui tamen inde orti fuere: quod Rex ipse, partim suadentibus, instantibusque iisdem Consiliariis, partim etiam non obsistentibus, multa aduersum leges regni et immunitates Nobilitatis visus sit admisisse: libertatemque equestris ordinis non leniter imminuisse, Cuius oppresse, tantus tum dolor ordinem equestrem occuparat, tantus ardor illius recuperandae studia populi accenderat, et plane in furorem egerat, ut nisi Deus opt. Max. singulari suo beneficio, malum illud quod impendebat auertisset, trucidatus tum fuisset in Castris illis ad Leopolim uniuersus ordo Senatorius: resque eo vergebat, ut regi obedientia a subditis denegaretur. Rex cernens animos populi obstinatos, neque plebi furenti concedere quicquam volens, bello illo in Valachos obmisso, et Castris solutis, plebem illam furentem domum decedere permisit, odio illo, furoreque in animis subditorum remanente. Quo quidem odio, iraque non extincta

animisqz exulceratis, pars vtraqz hoc est equester ordo et Se:
natorius: ad hec que scribo Comitia Piotrcouiensia conuenit.
Que varia contentione acta sunt, eo q Senatorius ordo,
cum Rege vincere laborabant non pauci contra ex eodem Se:
natu plebi fauentes homines populares, Nuncios ab equestri
ordine ad ipsa Comitia missos, satis alioqui per se turbulen:
tos, ad seditiosa ac turbulenta consilia, clam concitabant.

Primo itaqz consultandi consessu, qui XVIIJ Januarii habitus
est, scissio inter ipsos Nuncios Nobilitatis subito exorta est.
Cuius tamen Consiliarij ipsi, causam prebuerunt, Siquidem
in Conuentibus particularibus, qui in singulis Palatinatibus
Comitia magna precesserunt, pleriqz Senatorii viri, eque:
stri ordini infensi, Regina suggerente, Rege conniuente,
elegerunt seorsum alios Nunctios suos, partim vasallos ac
seruitores suos, partim amicos, cupiditatis auaritiaeqz sue
ministros. Equester etiam ordo alios contra Legatos, pro more
vetusto de medio sui elegit. Dupplicatus itaqz Legatorum
numerus, et iidem inter se odiis estuans ac dissentiens, no:
no modo, ad hec Comitia generalia, ex omnibus fere Palati:
natibus Piotrcouiam conuenit.

Cum itaqz hec discordantium Legatorum turba, simul ad vnum
et communem publici Consilii locum et consessum conuenisset,
hij qui ab equestri ordine Legati venerant, vna esse et con:
sultare simul cum Senatorum Nunctiis nolebant, eo q res
illis esset inusitata, ac suspicionis plena, et q superuacanea
videretur Nunctiorum à Consiliarijs Legatio quandoquidem
Consiliarii ipsi, qui eos legauerant, presentes in Conuentu ade:
ssent, se vero legittima Legatione fungi dicebant, cum
ab absente equestri ordine missi fuerint, quandoquidem vni:
uersus ordo equester interesse Comicijs non poterat.

Cum itaqz contentio hec, satis diu partes vtrasqz tenuisset

nec alteri, altera concedere vellet, Rex edicto suo mandavit, ut partis utriusque Legati simul in commune consulerent. Huic edicto regio, Legati equestris ordinis non omnium Palatinatuum, sed Terrarum duntaxat, Posnaniensis, Calissien, Lanciciensis, Cracoviensis, et Sandomiriensis non sunt obsecuti: et cum gravi animorum offensione ex Conventu domum abierunt, dura quedam Legatis Consiliariorum minitantes: si quid auderent in eo Conventu decernere: id eos supplicio capitis apud communem Nobilitatem, cum ad domum redirent, luituros.

Post discessum itaque Universorum Nobilitatis, Legati illi Consiliariorum, hac interminatione perterriti, cum quid facerent, addubitabant, presertim cum viderent Consiliarios divisos, ac mutuis odiis estuantes, varieque ac turbulenter de republica consultare. Pars siquidem Consiliariorum, que plebi favebat, omnia in consilio dicta, Nunciis plebis prodebat, per quos res et negotia omnia turbabantur: sic ut quod una die in Senatu constitutum esset, id nocte proxima infectum die sequenti irritum fieret. Nec tamen huic obstinatie Nunciorum plebis, Rex concedere quicquam voluit.

Ad hanc offensionem animorum Nunciorum plebis, accessit nova alia exacerbatio. Martinus Zborowski Pincerna Curie regie, qui tunc à Nobilitate Terre Cracoviensis Nuncius missus erat, instante regina, officio Pincernatus Curie est privatus: atque à Mensa Regia, et ab obsequiis regiis est repulsus. Causa ea pretendebatur, tanquam ille, seditionem popularem in Castris ad Leopolim concitasset, multaque irreverenter ac contumeliose contra Regem, contra Reginam et Consiliarios dixisset. Sed et Joannes Tassigki Index terre Cracoviensis, Plasa item, Dembienski, morski Kosciein, ad Iudicium huius Conventus, ob hanc eandem excitate sedicionis Castrensis causam, citati fuerant.

Praeterea Nicolaus Russozki, Castellanus Biechomensis et Rauensis Capitaneus, pro homicidio ac pro nece Thome Lubranski, Castellani Brzestensis, ad hoc etiam totius Conuentus Iudicium, citatus ex officio regio erat, cum amicis complicibus et adiutoribus patrati homicidii, quorum tunc crudelissima supplicia sperabantur. eo quod graues accusationes et Iudicium Caesareum nouum in eos adornabatur, qui eum ipsum Thomam Lubranski, virum Senatorium, et Legatum Regium, cum publica Legatione ad Conuentus maioris Poloniae euntem in libera via violare, necareque ausus fuit. De ijs rebus inferius vberius dicetur.

Hiis itaque rebus, non modo Legati plebis: verum etiam plurimi Senatores, et famuli ac serui dominorum, Vniuersus denique populus, qui in hiis Comicijs aderant, et caeteri qui ad Iudicia cum causis conuenerant, maiorem in modum offensi fuere, et insolitam hanc in rege seueritatem accusabant. Interea Rex cum Consiliarijs sanioris mentis, qui partes regis secuti sunt, eo Comicia dirigebat, vt qui remanserant reliquarum Terrarum Nuncij ad Tributum publicum consentirent. At hij agere de tributo conferendo nihil voluerunt, donec Rex primis postulatis equestris ordinis annueret.

Postulata vero ea fuere, quae et in Comicijs Crac: 1537 et in Castris ad Leopolim Nobilitas a Rege flagitabat quae omnia, in capite huius libri, et paulo inferius sunt copiose perscripta.

Dum itaque Nuncij equestres, exigerent haec et alia pleraque a rege, quae ipsi Regi, quae Reginae, quae Senatorio ordini, damnosa, contumeliosaque videbantur, Rex contra cum sua parte, primatis commodis cum studerent, nec quicquam ordini equestri tribuere vellent, eo tum res processisse videbatur, vt Comicia ipsa sine vlla conclusione tempore

periculosissimo dissolui necesse foret, si non tristis ac lugubris
Nunctius de irruptione in Podoliam Valachorum, de cede
militum ad Seret meorum allatus ~~allatus~~, promissisque à rege
nonnullis Nunctiis, legatus publica contentionem illam
pertinacem inter regem et Nunctios, dirimissent. honores
itaque illi distributi, et clades, ac Russia recens depopula:
ta Senatum tandem et regem cum Nunctijs Terrarum
à dissidiis illis in concordiam et unanimitatem coegere.
et Rex facilior factus, postulatis Nunciorum annuit,
quorum tamen pleraque promissa tantum, non tamen exe:
cuta fuere, et equester ordo Tributum vicissim pro scri:
bendo exercitu ad ulciscendum Valachum Regi obtulit.
Primi omnium Podolite, et Russite, quorum res agebatur,
qui ad fumantes adhuc villas et Castella, ac ad suos li:
berandos, redire domum festinabant: Masovite item omnes
obtulerunt ex quolibet Laneo grossos viginti quattuor.
aliarum vero Terrarum Nuncij, xviij grossos dumta:
xat offerebant. Qui visa postmodum periculi magnitudine,
ad quod propulsandum, hostemque ulciscendum, iusto exercitu
opus esse cernebant, assenserunt ad Tributum 24 grossorum
eius Contributionis litere universales, sunt paulo inferius
posite.

Que autem tunc Rex Nunctiis et ordini equestri concesse:
rit, hec in Constitutionibus infrascriptis clare perscripta
sunt. Similiter quomodo clades, et quanta et cuius culpa
acciderit: quo item modo, ultio de Valacho sumpta sit
quantus contra illum Exercitus ductus sit, qui eventus
belli huius, et quam nobis utilis, id in sequentibus patebit.

Redeo iam ad negotium Nicolai Russoczki, qui de nece
Thome Lubranski, homicidii reus cum suis complicibus, vigt
Swinezki, Liskowski, Casnowski, Zwoslawski, ad Iudi:
cium regium et totius Conventus Citatus fuit. is metuens

inusitati Judicii quod adornabatur nimiam severitatem,
quam rumor popularis augebat, supplex oravit regem, ne
novo iudicio, sed secundum Leges in usu habitas, iudicium
de se suisque fieret. Verum cum clementiae signa nulla vi:
deret, primusque dies ei dicta venisset, capto cum nonnullis
Consiliariis et Nunciis Terrestribus consilio, ex Petrkow
discessit, meliora, salutariaque consilia sibi quaesiturus.

Interea dum ille abest, familiares ac servitores eius complices
facinoris suprascripti, quod non comparuerunt in Judicio, ban:
niti sunt et proscripti et praemium qui vel vivos captivarit
vel capita occisorum attulerit propositum. Quintus ex
citatorum numero Bacan comparuit, is decreto missuque
regis, captus, et potestati Civium Piotrcoviensium punien:
dus traditus, Sextus Glowienski, liber ac incolumis di:
missus, eo quod pares accusans, mota religione conscientiae, non
ausa est reum illum facinoris peragere. Non enim fuerit,
nec ne, circa caedem, accusatori satis constabat. Reliqui
etiam quod pares etiam accusans, similiter addubitabat, fuerit,
nec ne, caedis adiutores, neque reos illos peragere pergebat.
fide publica obstricti fuerunt, adsistendum se coram rege
Et interea temporis, accusatores certius de his investigare
missi sunt.

Pleriqe ex Senatu nolentes ei iudicio interesse hii praesertim
qui affinitate ac amicitia Brechowskio iuncti sunt Petrus
Kmita Palatinus Crac., Stanislaus Laski Palatinus Sy:
radiensis, Palatinus Ravensis, Nicolaus Wolski Mag.
Curiae regni etiam non expectato Comitiorum fine ex
Piotrkow discesserunt. Russoczki vero, missa ex itinere
ad Nuncios equestres Epistola, rogavit ut obsisterent
ne novo more Judicium de illo fieret, cuius Epistolae exem:
plum infrascriptum est. Productusque Brechowskio fuit ter:
minus ad sistendum iudicio, dies xii Marcii: quo ultra

fuit Conniaczin in qua lese Matis crimine statuto quodam in vsu non habito damnatus est. quod saliat Consiliarium Senato: remque eundemque Legatum regium munus Legationis publice obeuntem occidendo crimen lese Matis patrarit.

Ad poenas sic processum est. Capitaneatu Rauen priuatus est: Castellanatu Brechomien non est mulctatus honoreque ac fama sua salua illi relicta est: sed Jus ac potestatem vite necisque Rex arbitrio suo reseruauit. Coeterum fi: dei Sacramento ligatus sistendi sese in Arce Mariembur: gen coram illius loci capitaneo ad diem xiiij post festa Paschatis ad arbitrium regis illic permansurus nec vllis amicorum consilijs: aut intercessionibus dominorum vsu: rus, comparens ad diem constitutam, est detentus et menses xiiij in foedo Castri Carcere duriter habitus, viuus postea ac liber saluo honore dimissus, Vilnam ad Regem venit, culpe veniam deprecaturus, qua impetrata, cum amicis eci: si in gratiam tam cito redire non poterat, eo quod negocium de bonis pro quibus hec hostilitas suscepta fuit, iuridice cito finiri non potuit.

Swinieczki in Hungariam profugiens merore illic est mor: tuus. Reliqui qui proscripti fuere, triennio exacto veniam à rege deprecantibus Consiliarijs impetrarunt.

Exemplum epistolae Russoczki ad Nunctios Terrarum

Mogi mili panowie bracia moij à przyiaciele laskawi: gdisz ktemu przisło, zem wasszich Mci sam niemogl poze: gnacz, wasszei Mci się tim listhem zalieczam niebesprzi: czimim to czinil, izem zradami s Pany ià sprzyiaciolij ku wasszei Mci chodzil, abiscie bili iako bracia swa na: pominyli abiscie v. Mcz strzegli tego, abi staradawne Coronne zwiczaine prawa, bilij wczalosczi zachowane,

A na nowe zudzoziemskie, a nie nawiadome prawa nie:
przizwaliali. Tho iuß W. Mcz obaczicie iako macze
iako onegda sdobremi ludzmi postampiono, a kazano na:
mie, a na potcziwoszi, y nagardla ych, przeczziwko pra:
wom Starim dowodzie, Jako to benda braczia od W Mci
przijmowacz to obaczicie rozumi swemi. A gdiss iuß pan
nasß Mawi ktemu Statutowi przirwiedzion, ktori nigdi
niebil vziwan, a przes Posli przizwolion, any tesß obwo:
lan, mam baczie, yßß to nam bendzie wienczei sßkodzilo,
nissbi nas nieprzyiaciel ogmem y mieczem pokazil, Wissh:
sseez przet tim Castellany wdomiech ich zabyiano, y
domy wiburzano, iako panu Rawskiemu sie stalo, y
ynim, go niewsth taiemno W. M. a wsßakosch to
nowimi prawy niebilo sandzono, kym sie to dziwie, iß
na to Pan nasß przirwiedzion, tego sie pami boze zall
Gdzie ia tessch, iako ten ktori sie wedlie przirodzenia
tak okruthnei kasny boie: sslukalem sna pokorneisshimi
y splaczliwimi prozbamy swemi, milosierdzia W. K. Mci
odstempiane obron, dawalem sie wlaske W. K. Mci
alie issch przes ten czas, ani ia, ani przyiacielie moyy
niemoglismy nammeissego znaku a nadzieie milosier:
dzia posnac, a widzancz iss to niektorzi panowie milo:
sniczi wolnoszi nassich stand odiezdzaie, tak iss to
ich iedno ztrzezei z Woiewod zostanie: aiss potrzebno
mi sie zdalo y pozitezno, abich zdiessko vczinwsschy
chorenu zdrowiu swemu abich stand odiechall, a so:
bie drugich przicziyn sslukal, iakobich v pana swego
laske wpokorse przeznaliasl. A tak tesß tym listhem
W M iako braciei a przyiaciol swich laskawich po:
korne prossche abisie sie ku W. K. Mci przicinili
azaby W. K. Mcz ten rok moy, y inich, ktorzi prze:
cziwko prawu staremu Coronnemu a obiczaiewi sa:
dzeni sa:

raczil odlozicz do inich à zupelnieisszich Rad swoich, i tich kto:
rzi precz poiechali, wczim niewatpię, isch W. Mcz. marzei
mieraczicie uczinicz, iako panowie à braczia mogi laskavi,
ktorim ia to chczę, i sthimi dobremi ludzmi zaslugowacz
Do tego czassu, laskawei się przuiazni W. Mci zaliczam
Dan z Syczowa przed Miessopusthy 1538

Odiorum hostilitatisq[ue] origo, inter Russoczki, et Lubranski
hunc ortum habuit. Joannes Lubranski Ep[iscop]us Posnaniensis
de familia Godziambarum, cupidus in posterum claritudinis
ac memoriæ domus suæ, ordinacionem de patrimonio suo,
fratrumq[ue] suorum, fecerat, fratribus ipsis assencientibus
Rege etiam literis suis comprobante, vt filiæ eorum à
successione huius patrimonij essent exclusæ. Masculi dun:
taxat filii eorum, eiusdem patrimonij hæredes essent:
et perpetuo succederent. His autem eorumq[ue] deficientibus
filiis masculis, ceteri ex hac familia Godziambitæ ma:
sculi, in bona Ludbrantiorum succederent. Magnus amator
erat Ep[iscop]us hic Godziambitorum et largus erat in illos.

Huic Ep[iscop]o, duo germani fratres fuere, quorum alter genuit
filium vnicum Thomam, vultu quidem formosum, cæterum
scortatorem, ebriosum, petulantem, erubescere nescientem,
elatum. Alter verò frater Palatinus Posnaniensis,
Gardzina dictus, genuit filias tres, filium vnu[m].
Filiæ nupserant altera Nicolao Russoczki Castellano Bie:
chominensi, Altera nupsit Swinieczki. Tercia verò
Hic filius Gardzine, accepit sibi vxorem Annam
ex domo Czarnkow, Qua non cognita (erat enim impo:
tens, et potator maximus) sterraliter est mortuus. Hanc
Annam viduam fr[atr]is patruelis vxorem, frater Thomas

Conjugio sibi copulavit (virgo ea adhuc erat) et bona omnia fris sterilliter defuncti, vigore ordinacionis accepit Quam tamen ordinacionem, cuncti regnicole, invalidā esse, et Juri communi contrariam, dicebant. Et sorores cum caris maritis, cum successionem petitam à Thoma nō obtinerent, lite inde orta, et per longa Judicia ducta, rixę ac odia enata fuere. Cumqz Thomas ipse liberiore ac maledica lingua Russocium prosrinderet, et in conspectu regis à tergo superveniens cubito per contemptū protenderet, antestaretqz, Russocius tum vir militaris, animosus, ac ferox, hostem se ei capitalem, coram professus est, et ad occidendum semper intentus fuit. Occiditqz cito post, cum Thomas ipse Lubranski è Cracovia in magnam Poloniā ad Conventus Terrarū illarū in Legatione publicā iret Russocius eum assecutus ad Oppidum oscitantem ac securū, occidit. moxqz furore in misericordiam verso, occisum flevit, ac doluit, et examinatum in Currum, quo per viam vehebatur impositum, ad Oppidum illud vicinū deduxit ac dereliquit

Occidit XII Maij 15

Incidit Thomashek in melampigum

Sic Cps Nepoti, mortis causa fuit. Sic Russocius ultus est superbiam inimici. Poterat Russocius, ut tunc homines dicebant, clementius puniri: si non regina et dominus de Tharnow Castellanus Crac, causam occisi, quem virum inconsulta quadā benevolentia, prosecuti sunt, vindicandam suscepissēt. quem propter improbā adolescentiam & temeraria facta, odio potius dignū iudicabant.

De Zborowski

Martinus Zborowski, duum Priceernatū à rege habebat alterum Curie Regiæ, alterum terre Cracoviensis

homo maxime popularis ac turbulentus, is et in Curia Regis domini sui, et domi inter Nobilitatem agens, ad conciliandos sibi hominum animos, largitione utebatur. Quae res Regi, sed reginae magis suspecta cum esset, non parvam ei invidiam apud ipsam Reginam conflavit, idque eo magis quod ad eum populi favorem, opibus etiam ac divitiis pollebat. Qui cum in preteriti anni 1537 Comicijs Cracoviensibus, postea in Exercitu Castrisque ad Leopolim hoc eodem anno, pro iure ac libertate equestris ordinis, contra potentiam Regiam, contra libidinem, avaritiamque Consiliariorum, multa acerrime ac magno animo dixisset ex eo tempore maiorem quam antea apud populum haberi ceptus est. Ab universo itaque ordine equestri Terrae Cracovien, designatus fuit Nuncius una cum Joanne Thassiczki Iudice Cracoviensi ad anni huius 1538 Comicia Piotrcoviensia. Is Zborowski Legationis munus sibi demandatum obitruens, cum fastu quodam cum Tympanis et Tubicinibus, venit Piotrcoviam ad ipsa Comicia una cum fratre suo germano Petro Zborowski Castellano Malogostien, qui etiam a Nobilitate Terrae Sandomirien missus erat Legatus. Quos tanquam duos antesignanos comitati sunt plurimi alij Nuncij ex Terra Cracovien et Sandomirien. Sed post decretum Regium ut supra memoratum est, abeuntibus a Comicijs, cum alijs aliarum Terrarum Nuncijs, tum etiam collegis suis, solus Martinus Zborowski, posito Legationis munere, veluti Pincerna Curiae ac servitor Regius in Piotrcovia in Curia regia substitit non solum officio suo Pocillatorio fungens, sed subministrabat occulte oportuna consilia reliquis qui remanserant et consultabant Terrarum Nuncijs, contra Regiam et Senatorum potentiam, quae ad minimendum equestris ordinis Ius ac libertatem

adornari putabatur, Cumque spes nulla Regi Senatuique
superesset Comitiorum ex sententia conficiendorum: puta
scilicet in Curia sua Martino ipso Zborowski Rex
suadente Regina, suadente etiam Joanne de Tharnow
Castellano Crac. Exercitum Regni Capitaneo, cum no:
nullis bene sentientibus Consiliarijs, ab obsequijs suis,
et à Curia illum remouit: et sponsionis Sacramento fi:
deque publica sistendi se regi cum vocaretur, obstrictum,
Curia abire iussit. Hunc enim fide obstringeretur, dicere
pro se, coram Rege, et Senatu conatum, frater eius Petrus
Zborowski Castellanus Malogostensis, prohibuit, ne ex ani:
mi offensione et recenti dolore, acerbitate verborum Re:
gem plus in se exasperaret. Petrus itaque Zborowski
vir in dicendo lenis ac copiosus, leni ac submissa oratione
pro fratre Martino contra accusationes obiectas de sedi:
tione in Castris ad Leopolim, de turbatis Comitijs re:
spondit, et longa ac diserta oratione illum defendit.
Quae tamen defensio licet visa sit non iniqua, tamen
inutilis fratri eius Martino fuit. Ambo itaque hij fratres
Martinus et Petrus Zborowski dies aliquot in Piotr:
kovo commorati, actis singulorum dierum conuiuijs, disces:
serunt, et Nuncios illos qui paulò ante post Decretum
Regium, ex Piotrcovo abierunt, secuti sunt, relictis
tamen ac subministratis consilijs, his, qui cum Rege
et Senatu consulebant Nuncijs. Discedentes autem nulla
doloris animique tristioris signa praeseferebant.

Eiusdem criminis etiam Tasszycki Iudex Cracoviensis,
Plaza, Dembienski, Mozki, Koscien, ad Iudicium
Regis et totius Conuentus citati fuerunt: scilicet quod vni:
uerso equestri ordini, in Castris ac in Exercitu ad
Leopolim, qui ex omnibus terris Regni illuc conue:
nerat, autores fuerunt Conuenticulorum et conspirationum

permaosarum regno, in quibus per seditionem popularem plu:
rima fuerunt in Reges patrem et eius filium, in regiam
in Consiliarios, contumeliose dicta, contraque potentiam
Regiam tanquam fines legum et Iurium suorum excederet: et
ad obedientiam Regi denegandam, plurima furiose acta.
quodque equester ordo ex eorum persuasionibus contumax fa:
ctus ad Valachum hostem regni vlciscendum, progredi
in hostem noluerit: quod denique multis presidiis in finibus
Valachie relictis Regem suum fugientium more in
Castris deseruerint. et nisi Rex post dilapsum illud exer:
citum ere suo priuato, iustum stipendiariorum exercitum in
Confinijs Valachorum tenuisset, grauem aliquam cladē
ac ruinam regnum tunc accepisset. Qua re, non modo re:
giam, sed vniuersi regni dignitatem ignominia affectam
lesamque esse Maiestatem. Unde reos illos Lese Maiestatis esse. Ad
diem itaque eis dictam Piotrcouiam sub finem Comiciorum
trecentis prope equitibus comitati venerunt, et in Se:
natum vbi Rex cum consilio assidebat ingressi, ad
accusationem Magnifici Joannis de Tarnowo Castellani Crac
Campiductoris regni, oratione modesta se excusarunt
nihil se nec in Comicijs, nec in Castris neque dixisse
neque egisse: ad contumeliam ac indignitatem regie
Maiestatis, nec aliquid in detrimentum publice rei molitos:
sed que iusta ac debita equestri ordini regnoque ac
reipublice necessaria salutariaque fuerant, summa et
concordi totius equestris ordinis voluntate, ab illius
regia Maiestate Senatuque postulasse, rogare ne Maiestas eius
regia, offenso id ferat animo: neue grauius aliquid in
eos statuat. Rex vti clemens dominus, et nature
sue indulgens, et cauens, ne si quid tum acerbius in eos
statuisset, motus aliquis, et consilii publici confusio circa
conclusionem Conuentus oriretur, Iudicium tunc de eis

non instituit, sed fide publica obligatos, ad sistendum se cum vocarentur, missos fecit, Quos postea temporis progressu, cau: saque frigescente, deprecantibus etiam nonnullis Consiliariis ab ea Sacramenti sponsione manumisit, et culpam crimenque condonauit. Solus Martinus Zborowski hac sponsione li: beratus non fuit, in qua toto post triennio fermentatus est. Ferebatur fuisse nonnulli viri Senatorii, qui Regi tunc consilia sanguinolenta ad necem Martini Zborowski sub: ministrarent, Sed Rex hijsce consilijs, flecti se ad seueritatem non est passus.

Haec et reliqua huius Tragediae, in actis sequentis Conuentus Cracouiensis 1538 folio cognosces.

Delata etiam erat ab equestri ordine ad haec Comitia publica querela, de acerba in crebris locis Theloneorum exactio: ne. Citati itaque ad ea Comitia fere omnes quicunque in suis possessionibus Thelonea ipsa exigerent, vt Priuilegia et Donationem huiusmodi Theloneorum exhiberent, que: admodum ea de re infra in Constitucionibus et Decretis hu: ius Conuentus est perscriptum. Verum causa haec pro: pter multitudinem negociorum cum finiri expedirique tunc non potuerit, ad futura Comitia reiecta, et postea ne: glecta fuit.

Cortisani Poloni, edicto Regio, bisque ad Papam missis Ro: ma excedere, et in patriam redire iussi, eo quod plerique illo: rum, flagiciosi illic viuentes, factis improbis, nomen Polonorum dehonestabant, et presbiteros quietos pro Sacer: dotiis Romam euocatos, litibus inuoluebant, fortunis eos

exercebant. Facta fuit constitutio in eos, ut si intra praefinitum tempus non redirent, poena proscriptionis punirentur.

Scholares etiam Poloni ex Witembergâ, ubi per Luterum et Melanctonem haeresiarchas, nefanda haeresis publice docebatur, edicto publico illuc misso, excedere iussi, vetitumque ne aliqui literarum gratia illo se conferrent, alioqui censentur inhabiles ad omnia officia tam Ecclesiastica quam secularia, et bona talium confiscationi subiacerent.

Via etiam Mercatoribus Polonis in Slesiam, Moraviam, Ungariam publico Decreto occlusa. Permissum est tamen Slesitis Moravis, Ungaris negociandi gratia in Poloniam venire.

Inhibitum etiam, ne milites Poloni usque e Regno, ad externam miliciam se conferrent. Hoc est ne contra Thurcos militaret, ne Thurcus ea re offensus, foedus violatum per nos queri posset. Haec et caetera plurima scripta sunt inferius in Constitucionibus huius Conventus.

Legatio ad Caesarem Thurcorum decreta, et in diebus sequentis Mensis Iunij missa. Quam Erasmus de Kretkow Palatinides, Castellanus Brzestensis obiuit, est inferius descripta folio   Ea Legatio pessimo consilio decreta fuit: Nam ea Legatione Thurcus excitus festinavit in Valachiam venire, quam eo anno totam dicionis suae effecit: ne Rex in occupanda ea Thurcum preveniret. Et Legatus ipse dominus Erasmus in periculo fuit: parum abfuit: quin palo transfixus fuerit. Turcus enim fidem eius Legationi non adhibuit. Et non permissus fuit aliter quam simul cum Exercitu Thurcico in Valachiam venire, domumque redire.

Priusqz agi ceptus esset is Conuentus Piotrcouiensis, Epatus Cuiauiensis, morte Joannis Carnkowski Epi vacabat. Lucas de Gorka Palatinus Posnaniensis, de familia Nauitarum, vir, et in Statu adhuc Seculari, magne autoritatis, homo diues, habendi cupidus Epatum hunc à Rege petiit, et effectus est Eps, cum ingenti hominum admiratione. Ea mutatione sui status in extrema ferè senectute sua, cunctorum animos à se se alienauit, et ex magna illa autoritate gratiaqz exosum contemptibilemqz se reddidit, qui antea par magnis ducibus reputabatur, et cum summa veneratione à cunctis colebatur. Rex, Regina suadente Epatum hunc ei non inuitus dedit, cum propter alias certas causas, tum verò, ne idem Lucas, pro ea potencia qua apud plebem et optimates valuit plurimum, negocia Conuentus, per Nuncios Nobilitatis, ob denegatum ei Epatum perturbaret ac infirmaret: precipue verò vt Lucę potenciam infirmaret, quę regi reginęqz (Regnum is affectasse dicebatur) et odiosa et suspecta erat. Etenim Lucas ipse, per longi temporis spacium honore ac Magistratu Castellanatus Posnaniensis fungebatur, et simul erat generalis magnę Polonię Capitaneus. Nactus postea Palatinatum Posnanien., Castellaniam vna cum ipso Capitaneatu Andree filio suo resignauit, domino Petro Tomicio Epo petente et à rege impetrante. Itaqz penes patrem et filium, qui etiam diuicijs cum vxore acceptis, multum pollebat, summa vt dictum est autoritas ac potencia in magna Polonia erat. Eam Rex imminuere volens, patrem à filio distrahere lubens voluit. Dato ei Cuiauiensi hoc Epatu.

Durum Lucę videbatur distrahi à filio, presertim oblata spe atqz occasione vite ei in Posnania degende et dominatus in illa regni parte continuandi. Accidit enim sub id tempus quo Comicia ipsa inchoata fuerant, quod Joannes ex Ducibus Litu-

Epus Posnaniensis moreretur, Lucas ipse Pontifex Cuiaviensis designatus decreuerat relicto Cuiauiensi, Posnaniensem Epatum petere vt eo commodius Epatum Posnaniensem, et bona sui patrimonij administraret, et quasi domi sue in qua natus est, vna cum Andrea filio agens, suam filijq potenciam confirmaret, roboraretq verum ab homine sibi amicissimo, Joanne Choienski Epo tunc Cracouien Regni Cancellario dissuasus, Epatum Posnanien petere destitit. Nam et repulsam tulisset, et manifesta fedaq auaricie sue signa dedisset, et pluris diuicias ac pompam mundi, q maioris Epatus honorem fecisse diceretur. At non ita multo post, alia noua occasio, cupiditatem Luce, auariciamq incitauit, Epatus scilicet vacans Cracouiensis et loco et opibus cumulatior. Mortuus tunc fuit Piotrcouie, vltimo conclusionis die Comiciorum egrotare incipiens optimus ac magnanimus vir et Sapientissimus Senator Joannes Choienski Eps Cracouien Regni Cancellarius, in cuius Epatum Lucas succedere laborabat. At optatum non tulit. Nam Petro Gamrato, Epatus Cracouien datus fuit. Post tot tamen repulsas, ambicio certa Luce conquiescere non potuit, cuius cupiditatem noua iterum atq iterum extimulabat occasio. Sede etenim Gnesnien 1540 paulo post, ex morte Joannis Latalski Archiepi vacante, qui primus etate mea pessimo exemplo ceteris relicto. Epatus mercari ceperat Lucas ipse Archiepatum a Rege petiit, putans primatum hunc etati meritisq suis deberi. Qui videns Gamratum hominem vanum, ventri ac veneri deditum, nihil de resp. meritum, preferri sibi in Archiepatu, iniquo ac offenso tulit animo, idq eo magis q Gamratus binos simul Epatus Crac: et Archiepatum Gnesnen potiebatur: Regina Bona hec procurante, tum ne potencia Luce cresceret: tum vt Gamratus, ad summos gradus et opes elatus, omnia ad

X

Epatus Posnan. datus Stan. Olesnizki

Regina posset, et pro libitu versaret omnia: prout ver:
savit etc. Lucas ascendere altius nequivit. Qui toto
quinquennio, quo Ep[iscopatu]m munus gessit, viso nonnisi semel
Epatu suo Cuiaviensi, omne illud tempus in urbe Posna:
nien[si], et in possessionibus urbi vicinis commoratus, inter:
dum verbu[m] dei Monialibus ac vetulis frigide ac insul:
se predicans, ocioq[ue] deditus, ab hominibus neglectus:
mortuus est Anno. 1542

Nullo alio preter Mansionaria[m] in Ecc[lesi]a Wladislavien[si],
opere memorabili post se relicto. Wladislavie sepul:
tus

Clades cedesq[ue] nostrorum militum, Russieq[ue] depopulatio intra Comicia facta, unde nata sint.

Rothmagistri Prefectiq[ue] cohortium nostrarum, que per hie:
mis tempus, post discessum Regis a Leopoli, et post solutu[m]
illum frequentem exercitum, in confinijs Valachie pro
presidio collocate erant, Prefecti inquam prede Valachice
nimium avidi, crebro cohortes ipsas, predatum in Vala:
chiam submittebant, et multos equorum, pecorum, armen:
torum greges, multam predam abducebant, villas in:
cendebant. Has excursiones tam crebras milites socij
vocati semper improbabant, ut pote qui in paucitate (
1800 erant) robur nullum viderant. sed parere tamen
eos suis Prefectis et predatum crebro ire oportuit. Vo:
ievoda Valachorum ira stimulatus collecto ex suis
XX millium exercitu, quibus Turci permixti fuere.
Podoliam mense Januario dum turbulenter Comicia Piotr:
coviensia agitentur, invasit. Pagos, multos incendit, tria
Oppida, totidem Castella presidijs nullis premisa expugnavit,

& tormentis bellicis, cæterisque rebus inde acceptis exussit
pecora infinita abegit. & milites meos, qui toties eum
depredabantur, prelio fudit. Ea cædes nostrorum, partim
stultitia, partim superbia ac odio capitaliter se odien-
tium Ducum Exercitus nostri accidit. Erant enim Exer-
citus nostri Duces duo. Alter Andreas Tenczinski
Castellanus Polanecen. elati animi homo, rei bellicæ pla-
ne imperitus, qui tamen quod ex magna familia esset, prin-
cipatum militibus illis imperandi sibi vendicabat. Dux
alter erat Nicolaus Sieniawski Castellanus Belsensis,
qui idem fuit Legatus Magni Campiductoris nostri,
vir quidem acer ac fortis, & rei bellicæ non impe-
ritus, cæterum in pugna, ut hactenus cognitus fuit pa-
rum, parum fortunatus. Hij duo discordes Duces copias
illas, divisas ductabant: alter alteri laudem speratæ victoriæ
invidens, & ne alter alteri triumphator videretur, confligere
uterque properarunt nec expectantes, dum omnes illæ copiæ
in unum cogerentur. Non loco ad confligendum idoneo
delecto, non cognita hostium multitudine, non circumspe-
ctis insidiis, diviso militum robore, equis etiam longo ac
veloci cursu fatigatis, pauci cum Exercitu magno pre-
lium commiserunt. Licet vero mei strenue depugna-
rent pauci tamen à multis ex insidiis circumventi victi
sunt. Quorum multi occisi, non pauci capti, pauci fuga
salvati. Non incruenta cessit hec hosti victoria.
Multo plures ex hostibus quam ex meis in ea pugna cæsi
fuere. Sic milites egregij stultitia Imperatorum suorum,
et discordia, fœde perierunt. Capitanei vero Exercitus,
superbiæ, reique male gestæ Rege remissa severa vin-
dicante. Optimatibus deprecantibus, impunitatem sunt
consecuti.

Decreta et Constitutiones publice: in Conuentu generali Piotrkouień pro festo sanctorum Trium Regum. Anni Domī. 1538. Consiliariorū Regni et Nunctiorum terrarum mutuo consensu facte.





MS Igiſmundus dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ. &c. Dñs & hæres.

ANI feſtum facimus tenore præſentium quibus expedit uniuerſis & ſingulis, tam præſentibus, q̃ futuris harum noticiam habituris. Cum ita Regni Reiq; publicæ rationibus poſtulantibus uitari non potuerit, quin aliqua fierent contra leges conſtitutioneſq; Regni, quas publicæ utilitatis cauſa inſtitutas, parere publicæ utilitati, atq; ad nouos caſus temporum nouorũ conſiliorum rationes accõmodari, non iniquum uidebatur, perſpeximus eam rem Nobilitati Regni noſtri moleſtã accidiſſe, ꝙ uereretur, ſi ſæpius eſſet a legibus iſtis & conſtitutionibus diſceſſum, ne quis poſtea noſtri diſſimilis oriretur, qui non ex Regni Reiq; pnblicæ commodo, ſed ex libidine ſua cuncta facere in animum induceret, quæ non tam licita, q̃ animo ſuo eſſent collibita, legeſq; & conſtitutiones patrias arbitrio ſuo ſibi mutandi uiolandiq; hoc exemplo poteſtatem datam exiſtimaret. Quæ quidẽ res cum uniuerſæ Nobilitati Regni noſtri uſqueadeo moleſta eſſe cœpiſſet, ut per nunctios ſuos quos ad Comitia quæ Piotrkouiæ per nos habita ſunt, miſerat, ſupplex a nobis contenderet: ſi quid cõtra leges factum uideri poſſet, nobis ad Regni gubernacula ſedentibus, non id quidem ut irritum eſſe uellemus, ſed prouideremus & caueremus literis & conſtitutionibus noſtris nunq̃ nos, noſtroſq; ſucceſſores Poloniæ Reges deinceps quicq̃ facturos, quod Regni legibus conſtitutionibuſq; aduerſaretur. Nos qui ne antea quidem niſi grauiſſimis adducti rationibus fieri quicq̃ paſſi ſumus, quod cum Regni conſtitutionibus pugnare uideretur, fecimus non inuiti ut præcibus eiuſdem Nobilitatis Regni noſtri, quæ non uiſæ ſunt ab æquitate abhorrere, locum daremus. Itaq; his literis & Conſtitutionibus noſtris cauemus & pollicemur, nunq̃ nos noſtroſq; ſucceſſores fieri quicq̃ paſſuros, in quo Regni leges conſtitutioneſq; uiolatæ uideri poſſent, atq; articulos hos infraſcriptos ſanctæ inuiolatæq; obſeruaturos.

De Theloneis Pontalibus aggeralibus.etc.

QVoniam magnis & frequentibus querelis subditorum nostrorum obruimur ob multiplicia grauamina, quæ Theloneorum quorumcunque Præfecti aut Exactores subditis nostris, etiam his qui Militaris ordinis sunt inferre noscuntur, ideo ad cohercendam eorum licentiam, facilemque cuilibet iustitiæ administrationem assequendam, Statuimus, ut quecunque Priuilegia posteriora Ludouici Regis Priuilegio uniuersæ Nobilitati dato, priuatis personis uel Ciuitatibus super Theloneis Pontalibus uel aggeralibus cōcessa essent contra publicam Nobiliū libertatem, in præsenti Conuētu per nos cassarētur & anihilarentur, uerū ne quis in ea priuilegiorū abrogatiōe præter æquū & iustum grauari se prætendere ualeat, uisum est, ut collatis priuilegijs melius appareat, qualiter aliquo Priuilegio publicæ liberati derogetur, prius illa dispiceremus, quod etiam in præsenti Conuentu magna ex parte fecimus, atque ea priuilegia, quæ uibebātur publicæ libertati aduersari abrogauimus, alia uero quæ ad commodū & necessitatem publicam transeuntium concessa sunt, in robore reliquimus. Simile iudicium de reliquis omnibus huiusmodi priuilegijs in proximo futuro Conuentu sumus facturi, & per edictum publicum proclamari mandabimus, ut omnes in eo ipso Conuentu cum huiusmodi Priuilegijs suis peremptoriæ compareant, alioquin Priuilegiorum suorum usum perpetuo amissuri. Neque deinceps ullus in huiusmodi Theloneis percipiendis, Priuilegijs suis uti debebit, aut poterit, sub amissione bonorum, nisi qui literas nostras in præsenti uel futuro Conuentu ea de re obtinuerit.

QVia uero ab omnibus Theloneis pontalibus & aggeralibus, alijsque huiusmodi exactionibus certæ personæ, & ordines Regni nostri publicis & antiquis priuilegijs exempti esse noscūtur, decernimus, ut Prælati, Barones, & Nobiles, ac eorum subditi, cum rebus quibuscunque suis proprij laboris, ultro citroque per Regnum commeantes, dispositioni Priuilegiorum super exactionibus præfatis concessorum non subiaceant, sed perpetuis tēporibus a solutionibus quibusuis huiusmodi sint liberi & immunes.

STatuimus insuper & decernimus ut deinceps futuris temporibus Theloneatores nostri omnes, sint Nobiles, possessionati, sæculares, &

Christiani. Exceptis locis istis, in quibus Capitanei & Præfecti Arciũ & Ciuitatum nostrarum habent in cura & possessione sua, Thelonea nostra, nam ipsi pro Theloneatoribus haberi & reputari debent. Quicunq; autem ex Theloneatoribus contra libertatem Nobilitatis aliquẽ Nobilem, aut eius subditum exactione Thelonei foralis, pontalis, aggeralis, seu cuiusuis excogitatæ exactionis, indebite onerauerit, & aliquid ab eo per se, uel per alium exegerit seu extorserit, pro tali iniuria citari peremptorie poterit ubilibet, pro arbitrio eius qui iniuriam passus fuerit, ut uel ad Terrestre uel ad Cappitaneale illius loci Iudicium, siue ubicunq; locorũ talis Theloneator siue in Curia nostra Regali repertus, & citatione Curiæ citatus fuerit, tum ibidem sine quauis exceptione respondere tenebitur, tanq̃ pro articulo officij, qui terrã & districtũ non habet, & quum conuictus fuerit Theloneator in aliquo iudiciorum prædictorũ iniuriam fecisse in exigendo aliquo Theloneo forali, pontali, aggerali &c, primum omniũ restituere debet illud quod exegit, deinde ei a quo citatus fuerit in pœna quatuordecim marcarum pecuniæ, & trium iudicio, seu officio condemnari debet.

IN his uero Iudicijs Nobili citato admitti debet expurgatio, ita uidelicet ut Theloneator Nobilis iuxta quantitatem summæ, & damni prestet corpale iuramentũ, quod nihil exegit, nec per se, nec per quẽpiam alium, quod esset contra Priuilegium, & libertatem publicam.

IS etiam modus repetendi a Theloneatoribus indebite exigentibus, in aquaticis & pontium Theloneis præsidentibus, tam in Regno q̃ generaliter omniũ terrarum & Palatinatuũ Regno Poloniæ subiectorũ seruari debebit.

SImiliter & de Capitaneo loci, qui in debita exactione aliquẽ onerauerit, hoc quod suprascriptum est erit obseruandũ.

QVoniam autem contingit in plerisq; locis, & fluminibus pontes extrui, ubi prius transitus non admodum difficilis fuit, & nunc quoq; pateat, decernimus, ut liberum sit unicuiq; fluuium, aut locum, quem Brod uulgariter appellant transire, si uolet declinare pontem.

Quo casu cogi non debebit, neq; poterit ad solutionē pontalis. Nemo tamen debet huiusmodi transitus seu Brody, atq; transeuntes modis quibuscunq; & ingenijs impedire, aut destruere sub poenis suprascriptis.

QVod si Præfectus seu Exactor alicuius Thelonei, pontalis, aggeralis, foralium, aut cuiuscunq; præstationis in bonis dominorū Spiritualiū, sæcularium, aut Nobilium quorumcunq;, a quocunq; cōtra libertatē publicam aliquid exegerit, & extorserit, eo casu dominus ipsius tenebitur coram iudicio, seu officio præfato, huiusmodi exactorem etiam apud ipsum non arestatum statuere, & cauere debet, quod ipse Theloneator, seu exactor iuri parebit, & iure conuictus satisfaciet parti modo præmisso. Vbi uero huiusmodi theloneator seu exactor cōuictus seu cōdemnatus damnū & poenas præfatas soluere non posset, tunc actori damnū passo per dominum, in manus ibidem instanti tradi debet. Quod si dominus Theloneatorē seu exactorē suum corā iudicio uel officio suo, modo præmisso citatus non statuerit, tum in instanti ipse respondere, & uictus iure parti satisfacere sine quibusuis exceptionibus & appellationibus tenebitur.

ITem in arbitrio & libertate Actoris erit, uel exactori plebeo citato expurgationem admittere, uel ipsi soli iuxta quantitatem summæ super damno illato probationem facere.

PRobatio uero seu expurgatio tali modo fieri debet, quod Theloneator Nobilis iuret iuxta quantitatem summæ. Plebeus uero & ignobilis pro summa decem marcarū met secundus, pro maiori autē summa met septimus iurare debet, ꝙ uidelicet nihil ab actore contra libertatem publicam exegit & extorsit.

CIuitatum etiam & Oppidorum incolæ, ubilibet in Regno constituti eidem legi subiacebunt, ꝙ uidelicet modo suprascripo ad præfata iudicia seu officia citati eodem modo iuri parere & respondere, ac condemnati satisfacere tenebuntur, & ipsi Ciues præfati, Procōsul scilicet cum Consulibus suos Theloneatores, seu Exactores corā præfatis iudicijs & officijs similiter statuere debebunt & tenebunur.

IN defectu uero statuitionis soli respondebunt, & iure uicti parti satisfacient, ut supra de alijs constitutum est. Neq; poterint ipsi Ciues a præfatis iudicijs seu officijs se excipere seu eximere, aut ad ius suum Ciuile, uel ad quodcunq; aliud reuocare, uigore priuilegiorum suorum, iurium, consuetudinũ, aut libertatum eis concessarum, quibus omnibus in hac parte duntaxat derogatur, ꝙ in hac causa, que mere ad officium seu iudicium Regale pertinet, priuilegia in cõtrarium disponentia merito illis suffragari non debeant.

AD cohercendam uero licentiosam foralium exactionem statutum olim Serenissimi Ioannis Alberti folio, ciiij. in robore conseruandũ decernimus, quo cautum est, ꝙ a kmethonibus peccora & peccudes, res quoq; alias priuatas cuiuslibet generis domestica cura comparatas, ducentibus, uendentibusq;, aut pro usu domestico ementibus, nulla Thelonea foraliaq; exigi debent, non obstante Statuto nostro de rebus mechanicis disponente, quod quo ad hæc seruari non debet.

QVia frequenter accidit damna in bonis a transeuntibns inferri, & pro illis transeuntes nonnunq̃ plus æquo grauari. Statuimus ut hi qui in possessionibus suis damnũ se recepisse prætenderint ab aliquo eorum, qui publico itinere peccora peccudesq; egerint, uel, cum curribus & equis iter fecerint, damnum huiusmodi sibi illatum cum Ministeriali terrestri, & duobus Nobilibus illud conspiciat & testetur. In defectu uero Nobilium uel Ministerialis, cum quatuor uel adminus duobus plebeis iuratis uillæ illius seu uicine, & quod illi ministerialis Nobiles, uel plebei iurati, pro damno dandum decreuerint exigat. Pro qua exactione si in iudicium citatus fuerit, ille qui eo modo, ut suprascriptum est damnũ se accepisse protestatus fuerit, iuramento suo proprio, iuxta recognitionem illorum qui damnum conspexerint, actorem euadet.

De redemptione bonorum Regalium.

QVoniã circa redemptionem bonorum nostrorum Regalium euenire solet, q Tenutarij, de quorum manibus bona redimuntur, grauamina & difficultates perferre coguntur. Ad quæ ammouenda, statuimus, ut in redemptione bonorum nostrorum Regalium, siue ea pro mensa nostra, siue per quempiam alium de consensu nostro redimantur, non seruet deinceps arestatio pecuniarũ homini possessionato. Similiter & impossessionato fideiussores pro se statuenti. Sed si quispiã subditorũ nostrorũ ex illis bonis redemptis se iniuriã aut damnũ ab eo, qui exẽptus est, accepisse pretẽdat, pro tali iniuria seu dãno iure terrestri cũ eo experiatur. Deinde ut ad migrandũ, quod Rumowanie uocãt, quilibet, de cuius manibus siue per nos, aut aliũ quempiã bona nostra redimũtur, tempus sex septimanarũ liberũ habeat, quo tempore licere debet exempto omnes & singulas res, & bona quæcunq; mobilia propria euehere, expellere, & exportare. Preterea huiusmodi bonorum redemptio fieri debet in districtu proprio, quando [illegible] per aliũ q̃ per nos redimuntur, & terminus Citationis pro redimendis bonis siue per nos siue per quempiam alium de consensu nostro redimantur, debet esse sex septimanarum a tempore positionis ipsius citationis.

De Abbatibus et Prepositis.

FRequẽtibus magnisq; petitionibus atq; clamoribus subditorum nostrorum permoti, cernentes omnia Monasteria ferme in Regno nostro ex munificentia & liberalitate, non solum antecessorum nostrorum Poloniæ Regũ atq; Principum, sed etiam Baronum & Nobilium facultatibus, bene dotata esse, & nunc quoq; Nobilitatis fauore plurimum indigere. cauentes etiam ne noua dogmata ex Germania ad Regnum nostrum, præsertim uero ad quædã Monasteria in ditionibus nostris, per homines nationis illius inferantur: & ne Monasteria ipsa, quæ iã magna ex parte desolata cernuntur, ad interitum ob defectum personarum deueniant, Statuimus, ut deinceps futuris perpetuis temporibus nemo in Abbatem cuiuscunq; Monasterij in Regno nostro, aut etiam in Præpositum eligi debeat, aut possit, nisi qui sit natione Polonus. Hac cautione adiecta, ut si in eodem Monasterio aliquis ex Nobi-

li genere procreatus, & idoneus Monachus reperiatur, in Abbatem ante alios eligi & recipi debeat, atq; per nos loci ordinario præsentari. Vbi uero nullus Nobilis idoneus in eodem Monasterio reperiretur, tum ex alio Monasterio eiusdem ordinis, & Relligionis uir Nobilis & idoneus erit deligendus, seu postulandus. In defectu autem Nobilis idonei, licitum erit & liberum, plebeum idoneum natione Polonum in Abbatem eligere, de cuius idoneitate & natione loci ordinarius Episcopus nos per literas suas certiores reddet, ut sciamus, quem & qualem ei presentare debeamus.

De Notarijs terrestribus.

DEcernimus omnino habere uolentes, ut Constitutiones de Notarijs terrestribus dudū æditæ, iam exnunc debitam per omnia exequutionem habeant, & accipiant, atq; futuris temporibus dispositio illarum in omnibus seruetur & manuteneatur.

De captiuatione Nobilium in Ciuitatibus.

STatuimus ut Nobiles, secundum statū Thorunij æditum, pro admissis criminibus in Ciuitatibus & Oppidis, captiuentur. Et qui officio Capitaneali digni pœna uidebuntur, in Ciuium potestate relinquantur. Qui uero iudicabuntur ab officio Capitaneali, utcunq; Ciuibus dissencientibus, pœnam non promeruisse, in custodiā officij Castrænsis tradi debent, usq; ad cognitionē nostram super eiusmodi detentorum excessibus faciendā. Quod si nos decreuerimus aliquem iniuste detentum esse, eumq; per sententiam nostram liberū fecerimus, Ciues pro huiusmodi iniusta detentione pœnam detento sexaginta marcarū pecuniæ soluere tenebuntur, sintq; astricti.

STATVTI AVTEM FORMVLA THORVNIAE PER NOS ANNO. M. D. XX. AEDITI IN HAEC VERBA SEQVITVR.

QVia Nobilium & Ciuitatum Regni nostri damnosa fuit exorta differētia, super his Nobilibus, qui in recēti crimine ꝑ uiolētia in Ciuitatibus & Oppidis capiebant. Proinde nos tā graui negotio ad præsens, propter Prussiæ bellicā occupationē pro perpetua ordinatiōe intendere non ualentes, nihilominus prouidentes tranquillitati subditorū nostrorū de unamini consilio Consiliariorum nostrorum omnium, & Nunctiorum Terrestrium Regni, Statuimus & ordinamus, ꝙ dum aliquis Nobilis in Ciuitate nostra, uel Oppido nostro, aut aliquorum spiritualium & sæculariū subditorum Regni nostri, pro crimine uiolentiæ per officium Ciuile captus fuerit, extunc talis Nobilis pro uiolentia captus detineri debet in prætorio Ciuitatis uel Oppidi ubi capietur. Quo facto officium Ciuitatis uel Oppidi illius, ubi talis uiolator captus fuerit, nullum penitus iudicium faciet, nec aliquam pœnam exiget de eodem Nobili nisi prius ad eorum requisitionē Capitaneus uel Vicecapitaneus Castreñ illius iurisditionis nostræ Regalis, sub quo talis Ciuitas uel Oppidum situm fuerit, præsens interfuerit eidem Ciuili iudicio, quod ministrari & fieri debet pro uiolentia contra dictum Nobilem. Et ubi Capitaneus uel Vicecapitaneus noster ad unam sententiam cum officio illius Ciuitatis uel Oppidi, ubi talis Nobilis detentus fuerit cōcordati fuerint, extunc præfatus Nobilis iuxta huiusmodi sententiā Capitanei nostri, aut eius Vicecapitanei, & officij Ciuilis, cōdemnari & puniri debet. Si uero talis Capitaneus noster uel eius Vicecapitaneus non poterit se concordare super sententiam cum officio Ciuili, contra talem Nobilem, extunc ipse captiuus interea temporis in decenti captiuitate Ciuili detineri debet, tam diu donec a Maiestate nostra Regia informationem Capitaneus noster, & illa Ciuitas uel Oppidum habuerit, quomodo talis Nobilis captiuus sententiari & puniri deberet, præscriptione tanta temporis non obstante qua se prædictus captiuus tueri non ualebit. Si uero in aliqua Ciuitate uel oppido offi-

cium ciuile contra præmissa aliquid attentauerit, extunc per Capitaneum nostrũ Castrensem, sub cuius iurisdicione & districtu talis Ciuitas uel Oppidum consistit, Proconsul pro tempore existens cum uno Consule capi & decollari & capite priuari debent.

De Inhibitionibus.

VOlumus ut nullæ Imposterum inhibitiones ad iudicia dentur, fiatq; in hoc exequutio Statutorum Regni nostri. & his qui huiusmodi literas in iudicium produxerit, pœna quatuordecim marcarũ parti aduersæ puniatur. Similiter iudices tam terrestres q̃ Castrenses huiusmodi literis Inhibitionum, in præiudicium partium parentes & locum dantes, quatuordecim marcarum pœna plectantur. Exceptis causis eorum qui in seruitijs Reipublicæ, puta legationis, aut ubi aliquis per nos exercitui contra hostem nostrum, etiam extra Regnum præfectus fuerit, quorum causæ ad unius anni spatium, si tanto tẽpore fuerint in seruitio nostro suspendi poterunt iussu aut declaratione nostra per literas iudicio facienda.

De Judicio occisorum et vulneratorum in Ciuitatibus et Oppidis.

DEcernimus, ut deinceps secundũ antiquas Regni nostri cõstitutiões, de occisis seu uulneratis Nobilibus, aut eorũ Kmethonibus, in omnibus, Ciuitatibus & Oppidis nostris Regijs Spiritualiumq; & sæcularium dominorum non iudicium Ciuile sed terrestre & Polonicum seruetur & locetur. Vbi uero Ciuile ius fue-

rit a Ciuibus in hac re seruatum, pœna quatuordecim marcarum pecuniæ, Ciues ipsi parti soluen̄ puniātur, iure terrestri totiens quotiens opus fuerit peremptoriæ exigenda.

De Palatinorum: Vicepalatinorum: ac Ciuium negligentia super taxatione rerum.

Consentientibus Regni nostri ordinibus decernimus, ut de rebus in Ciuitatibus & Oppidis taxandis, Palatini ipsi, dispositioni Statutorum omnino satisfaciant, & quā hactenus admittebant, nullam deinceps in hoc cōmittant negligentiam. Nam alioquin liberum erit unicuiq; negligentiā Palatini nobis deferre. Vbi uero ignorante Palatino per negligentiam Vicepalatini taxatio rerum predicta intermitteretur, Palatino debet deferri Vicepalatini negligentia. Verum si Palatinus sciens eiusmodi negligentiam committi, offitium suum in ordinē non redegerit, resq; non taxauerit prætio illis constituto, citatus ex officio, peremptoriæ pœnam centum marcarū pecuniæ luere debet, cuius medietas pro fisco Regio, alia uero pro parte instigante spectare debet.

Vbi uero constitutioni Palatini, Ciues, uel Oppidani quicunq; contrauenien̄, plus ab aliquo emente extorserint, citati pro hac iniuria, si erunt ciuitatum nostrarum incole, ad Palatinum loci illius, uel eius uicesgerentem, pœnam quatuordecim marcarum pecuniæ luēt & succumbent, si per actorem fuerint conuicti. Si autem spiritualium Baronum uel nobilium subditi fuerint, ad eorum dominos, uel ipsorum locum tenentes citati, & rei in hac parte reperti, condemnari in pœna quatuordecim marcarū, totiens quotiens de inobedientia præ-

dicta conuicti fuerint, debebunt. Quod si Palatinus loci ad querelam huiusmodi iustitiã ministrare cum Ciuibus & Oppidanis neglexerit, citatus ex officio, pœnam Centum marcarum modo præmisso luere debet. Domini uero Spirituales & sæculares in simili casu iustitiam ministrare negligentes, pro non administrata iustitia citati ad ius terrestre peremptorie pœna quatuordecim marcarum pecuniæ puniãtur, cuius media pars iudicio, alia parti actoreæ cedere debet.

De Nundinis Ciuitatũ et Oppidorum.

INnitentes priori Statuto, decernimus, ut libera sit uenditio rerũ omnium, per talenta & ulnas, in nundinis Ciuitatũ & Oppidorum, præsertim, in Leopolieñ. Lublineñ. Posnanieñ. & Varscheuieñ. Ciuitatibus, & in alijs omnibus in Regno consistentibus. Quod si ciuitates ipsæ, præmissis contrauenerint, citatæ ad præsentiam nostram, præmissorũ occasione, ubicunq; fuerimus constituti peremptorie, in pœna Centũ Marcarum, ubi aliqua earũdem ad minus tribus testibus conuicta fuerit, irremissibiliter eandem condemnabimus, cuius medietas pro fisco nostro Regio, altera uero pro parte instigante, spectare debet. Huiusmodi uero libertas, incipere debet a proximo festo sancti Ioannis Baptistæ.

De profugis Kmetonibus.

STatuta de arestatione Kmetonum, neminem ad sui obseruationem deinceps stringere debent. Sed antiquiora de repetendis fugitiuis Kmetonibus, sine arestatione, in robore conseruamus. Hoc idem ius ad filios colonorum & famulos seu seruitores fugitiuos, per dominos repetendos, extendimus.

De expeditione bellica.

BEllicam expeditionem Generalem non nisi deliberate & ex legitimis rationibus & causis ac necessitate publica, futuris tēporibus instituemus, secundum dispositionem Statutorum, præmissis generali & particulari cōuentibus. Cum uero expeditio bellica fuerit instituta, ad illam immutandam, conuentiones indici non debent, ne cum ex decreta & publicata expeditione, præparationem ad bellum Nobiles fecerint, si eodē tempore contribuere cogerenrur, duplici sumptu onerentur.

De Iudeis.

STatuimus inuiolabiliter obseruandum. Iudeos Theloneis quibuscunq; præfici non debere neq; posse, indignū & iuri diuino contrarium censeri. eius generis homines aliquibus honoribus & officijs inter Christianos fungi debere.

CEterum pignora debebunt inscribere in libros secundum Statutum nostrum Cracouiæ in Conuentu Regni generali, anno domini M. D. XXXII. æditum.

QVoniam uero nimia furum licentia & pluralitas, eo maxime creuisse uidetur, quod fures ipsi habeant rerum furto ablatarum apud Iudeos tutam uenditionē. Cui malo ut obuiari possit ex cōsilio Senatorum Regni nostri, & postulantibus Nuntijs terrarū, decreuimus, decernimusq;, ut si Iudei pro re furtiua ad se delata, euictorem statuere non possent, aut nollent, in Iudicio ad hoc citati, pœna furcæ ipsi ut culpæ participes & conscij, puniri debēt.

VOlumus præterea, ut Iudei non habeant liberam mercandi in omnibus rebus facultatem. Sed modum per nos statuendum in Mercimonijs ad uictum querendum, ubiq; in Regno nostro teneāt & diligenter obseruent. Atq; etiam, pacta & Conuētiones, quas cū nonnullis Ciuitatibus maioribus Regni nostri habent, in toto teneant.

ET quoniam Iudei relicto ueteri instituto, proiectis signis per quæ a Christianis dignoscebātur uestitum, Christianis per omnia simi/lem sumpserunt, ut inter Christianos dignosci non possint. Statui/mus perpetuo obseruandum, ut omnes & singuli, ubiq; in Regno nostro Iudei: signa, hoc est, Bireta aut capellos seu aliud capitis tegmentum, coloris glauci, alias Zolte ubilibet locorum deferant. Viatoribus exceptis, per uiam enim & itinera licebit illis signa hu/iusmodi deponere aut occultare.

QVod si quispiam ex Iudeis uti transgressor huius legis, nō de/ferens capitis tegumentū glauci coloris, Palatino loci, aut eius Vicepalatino, seu Iudici secundum morem terræ cuiuslibet delatus, & ibi conuictus fuerit, soluere cogatur toties quoties constitutioni contrauenerit præsenti, unius floreni pœnam, cuius medietas Palati/no, seu uicepalatino, seu Iudici, & alia medietas instigatori cedere debet.

QVia etiam ad prouidendum securitati eorundē Iudeorum & ad compescendam licentiosorū audaciam, eisdem Iudeis in aliqui/bus locis contulimus uadia ad magnas summas se extēdentia, quæ quidem non ad singulares & priuatas personas, sed duntaxat ad communitatem aut aliam multitudinem ciuilem, per conspiratio/nem, tumultū & seditionē ad perniciem & interitū Iudeorum exci/tatam, extendi debere uolumus & declaramus.

ITem, cum Christianis Iura Regni, mercaturas & fora in uillis fa/cere prohibeant, multominus hoc Iudeis licere cēsemus, immo sub grauissimis pœnis ne talia audeant, eis interdicimus & prohibemus sub amissione rerum omniū iuxta antiquū Statutum confiscandarū.

De Ciuibus bona hereditaria possidentibus.

ANtiquis constitutionibus prædecessorum nostrorum innitentes & subditorũ nostrorum petitionibus permoti, decernimus, ut Ciues & plebei secundum Statutorũ prohibitionem bona hæreditaria terrestria deinceps non emant, & inscriptiones, quæ in Iudicijs terrestribus illis super hoc factæ fuerint, sint ipso facto nullæ. Iudex uero inscriptionem admittens, pœnam Centum Marcarum incurrat ab eo ex officio exigendam.

BOna autem quæ hactenus ciues ipsi possederunt, & possident, tenebuntur infra tẽpus quatuor annorum, illa cuicũq; uoluerint Nobili & indigenæ Regni uendere, sub amissione eorundem bonorum, quæ modo præmisso per nos uendi, & pecuniæ pro defensione Regni conuerti debebunt. Ita tamen, ꝙ ea bona ad hunc modum uendita, poterint proximiores eorum nobiliũ qui ea uendiderant & alienauerant, pro eadem summa, pro qua uendita erunt infra annũ, a tempore uenditionis factæ redimere. Hoc tamen extendi non debet ad Ciuitates & cõmunitates earundẽ, quæ bona hæreditaria terrestria uigore priuilegiorum antiquorum in commune obtinent. Secus de priuilegijs, quæ ante Statutum Ioannis Alberti Regis concessa sunt.

De colloquijs generalibus celebrandis.

STatuta de colloquijs generalibus celebrañ in exequutionẽ ponere, & illa exequi per ædicta nostra mandabimus.

De nouis Constitutionibus.

COnstitutiones nouas non nisi cum Consiliariorū & nuntiorum terrarū consensu, secundum Statutum Alexandri Regis faciemus.

De officijs Cancellarie.

OFfitia Canellariæ nostræ secundum Statuta Regni Nostri de hoc ædita deinceps, futuris temporibus deinceps distribuemus.

De plebeis et Cortisanis.

STatuta de numero plebeorum ad Ecclesias Cathedrales recipiendorum & de pēsionibus summouendis, ac de pœna contra Cortisanos ædita, quotiens opus fuerit, exequemur, & executioni debitæ demandari faciemus.

QVod si aliquis contra dispositionem Statutorum, aliquid iurē Cortisanico obtineret, proscriptus seu bānitus sit ipso facto, & bona ipsius iuxta Statuta confiscent᷑. Si uero metu pœnæ præfatæ, cedit liti, Iuri, & causæ, nihilominus ad solutionem damnorum & impensarum, ei, contra quē Iure Cortisanico egit, teneatur & sit adstrictus. Damnū uero & expensæ iuramento petentis probabuntur.

CEterum, quia aliqui ex subditis nostris iam a multis annis Romæ agunt, & in Regno nostro non pauca sacerdotia, curam etiam animarū habentia possident, eaq; plurimum negligunt, & alios hic in Regno manentes, quieti & diuinis obsequijs deditos, ci



tationibus ad Romanã Curiã euocant, litibus inuoluunt, & uarie diuexant. Quorum licentia & libido non leuem in animis subditorum nostrorum perturbationem excitauit. Ideo petitionibus nuntiorum terrarũ, & clamoribus aliorũ subditorũ nostrorum permoti & pene coacti: Statuimus omnes huiusmodi Cortisanos ex urbe Roma ad Regnum nostrum & ad sacerdotia quæ obtinent, reuocandos esse, & ubi reuocati per nos, infra præfinitũ tempus non redierint, proscripti & infames censeantur. Neq; illis reditus pateat deinceps ad patriam

De limitibus bonorum hereditariorũ cum Regalibus.

PEtitionibus subditorum nostrorum inducti, permittimus, ut in arbitrio sit subditorum nostrorũ, petere & obtinere a nobis confirmationem, super literis limitum æditis a quinq; Commissariis per nos secundũ Statuti tenorem deputatis. Quæ quidem literæ quibus Commissio & mandatum nostrum fuerit insertum, & sigilla Cõmissariorum apposita authoritatẽ & robur perpetuũ obtinere debebunt, etiã si nulla desuper interueniat cõfirmatio nostra.

CEterum ad tollendas difficultates in faciendis limitibus, statuimus, ut Cõmissarij nostri, Deum solum, præ oculis habeñ, nulli partium faueñ, conspectis inprimis, signis metalibus & rei ueritate diligenter inuestigata, tam ex senum etiam si opus fuerit Iuratorũ testimonijs, quã alijs possibilibus iudicijs, limites inter bona nostra Regalia & hæreditaria pro arbitrio & conscientia sua cõstituant.

LIberum erit etiam, unicuiq; literas Commissariorũ super limitibus ad libros Cancellariæ nostræ inducere, quas casu uel necessitate postulante, Cancellarij nostri, sine ulla difficultate sicut inscribere, ita etiam describere, & literas petentibus eiusdem tenoris sub sigillo nostro, una tantum sexagena pecuniæ pro eis accepta sine ulla difficultate dare debebunt & tenebuntur.

De incompatibilibus.

IN collatione dignitatũ & officiorum Statuta Regni deinceps obseruabimus, ita ꝗ dignitarios in Capitaneos loci illius non præficiemus, præsertim cum Iuribus Regni prouisum sit ut nullus Castellanus uel Palatinus illius terræ Capitaneatum in quo iudicia celebrantur, obtineat. Proinde quicunq; ausus fuerit aliquid accipere contra præsentem ordinationem & antiquam Regni constitutionem, ubi monitus in Conuentione generali aut particulari huiusmodi dignitatem aut officium resignare neglexerit, infamis sit ipso facto.

PRæterea pollicemur, quod iuxta priuilegium Vladislai Iagellonis, Folio. LI. quãdo dignitates uacare contigerit, nulli extraneo terrigenæ, nisi Nobili illius terræ, in qua dignitas huiusmodi uel honor uacauerit, terræ uidelicet Cracouieñ terrigenæ Cracouiẽsi, Sãdomirieñ terræ, Sandomirieñ, & in maiori Polonia terrigenæ Poloniæ maioris, & sic in singulis terris Regni Poloniæ, deinceps dabimus & conferemus.

AD euitandas uero fictiones, quæ de possessione habenda euenire solent. Statuimus deinceps obseruandum, ꝗ dignitates, Capitaneatus & alia omnia officia terrarũ, non aliis conferri possint, & debeant, nisi illis qui antehac haberent, non fictam aut coloratã, sed realem ueramq; bonorum hæreditariorũ possessionem, in illa terra in qua dignitas uel Capitaneatus uacauerit, si ad illa assequenda abilis esse uoluerit.

De motione a Iudicio Castrensi.

QVia non infrequenter accidere solet, quod ob longam Capitanei absentiam a Capitaneatu, uel alias ob causas, homines in iudicio castreñ grauati in assecutione iusticiæ, negliguntur, aut retardantur, decernimus, ut deinceps in causis Iudicij a Iudice castreñ obmisso Capitaneo, ad conuentionem generalem, iuxta priora Statuta, motio fiat. Ab officio uero in causis officij, simpliciter ad nos Iudex castreñ moueat.

De alienigenis.

NVlli deinceps æuiterno tempore, alienigenæ, aliqua castra & dignitates Regni concedemus, neq; successores nostri cõcedent, & quicunq; contra præsentem constitutionẽ aliquod officium seu dignitatem obtineret, & monitus quæ obtinet non resignauerit, bona ipsius confiscari, & ipse infamis effici debet.

De libris seu regestris Cancellarie.

QVoniam magno detrimento afficerentur, permulti Regni nostri subditi, ubi libri seu regestra Cancellariæ, quibus magni momenti priuilegia & alia hominum iura & munimenta fideliter inscripta sunt, suspecta aut fide carentia censeri debeant, sicuti hactenus pro uarietate opinionũ putatum est, & ab aliquibus desyderatũ, ut abolerentur & cassarentur. Nos itaq; uolentes quosdam metu non admodũ necessario liberare, in præsenti Conuentu decreuimus neminem ex subditis nostris debere aut posse inquietari molestari, aut etiam periclitari super bonis quibuscunq; quæ per literas, ex libris Cancellariæ nostræ sumptas & descriptas, ꝙ fuerint Regalia probari possent, tales enim literas, quo ad eum effectum molestandi aliquẽ ex subditis nostris, nullius roboris & momenti esse uolumus & decernimus.

CEterum ut deinceps futuris temporibus libri ipsi Cancellariæ nostræ tanto diligentius & scribantur & seruent̃. Volumus & firmiter decernimus, ut Cancellarius & Vicecancellarius Regni nostri ipsi soli libros eosdem in sua custodia diligẽter adseruẽt, habeãtq; semper unum uel duos Notarios uel scribas iuratos, qui omnia priuilegia, decreta, recognitiones, & alia quæ ad necessitates & securitates hominum coram nobis fiunt, & sub sigillis nostris concedũtur, syncere & fideliter, in libros huiusmodi seu regestra deinceps inscribant.

QVod si aliquis subditorum nostrorum, casu aliquo aduerso aut fortuito, literas a nobis emanatas & libris Cancellariæ nostræ inscriptas, perdiderit, ammiserit, aut alioquin uitiatas habuerit, offitiales Cancellariæ nostræ, tenebuntur & debebunt, omnibus talibus, cum petierint, sine ulla difficultate & renitentia, alias literas ex libris nostris, non mutato priori tenore descriptas sub sigillo nostro dare & extradere.

VErum, ubi literæ ex libris Cancellariæ extractæ, allegarentur suspectæ, regestrisq; seu libris Cancellariæ, comprobari propter antiquitatem non possent, tum iuramento producentis ut moris est cõprobari debent.

De literis ex libris terrestribus extractis.

AD præcludendam uiam dolis in detrimentum hominum excogitatis, decernimus, ut literæ ad libros terrestres inscriptæ & postea ex libris denuo descriptæ, nõ aliter in iudicijs faciant fidem, nisi, cum originales fuerint productæ.

De nouis Tribunatibus.

DEcernimus, ut noui Tribunatus, quicunq; sunt a nobis, ubilibet instituti, non diutius, quam ad mortem modernorum possessorũ durent, quibus ex hac uita sublatis. Tribunatus quoq; ipsi extincti censeantur. Nouos deinceps nullos cõstituemus, & antiquos bene meritis, aut emeritis militibus conferemus.

De Refferendarijs.

REfferendarij nostri, quærelis tantummodo & non Iudicijs, secundum statuta Regni intendere debebunt, neq; se deinceps Iudicijs sæcularibus immiscere poterint, præterq̃ in præsentia nostra, quando ipsi causis cognoscendis interfuerimus personaliter, nobiscũ enim assidere & consilia dare poterint, quos etiã iuxta Statutorum tenorẽ semper sumus designaturi, uacatione occurente.

IVdices autem & subiudices terrarum causas audient, & iudicabunt in curia nostra, iuxta Statutorum Casimiri Regis. folio: X.

Ne Spirituales Iudicijs secularibus se immisceant.

PEtitionibus Nuntiorum terrestrium permoti, & ad sopienda odia quæ aduersus Ecclesiasticos uiros, ob quorundam insolentiam, apud sæculares excitari contingit. Statuimus, ut

Ecclesiastici uiri beneficiati aut sacerdotes, non se immisceant, deinceps iudicijs sæcularibus, neq; causas procurent & promoueant sæculariũ personarum. Neq; officia Notariorum aut Vicenotariorum in sæcularibus iudicijs obeant, ad quod per Iudices terrestres non admittantur, exceptis causis proprijs, aut aliarum Spiritualium personarum in quibus agendis procurandisq; liberam habeant ubiq; facultatem. Verum Capitaneis licebit habere Notarios Spirituales, quandoquidẽ ipsi pro excessu Notariorũ, respondere tenebunt & erunt adstricti.

IN iudicijs autem nostris in præsentia nostra, dum ipsi personaliter Iudicio interfuerimus, licebit Spiritualibus personis nobis assidere, & consilia præstare.

De dignitatibus et officijs.

QVia dignitates & officia post Conuentũ proxime præteritum, iuxta antiquam consuetudinem, per nos collata, non licet nobis abrogare, & ab eis quibus collata sunt amouere & auferre, quod talis deturbatio & degradatio personarũ insignium, nomini eorum notam inureret, essetq; intestini odij & dissidij non leue incentiuum. Ideo in futurũ dum uacabunt, per cessum uel decessum præsentium possessorum, secundum statuta regni nostri futuris temporibus illa personis idoneis conferemus.

Vt omnes seruiant bellicam expeditionem.

Cauebimus deinceps, nos & posteri nostri, ne aliquem qui ad obeundum seruitium bellicum de Iure esset obligatus, ab expeditione bellica generali liberum & exemptum faciamus, præter ægrotantes, senio confectos, & in necessitate Reipublicæ existentes, & præter Vicecapitaneos eorum locorum ubi sunt Iudicia, & in limitibus Rægni arcibus præsidentes.

De Aduitalitatibus.

ADuitalitatum literæ a nobis concessæ, per omnia secundum earum tenorem per nos seruabuntur.

De bonis hereditarijs.

AD literas & priuilegia reponenda super bonis quæ hæreditaria putata sunt, nemo cogi debet, aut poterit, nisi in causis manifestis & claris, quando doceretur sufficienter Regalia bona omnino esse. Vbi uero res esset nimiũ antiqua, perplexa & dubia, tum negotium tale & causam non alibi, quam in conuentu Regni generali cum consiliarijs nostris iudicabimus.

De causis ad Conuentum generalem deuolutis.

COnsentimus ut causæ, ad Conuentum Regni generalem deuolutæ duobus in septimana diebus, quarta scilicet & sexta feria, per nos deinceps cognoscantur & iudicentur. Et conclusione facta Conuentus, nemo postea in causis ad Conuentũ deuolutis iudicari debebit aut poterit.

De interpretatione priuilegiorum.

PRiuilegia publica & priuata non debent interpretatione aliqua in alium q̄ sonant sensum uerti, sed ita ut in suis tenoribus scripta sunt, & non aliter, intelligi debent.

De prohibenda via in Hũgariam et Slesiam.

AD euitandas magnas insecuritates, iniurias, & depredatiões, quas subditi nostri, ab incolis Regni Hungariæ & Ducatus Slesiæ, annis superioribus incurrerũt, & adhuc sustinere coguntur: de consensu omnium ordinũ in hoc conuentu congregatorum interdicimus, & seuere prohibemus, ut nemo subditorum nostrorum ad Hungariam & Slesiam cum mercibus, aut pro mercibus, & rebus quibuscunq;, ire & proficisci, aut inde ad Regnũ nostrum merces quascunq; inuehere audeat, sub amissione rerum & mercium earundem. Relaxatio autem eiusdem occlusionis, a nobis fieri non potest, nisi in Conuentu Regni generali. Verum permittimus, ut Nobilitas & mercatores, boues, quos hac hieme aluerunt, extra Regnum ita ut prius, usq; ad festum sanctæ Trinitatis proximum, depellere possint & ualeant.

LIberum tamen erit, Hungariæ & Slesiæ incolis cum rebus & mercibus quibuscunq; interea ad regnum nostrũ uenire, & ex Regno cum alijs quibuscunq; rebus sine quouis impedimento, ad sua redire, non obstante huiusmodi occlusione, quæ duntaxat ad subditos nostros pertinere debet.

HEc autem prohibitio relaxari non debet per nos, ut supra diximus, nisi in generali Conuentu Regni, cum consilio ordinum tum in conuentu existentium.

NEcq; ulli subdito nostro libertatis literas contra prohibitionem huiusmodi ad Hungariam & Slesiam, uel inde cum rebus & mercibus commeandi & transeundi concedemus, quas etiam concessas effectu carere, & res quascunq; ab huiusmodi impetratoribus libertatis ductas, fisco nostro fore applicandas, uolumus & decernimus

De Homicidijs.

AD refrenandam licentiosorum hominum audatiã, ad necãdos homines plus nimio promptam: de consensu Senatorũ Regni & Nuntiorum terrarum: Statutum super delatione homicidarũ, reassumendum & innouandũ duximus, illudq; exequemur, ad decursum unius anni, eo adiuncto, q̄ homicidæ delati & per nos ad pœnam carceris condemnati, pœnã huiusmodi in fundo turris sustineãt, ad unius anni & sex septimanarũ decursum integre, a qua per nos absolui & liberari non debent, necq; poterint, & Capitanei locorum diligenter prouidebunt, ut homicidænon aliter q̄ in fundo turris pœnitentiam peragant. Concordia etiam cum actore inita nihil eos iuuante. Contrafacientes pœna Centum marcarum parti actoreæ soluenda multari, atq; Capitaneatu ipso priuari per nos debebunt.

De Scultetis Spiritualium.

VIsum est, ut si probatum fuerit Scultetos Spiritualium teneri ad expeditionem bellicam, sculteti eorum sint obligati deinceps nobiscum in bellum proficisci, præter eos qui pri-

uilegiis essent ab expeditione exempti & liberati, quæ priuilegia domini Spirituales in Synodo proxima, postquam præterita propter mortem Domini Archiepiscopi effectum sortita non est, se recensere promiserunt, & illa post modum in Conuentu generali Regni proxime post Synodum futuro exhibebunt, ut ex illis fiat cognitio de immunitate scultetorũ seu aduocatorum, uel obligatione ad præstandam & sustinendam bellicam expeditionem.

De fugitiuis ad Slesiam.

VOlumus ut Capitanei Arcium finitimarum rusticos omnes ex Polonia in Slesiam uel Hungariam fugientes, aut se conferẽ transire non permittant: sed eos contineant & arceant, secundum Statuta Regni nostri.

De Cerdonibus.

PRohibemus ne Cerdones, quicunq; in Regno nostro sunt, cutes elaboratas, hoc est corium ab illis paratum extra Regnum nostrum ad exteras nationes mittant, aut externis euehendum uendere præsumãt, sub amissione eiusdem corii & pœna nostra Regali.

De Equireis.

INterdictum esse uolumus omnibus & cuilibet, ne quispiam audeat greges equorum seu equireas extra regnũ nostrum ad externa dominia depellere sub amissione equorum huiusmodi, & pœna nostra Regia.

De motione Iudicis.

QVia Iudicum incuria & negligentia, frequenter euenire solet, quod sententiæ contra iuris & consuetudinis dispositionē ab eis feruntur, ad peticionē Nuntiorum terrarum motionē Iudicis, quæ olim in usu fuit, & nunc quoq; in maiori Polonia seruatur, in usum pristinū restituimus, ubiq; in Regno nostro seruandam.

VErum, ne quis Iudicem mouens, ob ignorantiā formulæ, ea in re seruari solitæ, in causa sua labat & ruat, eā hic uoluimus adiūgere.

PArs contra quam lata fuerit sententia seu decretum, per uerba infra scripta, motionem faciet dicens.

DOmine Iudex decretum hoc seu sententiam tuā, tanq̄ iniquam & iniustam, pro iure non suscipio, sed te moueo, ad Conuentum generalem Regni, in proximo celebrandum.

MOtione hoc modo facta, ministerialis mox, sine quauis additione Iudicij, diem Iudici sextam, in Conuentu generali proxime celebrando, ad comparendum, cum decreto seu sententia ab eo lata assignare poterit & debebit.

ET hæc omnia, puta motio & termini assignatio, debitæ in Acta Iudiciorū per iudicium & Notariū inscribi debet. Reliqua uero in robore suo secundum antiquum Statutum conseruamus. Pars uero motionem faciens non plus q̄ unum grossum pro ijs soluere tenebit̃

De securitate iudiciorum.

AD præcludendam uiam audaciæ hominum, qui ad Iudicia, ubi summa pax & tranquilitas esse debet, non solum ipsi armati, sed etiam magnis cateruis stipati, uenire, atq; ibidem in locis Iudiciorum non solũ rixas aut contentiones, sed etiam pugnas & bellum facere præsumunt. Statuimus ut in omnibus Regni nostri locis ubi Iudicia aguntur, toto tempore iudiciorum, atq; ante iudicia octo diebus, & post, aliis octo diebus, plena & omnimoda securitas fiat, ad ea ipsa iudicia ueniendi, & in illis negotia sua curandi, domumq; propriam tuto cuilibet redeundi. Quod si quispiam huiusmodi libertatem & securitatem publicam sub præscripto tempore, quomodocunq; & in quacunq; persona uiolauerit, talis puniri debet non secus, q̃ si saluũ conductum nostrũ Regiũ uiolauerit.

De non transponendis iudiciis proclamatis.

NE subditi nostri in assequenda iustitia impediantur aut negligantur. Statuimus, ut iuditia terrestria, quæ fuerint præconis uoce publicata, per Palatinos locorum transponi in aliud tempus non debeant, neq; possint. Vbi uero Palatinus aut Iudex seu alter officialis ea ipsa iudicia proclamata, ut non celebrẽtur quomodocunq; siue transposuerit, siue aliter impediuerit, talis pœna Centum marcarũ pecuniarũ puniat̃, cuius medietas nobis, altera parti ea in re iniuriam sustinenti cedet.

De libris Terrestribus seruandis.

DEcernimus ut libri terrestres ubiq; locorum in Regno nostro, sub tribus clauibus, secundũ Statutorum dispositionẽ in bona custodia seruentur.

De Capitaneis negligentibus executionem rei iudicate.

QVia Capitanei in executione rei iudicatæ, solent esse negligentiores in detrimentum eorum, qui iustitiã habent, & sententiam obtinent: quibus prouidere uolẽs decernimus, ut pœnam Statuti ab huiusmodi Capitaneo executionem negligente, nobis debitam, pars actorea totam assequatur & habeat.

De falsitatibus et collusionibus.

QVia impunitas magna dedit hominibus in malũ propensis ad falsitates & collusiones admittendas audatiã, ut non uereantur per summissas & subornatas personas, ut in iudicijs, aut apud libros terrestres, certas recognitiones facerẽt, nomine earum personarum quas sæpe contingit

longius abesse a loco iudicij, & procurare, in detrimentū & perniciē ignorantium. Quam licentiam refrenare uolentes. Statuimus, ut omnes tales, ubi sufficienti testimonio conuicti fuerint, pœna Statuti de inuasione domus expressa puniātur.

PRæterea accidere frequentius solet, ut citati pro capite aut uulneribus, ad euitandam pœnam, pro capite aut uulneribus debitā, uicissim actores, multis citationibus, pro uulneribus citare solent. Ad extirpandam igitur, hanc impediendæ institiæ artem. Statuimus, ut uulneratus cruentis uel liuidis uulneribus, uulnera in recenti quāprimum potuerit officio Capitaneali, quodcunq; proximius percussus fuerit, aut iudicio terrestri illius districtus ostendat, & testata per se faciat, quæ sic ostensa, & eorum qualitas in acta Castreñ. aut terrestria, in terminis terrestribus illius districtus inscribantur, & eo testimonio, uelut authentico & sufficienti actor reum, tuto & citra calumniā, in foro iudicij terrestris mettertius, cum sibi similibus iurans more antiquo conuincere poterit.

De Iudicijs tempore proclamati Conuentus generalis.

QVoniam abusu quodam inoleuit, Iudicia terrestria non celebrari mox ut literæ de Conuentu generali Statuto emittuntur, quod fit cum magna iusticiæ negligentia. Proinde statuimus, ut deinceps futuris temporibus, non obstantibus literis huiusmodi & Conuentus generalis publicatione, Iudicia terrestria ubiq; celebrentur, usq; ad Conuentum particularem in unoquoq; Palatinatu institutum.

De citationiubs et terminis post curiam.

CItationes & terminos qui post curiam uulgo appellantur, non aliter dari & præfigi faciemus, q̄ iuxta Statuta Regni nostri super ipsis ædita.

De tollendis et ammouendis contuberniis artificum: in ciuitatibus et oppidis.

FRequentibus uniuersæ Nobilitatis & eorundem Nunciorum, uniuersorumq; subditorum Regni nostri querelis permoti. Statuimus uniuersa contubernia, quæ & fraternitates artificum appellantur, omniaq; inconuenientia in eis, in damnum & iniuriam subditorum Regni nostri excogitata, in omnibus ciuitatibus & oppidis Regni nostri tollenda & ammouēda esse, quemadmodum nos ea decreto nostro in hoc Conuentu sustulimus.

MAndamus igitur omnibus & singulis subditis nostris, cuiuscunq; Status, gradus & conditionis existentibus, ut ea omnia & singula superius expressa in omnibus punctis, clau-

ſulis & articulis obſeruent & manuteneant, quemadmodum ſunt decreta & conſtituta ſub pœnis ſupra expreſſis. Et pro gratia no- ſtra aliter non facturi. Datum Piotrkouiæ in Conuentione gene- rali, feria quinta ante dominicam Inuocauit. Anno domini Milleſi- mo quingenteſimo triceſimo octauo. Regni uero noſtri anno tri- ceſimo ſecundo.

Ad mandatum ſacræ Re- giæ Maieſtatis proprium.

Litere Contribucionis

Sigismundus Rex Polonie

Vniversis et singulis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliariis Regni nostri, caeterisque subditis meis, quibuscunque tam terrestribus quam Civitatum et Oppidorum honoribus insignitis, ad quorum notitiam, hae nostrae pervenerint literae, et presertim in Palatinatu et Districtibus eius consistentibus, sincere et fidelibus dilectis, gratiam nostram Regiam. Reverendissimi ac Reverendi in Christo Patres, Magnifici, Generosi, Nobiles, Famati, Providi, sincere nobis et fideles dilecti. Superioribus annis ad reprimendos et arcendos impetus hostium, varia iam defensionis genera tentavimus, sed omnibus tentatis, nullum magis utile, et reipublicae salutare experti sumus, quam id cum Miles stipendiarius, ad propulsandam vim hostium, et iniuriam, a nobis educebatur. Nam quantum publica omnium expeditio (ad quam velut ad extremum remedium confugere solemus) damni et detrimenti, Colonis, ac omnium ordinum bonis et possessionibus, anno transacto attulit, res ipsa et querelae etiam hominum testantur, ut magna hominum pars etiam ex ordine equestri sit, qui quidvis potius reipublicae causa perpeti mallent, quam ut iterum huiusmodi bellum indicatur. Sed quod ea presidia, quae ex Milite Mercenario comparabantur attinet, plerumque in eis felicitati nostrae, vel Militum paucitas, vel fatalis quidam casus obstiterunt, ut aliquando Milites ipsi gravem fortunam et cladem subire sint coacti. Namque et proximis Mensibus, neque tot Milites occidissent, neque tanta calamitas ab hostibus

meis reipublicae meae illata fuisset, si provinciae Russiae et Podoliae firmiora praesidia habuissent. Proinde cum videremus ad obviandum his calamitatibus et consilijs pendentibus, et praesidijs firmis opus esse, diem Piotrkoviae generalibus Comitijs ad festum Sanctorum Trium Regum edixeramus, in quibus omnium ordinum et Senatorum Regni ac Uniuersorum Nobilitatis voluntate et assensu, eam quae infrascripta est, et quae opem et salutem reipublicae allatura esse videretur, Contributionem decreuimus.

In primis ex singulis Mansis seu Laneis agrorum, quos singuli Kmetones seu Coloni villarum tam nearum, quam omnium Spiritualium et Secularium subditorum nostrorum colunt et possident, viginti quatuor grossos communis et vsualis monetae, secundum antiquas quietantias contribuent, ad duas temporum rathas infrascriptas, hoc est, duodecim grossos pro Dominica post Conductum Paschae proxima, quae misericordia domini appellatur: alia verò medietas pro festo Sancti Bartholomei Apostoli. Ea autem solutio à nobis ac primis Consiliarijs et ordinibus Regni nei, Spiritualibus et Secularibus fieri et incipi debet, incipiendo vigt solutionem huiusmodi primae Rathae à Dominica Palmarum et finiendo vsque ad Dominicam post Conductum Paschae, quae Misericordia appellatur. Et deinde pro secunda ratha incipiendo solutionem à festo Sancti Laurentij et illam vsque ad festum Sancti Bartholomei Apostoli inclusiuè terminando.

In quibus autem villis obligati sunt census perpetui, seu in vim reemptionis alias Nawiderkow is qui percipit huiusmodi censum, siue Spiritualis, siue Secularis soluet

a qualibet Marca eiusdem census sex grossos cum medio, quos illi dominus villae et possessor defalcabit, quando ei censum debitum soluet, ne defensio reipublicae negligatur.

Item domini Spirituales, et Saeculares, habentes census iuridos qui non includuntur in proprietate Laneorum, ut ex Censibus quibuscumque annuis Ciuitatum et Oppidorum, ex Theloneis, Zuppis, exactione Poradlne, et Pontalibus, Aggeralibus, Naulis, Albatoriis quae vulgo blechy vocantur, Molendinis pecuniariis quae non soluunt mensureas in grano, sed Censum annuum in numerata pecunia pendunt, ex officinis Minerariis, et similiter officinis Vitrariis, quae Huthi vocantur alias ex censu illorum, qui domino soluitur, et aliis id genus prouentibus pecuniariis dabunt et soluent ab octoginta Marcis eiusdem Census, et prouentuum, decem et octo florenos in moneta, per triginta grossos computatos, et qui non habuerint octuaginta Marcas, ex huiusmodi Censu pecuniario soluent iuxta quantitatem summae istam partem decem octo florenorum, hoc est a qualibet Marca usuali, sex grossos cum medio. Medietas autem a praedictis Censibus iuridis, solui debet pro Dominica Misericordia proxima. Alia vero medietas pro festo Sancti Bartholomei Apostoli.

Item domini Spirituales et Saeculares, ac etiam Aduocati, qui habent Census pecuniarios iuridos ex domibus, quae sunt in Ciuitatibus sub locatione seu arenda, ex Balneis, ex Opificibus, Piis et Cruorum Tabernis, Cerdonibus, Piscatoribus, Mercatoribus, Laniis, institis, Sutoribus, aliis ex omnibus prouentibus pecuniariis, qui aliunde quoque ex Laneis illis obueniunt, soluent similiter ab octoginta Marcis pecuniarum, decem octo florenos in moneta, ad ratas temporum

supraescriptas, hoc est medietatem pro Dominica Misericor:
dia post Conductum Pasche proxima, aliam vero pro festo
Sancti Bartolomei Apostoli.

Palatini, Castellani, Succamerarii, Burgrabii, Dignitarii,
Castrorum Tribuni, et alii omnes officialibus proventus
pecuniarios quoscunque et qualescunque in Zuppis, Theloneis,
vel alibi habentes solvent etiam ab octoginta Marcis
decem octo florenos in moneta ad rathas temporum su:
prascriptas

Item venatores, Custodes, equiciarii maiorum Regiarum
et alii subditi in servitiis sub dominis sedentes, possessiones
et proventus aliquos habentes, et neque Censum, neque quam:
cunque aliam Contribucionem solventes, solvent de quolibet
Laneo viginti quatuor grossos. Qui vero non habent
integros Laneos secundum quantitatem Lanei contribuent,
de medio vigt Laneo duodecim grossos, de quarta parte
Lanei sex grossos.

Item villae mee Regie, et dominorum Secularium Castris
servientes, et Censum non solventes, solvent vigore presentis
Constitucionis de quolibet Laneo viginti quatuor grossos,
non obstante eo quod antea publicas Contribuciones solvere
non solebant.

Item Burgrabii Terrestres et Castrenses, et Exactores,
qui ex quodam abusu publicas Contribuciones pro Regni
defensione decretas de bonis suis non solvebant, contribue:
re debent de omnibus bonis suis, ac etiam de proventibus
pecuniariis, quos habent, modo et ordine supradicto, quem:
admodum alii contribuent.

Item Sculteti et Advocati villarum liberi, non habentes
Census, duntaxat Laneos colentes, solvent de suis Laneis

per viginti quatuor grossos. Advocati verò Kmetones seu Colonos habentes, ita vt alii domini, cum suis Colonis ad rathas suprascriptas contribuent, videlicet de quolibet Lanco viginti quatuor. Quia verò nonnulli Advocati et Sculteti, ac Nobiles pauperes, vt colludant cum Exactoribus meis, et reipublicae onera euitent, collocare solent Kmetones in parte agrorum Advocatiae suae, aut bonorum suorum, etiam minori vno Lanco, vt ab eis solummodo Contributio exigatur, et ipsi soli ab huiusmodi exactione sint liberi, tales poenis meis Regiis subiacebunt, quos exactores diligenter annotabunt.

Item Nobiles pauperes, Colonos et Census non habentes de quolibet Lanco culto, soluent sedecim grossos. Qui verò non colunt soli agros nec Colonos in eis habent, sed locant pro Censu pecuniario ipsos agros suos soluent ab octuagintas Marcis decemocto florenos in moneta, ita vt à Censibus medis pecuniariis alii omnes contribuent. Illi verò Nobiles qui non habent Lancos, sed Praedia computatis eiusmodi eorum Praediis in Lancos, soluent de quolibet Lanco sedecim grossos, de medio verò Lanco octo grossos, de quarta parte Lanci quatuor grossos, et reliquum de quantitate Lancorum, secundum antiquas quitantias. Qui autem ita rebelles et obstinati antea fuerint, vt nullas Contributiones superiori tempore de bonis suis soluerint neque antiquis quietacionibus se tueri valuerint, tales secundum possessiones suas dare et soluere eandem Contributionem modernam omnino teneantur, praesertim cum neminem propter necessitatem Reipublicae exemptum ab ea esse volumus, non obstante quauis consuetudine siue potius abusu contrario. Vbi autem duo tres vel quatuor Nobiles pauperes vnum Lancum colunt, soluet

omnes de eiusmodi Laneo sedecim grossos, alias quisque illo-
rum soluet secundum quantitatem agri et portionis Lane-
orum, videlicet medietatem pro dominica post Conductum
Pasche proxima, que misericordia appellatur, aliam vero
medietatem pro festo Sancti Bartholomei Apostoli.

Item Ciuitates et Oppida, tam subditorum meorum, quam mea
Regia Spiritualium et Saecularium in toto Regno meo,
exactionem Ciuilem quam Schos vocant duplam, iuxta an-
tiquas quietancias soluent et Contribuent, non obstante li-
bertate ipsis propter conflagrationem concessa, que valere
non debet, propter hanc reipublice presentem necessitatem,
nisi in illis Ciuitatibus et Oppidis quibus huiusmodi liber-
tates, à quatuor annis sunt concesse, alie vero vlterio-
ribus annis emanate, robur quo ad hanc publicam huius
anni Contribucionem non debent habere, que quidem exa-
ctio Ciuilis, dupla solui debet per easdem Ciuitates et
Oppida, prima, ~~videlicet~~ medietates incipiendo à dominica Pal-
marum, et desinentes, vsque ad Dominicam Misericordia. Alia
vero medietas incipiendo à festo Sancti Laurentii et de-
sinere, vsque ad festum Sancti Bartolomei Apostoli inclu-
siue

Item villae vastatae, exustae et libertatem habentes que
non soluunt censum dominis suis, earum incolae liberi sunt
et esse debent à solucione Contribucionis in presenti Conuentu
constitutae.

Item Inquilini in Ciuitatibus sex grossos, in villis vero
tres grossos, qui neque Ciuilem exactionem, neque de la-
neis soluunt, et similiter Piscatores circa fluuios et alias
aquas residentes, qui nullos alios agros habent. Item
rustici septimanatim laborantes soluent sex grossos.

Item Contribucio Cereuisie, vini, Medonis, Malmatici,

Musatellae, Czopowe dicta, in huiusmodi Ciuitatibus et Oppidis, ac Tabernis villarum tam meis quam subditorum nostrorum, Spiritualium et Secularium, incipiendo a festo Penthecosten proximo ad integrum annum, a singulis Cerewisiae coctoribus more solito solui debet, ex quibuscumque braseis fuerit Cerwisia cocta, siue brasea ipsa sint Ciuium et dominorum siue ex molendinis prouenientia et emensurata, siue domi facta, item etiam a Cerewisia, quam domini et Nobiles ex braseis suis coquunt, seu braxant, et illam dant ad propinandum suis Tabernatoribus, ac etiam de Cerewisia externa, ut Swidnicen, Theschinensi, Bernomien, et alia quacumque Contributio ipsa Czopowe soluatur.

Item Tabernatores haereditarii, qui aduecticiam propinant Cerwisiam per viginti quatuor grossos, secundum exigentiam agrorum quos possident. A coctura autem Cerewisiae domesticae iuxta exigentiam Contributionis Czopowe exoluant. Manuales vero Tabernatores sex grossos hoc anno exoluent ad rathas temporum supra scriptas.

Molendina vero villarum tam nostrarum, quam subditorum nostrorum Spiritualium et Saecularium, quae Porzezne vocantur, manuales seu anniuersarios molendinatores habentia ex singulis rotis sex grossos soluent. Haereditarij vero molendinatores dictarum villarum et Folusse, ex singulis rotis Molendinorum suorum, quae walne dicuntur, unum fertonem persoluent ad rathas temporum supra scriptas. Item Molendina Brasealia et haereditaria aquatica et equestria, in omnibus Ciuitatibus et Oppidis more veteri taxata, et secundum antiquas quitancias Contributionem quae Schos dicitur duplam, a qualibet Marca taxae quatuor grossos persoluent pro dominica proxima post

Conductum Paschę vnam Contributionem Schos integram. Aliam verò pro festo Sancti Bartholomei Apostoli.

Molendina verò ventilia duodecim grossos. Illa verò Molendina ventilia quæ anniuersarios Molendinatores habent, sex grossos soluent ad rathas duas temporum suprascriptas. Et similiter illa molendina, quorum tercias mensuras Tenutarii bonorum nostrorum Regiorum exemerunt et illas à se emptas, in summis pecuniarum obligatas tenent, ad vsum et vtilitatem suam soluent Contribucionem, quæ Schos dicitur, sicut reliqua omnia molendina in Regno meo, seu illorum Molendinatores eam soluere consueuerunt, contraria consuetudine, quæ corruptela potius dici debet, penitus non obstante. Quorum autem Molendinorum meorum Capitanei mei de mandato nostro et pecuniis meis terciam mensuram redemerunt ad meam vtilitatem, ex illa mihi solui debet.

Minerariæ officinæ alias ferrum facientes et serræ hæreditariæ ex singulis rothis, per Fertonem, Annuales aut officinæ minerariæ, et similiter annuales serræ, hoc est, locatæ seu conductitiæ, à qualibet rotha sex grossos soluet.

Item Sacerdotes Rutheni qui Popones dicuntur, ex singulis Ecclesiis et Synagogis vnam sexagenam grossorum. Prothopopones verò, alias Namiesnici, per duas sexagenas in moneta soluent. Et similiter Popones Armenii.

Item Epi. Armeni et Rutheni Wladicæ de censibus suis pecuniariis modis quibuscunque, soluent etiam quemadmodum et alii ab octoaginta Marcis decemocto florenos per mediam sexagenam computatos, alias secundum quantitatem census à singulis vero Marcis vsualibus sex grossos cum medio.

Item dantes pecunias suas quibuscumque personis pro annuo censu, etiam ab octoginta Marcis pecuniarum, decemocto florenos soluet, alias secundum quantitatem summae, a qualibet Marca usuali, sex grossos cum medio.

Solutio autem a censibus undis modo suprascripto fieri debet medio uniuscuiusque soluentis iuramento, et medietas summe soluende, ab iisdem censibus pecuniariis undis dari et solui debet, pro dominica post Conductum Pasche proxima. Alia vero medietas pro festo Sancti Bartolomei Apostoli.

Et quicumque deprehensus fuerit fraudem aliquam in solutione ab ipsis censibus undis pecuniariis commisisse, et non iuste id, quod debet soluisse, duplum soluere teneatur.

Item Valachi ex singulis Laneis integris, si illos habent, vel areis, que Dworzisza dicuntur, duodecim grossos soluent et qui agros non habent, a singulo centenario ouium similiter duodecim grossos soluent, sex grossos pro prima, et reliquos sex, pro secunda ratis superius expressis.

Item Judei omnes et singuli in regno et omnibus Ciuitatibus et oppidis, tam meis quam quorumcumque subditorum meorum Spiritualium et Secularium patresfamilias siue hospites hoc hoc est, qui rem suam familiarem, per se ipsis agunt et exerceant, siue quod dici vulgo solet, qui panem suum comedunt, omnes huiusmodi vitam iam degentes soluere tenentur fideliter sine ulla fraude et dolo mediam sexagenam, hoc est triginta grossos pecunie usualis, ad duas temporum ratas suprascriptas, hoc est pro dominica post Conductum Pasche proxima quindecim grossos, et pro festo Sancti Bartholomei Apostoli reliquos quindecim grossos non obstante quod multi huiusmodi hospites in una domo, habitent, alioquin si aliqui in ea re fraudem committentes deprehensi et delati fuerint, poenis arbitrio meo Regio in eos extendendis, subiacebunt.

Quia verò nonnullæ Civitates et Oppida, tam meá Regia, quam subditorum meorum, Spiritualium et Secularium, eam sibi vitandæ istæ Contributionis Czoporue excogitarunt viam, vt à nobis impetrarent, quo sibi liceret certa summa pecuniæ eandem Contributionem integri anni redimere. Propterea nos necessitati reipub(licæ) commodare volentes, et postulationi Nunciorum terrestrium annuentes statuimus, vt eam ipsam Contributionem Czoporue, non secundum impetrationes suas et concessionem meam, sed integre quemadmodum debent, et quemadmodum ex dictis Civitatibus et Oppidis provenire debet, hoc anno, ad necessitatem reipublicæ exolvant.

Praeterea etiam eorum inventis obviam ire volentes, qui ex incommodo et detrimento reipub(licæ) suis commodis studere consueverunt arendam, eas ipsas Contributiones duallorum, quæ Czoporue appellantur. Propterea statuimus de consilio et consensu Consiliariorum Regni mei, et Nunciorum terrestrium, quód nemo huiusmodi arendas facere aut petere audeat, quas nos nemini faciemus, aut si fortasse aliquis id à nobis per oblivionem impetraverit, irritum esse debet, et nullius momenti, sed omnia quæcunque ex eadem Contributione provenient, fideliter debent colligi, ad necessitatem reipublicæ converti.

Exactor autem omnium et singularum prædictarum Contributionum inferius descriptus, eas ipsas Contributiones modo et ordine suprascripto fideliter exiget, et collectas in manus Mag(nifi)ci Thesaurarii Regni mei perferet, et integrè comportabit. Iuratusque esse debebit, et à Iuramenta à Spiritualibus, et Saecularibus, siue eorum Nunctiis et factoribus, qui tamen debent esse Nobiles fide digni

Contributionem à Censibus pecuniariis undiq hoc modo institutam soluentibus recipiet.

Vt autem suprascripta ordinatio in exigendis Contributio: nibus facta debitè exequutioni demandetur in Pala: tinatu & Districtibus

Exactorem infrascriptum

Generosum

de consilio vniuersi Senatus, & Nunciorum terre: stenim designauimusq et constituimus, designamusq et constituimus praesentibus liris meis

Qui quidem Exactor in Conuentu Particulari Palatinatus sive terrae sue, proxime à nobis indicando, faciet coram Nobilitate, sive ab eis deputatis, et deinde in Conuentu regni mei generali proximo coram nobis & Consilia: riis meis plenam et exactam rationem, de omnibus Con: tributionibus Palatinatus, sive terrae in qua fuit exactor specifice, et singillatim demonstrando, quantum videlicet de singulis exactionibus suprascriptis proueniat à quolibet seorsum, faciet et referret, vt sciri possit, quae summa pecuniarum ex vna quaq Contributione publicarum praedictarum colligatur.

Quitaciones ad alium q ad reipublicae vsum ab eisdem Exactoribus ostensae et exhibitae valere minime debebunt.

Quia verò multi queruntur q Contributiones praedictae, quae pro necessitate reipublicae Regni mei laudantur et instituuntur, non integrè ab Exactoribus comporta: tur: Ideo nos prouidere volentes, ne id quod ab omnibus pro communi bono & necessitate contribuitur, alio sub: ducatur in fraudem ipsius Reipublicae Regni nostri, Decernimus & ordinamus, vt Coloni qui ad soluendas ipsas Contributiones publicas obligantur, quisq ad domi: num

dominum suum seu possessorem villae quam incolit, aut
ad Factorem, suie Praefectum, dominus verò seu possessor
suie Praefectus ad Exactorem integrè et fideliter eam
ipsam Contributionem publicam deportare teneatur, da:
bitqz dominus suie possessor aut Factor villae Exactori
Contributionem accipienti, recognitionem literariam ob:
signatam et subscriptam, quo euidentius appareat quã:
tum ex aliqua villa vel bonis ratione dictae Contribu:
cionis sit soluendum. Quod ipsum et Nobiles pauperes
quisqz pro se facient. Exactor verò in recipienda do:
mino suie possessor villae et bonorum eiusmodi Con:
tribucionis publicae pecuniae, Quietancias priores in:
spicere debebit, ex quibus deprehendet, si iste Contri:
butio ipsa per dominum et possessorem villae seu bono:
rum illi afferetur, necne.

Quare vobis omnibus et singulis suprascriptis mandamus
vt pro temporibus seu rathis superius expressis in ma:
nus praefati Exactoris nostri, easdem Contribucionẽs
secundum quod ad vnum quemqz pertinet modo praemisso
persoluere curetis. Vos verò Exactores diligenter illas
colligatis, et pro rathis superius designatis colligere
non negligatis. Eos verò qui in soluendis eis negligẽ:
tes fuerint, locorum Capitaneis deferatis, vobis etia
Capitaneis quorum interest mandamus vt easdem
Contribucionẽs superius expressas in locis, Ciuitatibus
et oppidis Capitaneatus vestri proclamari publicè fa:
ciatis, et ad manus praefati Exactoris nostri pro rathis
supra expressis, sub poenis ad hoc constitutis, ex officio nostro
nomine, ad necessitatem reipublicae mandetis, absqz
cuiusuis morae et dilacionis interuentu. Negligentes
autem in soluendo et contumaces per pignorationes et
alias poenas solitas ad soluendum easdem Contribucionẽs
compellatis,

compellatis, sub poena centum Marcarum pecuniae, quam Capitanei negligentes exequutiónem et pignorationes exsolvere, in Conventu generali proxime celebrando tenebuntur, et quisque eorum tenebitur postquam delatus et convictus in negligentia fuerit. Si veró contigerit, quod Exactor aliquam Villam iniuste quasi Contributionem non exsolvisset, detulerit, et Capitaneus postea ad pignorationem mittens, quietacionem apud eosdem Colonos invenerit, extunc talis Exactor, poenam quatuordecim Marcarum propterea succumbet, quae Capitaneo quem frustra fatigavit cedere debebit, pro qua poena Exactor Citatus, coram nobis, vel iudicio terrestri respondere et satisfacere tenebitur. Ne autem aliquis error in quietacioni: bus exhibendis committatur, Statuimus quod Exactores in quitationibus diem, Mensem, et annum, qua Contributionem accepit, diligenter adnotent, et in Regestra sua diligenter referant. Similiter etiam diem qua negligentes et non solventes Villas Capitaneo detulit, in Regestris diligenter adnotent, ne quis error et implicatio rerum, accidere possit.

Quietaciones veró et antiquas non debent Exactores discerpere sive lacerare, vel ad se recipere, sed eas rursus his qui eas attulerunt restituere, pro officio veró, et gratia mea, aliter non faciunt. Datum Piotrcovie in Conventióne generali. feria quinta ante dominicam Invocavit. Anno domini 1 5 XXXVIII.°
Regni nostri anno XXX° secundo.

Ad mandatum Sacrae
Regiae Mtis proprium

Sigismundus primus Rex Poloniae
Capitaneis Terrarum Regni

Mag^ce sincere nobis dilecte. Cum in exigentibus Reipub^ce nimium arduis necessitatibus, Nos cum omnium ordinum et Senatorum Regni, ac Nunctiorum Nobilitatis voluntate, et consensu, Contributiones publicas pro tuendo et defendendo Regno, in hoc Conventu generali decrevimus: Operaepretium est, vt per Exactores ad hoc deputatos summa cura et diligencia citra vllam moram exigant, iuxta formam et modum in literis vniuersalibus descriptum. Quia vero magna interest Reipub^ce vt locorum Capitanei non sint negligentes, in puniendis et pignorandis hiis, qui negligentes fuerint in soluendis Contribucionibus quibuscunque, pro ratis in literis vniuersalibus specificatis, Ideo pro meliori et ampliori S^tis tuae informatione, mittimus ei cum hiis literas vniuersales sigillo meo obsignatas, ex quibus abunde intelliget quomodo aduersus negligentes in soluendis et contribuendis Contributionibus procedere debeat.
Mandamus igitur S. tuae, vt mox visis presentibus, omni mora sublata, easdem Contributiones in literis vniuersalibus specifice expressas, in Ciuitatibus et oppidis Capitaneatus sui diebus fori et festis, proclamari publice faciat, et ad manus Exactoris terrae et Districtus Capitaneatus S. tuae pro ratis in eisdem literis vniuersalibus expressis, sub poenis ad hoc constitutis exolui debeat, ac mandet, absque quauis diffugij exceptione, mora et dilatione. Negligentes autem in soluendo et contumaces, per pignorationes et alias poenas solitas ad soluendum easdem Contributiones compellat, sub poena

centum Marcarum pecuniae, quam ex S. tua irremissibile, iuxta decretum presentis Conventus generalis in proxime futuro Conventu exigemus, ac exigi mandabimus. Mittimus praeterea ad eandem S. tuam alias literas universales inhibitionis et occlusionis itineris in Hungariam et Slesiam, et etiam literas universales pro mutua receptione monetae Litwanicae et Polonicae, iuxta decretum huius Conventus. Eadem igitur cura et diligentia mandamus S. tuae, ut supradictas liras et edicta presentibus alligata in promptam et expeditam executionem ponat, caveatque ne per eam in premissis omnibus ulla negligentia quantum ad officium eius ptinet, committatur. Sub poenis superius et in liris universalibus specifice expressis, quas de negligentibus Capitaneis, irremissibiliter sumus recepturi et exacturi. Datum in Conventu generali Piotrkoviensi feria quinta ante Dominicam Invocavit Anno domini 1538 Regni vero nri anno 32°

Ad mandatum Sacrae
Regiae Mtis proprium

De valore Polonicae ac Litwanicae monetae:
ut in utraque dicione utraque moneta recipiatur

Sigismundus Rex Poloniae

Universis et singulis Principibus, tam Spiritualibus quam Saecularibus Rmis ac Rndis in Chro Patribus dominis Archiepis, Epis, Necnon Mgcis, Generosis, Nobilibus et Famatis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis Civitatum et Oppidorum nostrorum atque eorum: cunctisque subditorum nostrorum, Proconsulibus, Consulibus,

Communitatibus, et generaliter omnibus subditis meis
cuiuscunque ordinis, gradus, et conditionis existentibus
ad quos presentes litere nostre pervenerint, et infrascri:
ptum edictum meum perlatum fuerit. Sincere fidelibus,
et grate nobis dilectis gratiam meam Regiam. Sincere
fideles et grate nobis dilecti. Cum proxime superiori:
bus annis, in Magno Ducatu meo Lituanie ageremus
magne fuerunt difficultates et dissensiones inter sub:
ditos et Aulicos meos Regni Polonie, et similiter sub:
ditos Magni Ducatus Lituanie, idque occasione recep:
tionis monete Polonice. Nos vero obviam euntes hu:
iusmodi difficultatibus et dissensionibus, volentesque
in hoc commoditati utriusque dominij subditorum pro:
spicere, de consensu et voluntate Consiliariorum Ma:
gni Ducatus Lituanie, utramque monetam probari
gradatim iussimus, et comperimus: quod quatuor grossi
Lituanici constarent grossos Polonicos quinque. Atque
ideo tum e vestigio consentientibus, ut diximus Consili:
ariis illius Magni Ducatus, iussimus utramque mo:
netam, per Magnum Ducatum predictum, passim reci:
piendam, videlicet quinque grossos Polonicos, pro quatuor
grossis Lituanicis. Pro octo grossis Lituanicis, decem
Polonicos, et sic in infinitum numerum. Ea tamen con:
ditione id facere nobis tunc temporis licuit, ut vicissim
in Regno Polonie moneta Lituanica pro Polonica sub
ea estimatione et valore reciperetur, grossi videlicet qua:
tuor Lituanici pro quinque Polonicis. Quodquidem postea
in eo Conventu coram universo Senatu et Nuncijs ter:
rarum exposuimus et declaravimus. Placuit universo
Conventui, idque de eiusdem Conventus consensu et volu:
tate sancimus, atque etiam edicimus, ut pariter moneta
Lituanicalis in universo Regno nostro prorsus recipere:

tur

recuperetur, hoc est, quatuor grossi Lituanici numerentur pro quinque Polonicis, et ita usque ad summam quantumvis ingentem vel exiguam servari et teneri debebit. Quocirca vobis locorum Capitaneis ac illorum Vicecapitaneis committimus presentibus et mandamus, quatenus hoc edictum nostrum per loca Civitates, et Oppida, ac apud Parrochiales Ecclesias diebus festis ac fororum, atque Nundinarum per publicas proclamationes ad scientiam et notitiam universorum denunciari: Exemplaque seu copias huius edicti mei ad valvas Ecclesiarum, et portas praetoriorum affigi faciatis, ne fortassis quispiam praetendat de hoc edicto meo se ignorantiam habere, aliter igitur facere non debeatis, sub poenis contra negligentes Capitaneos statutis, et pro gratia mea. Datum Piotrkovie in Conventione generali feria quinta ante Dominicam Invocavit. Anno domini 1538 Regni mei anno 32°

Ad mandatum Sacrae
Regiae Maiestatis proprium

Occlusio viae Mercatoribus in Hungariam et Slesiam. Sigismundus Rex Poloniae

Universis et singulis Principibus, tam Spiritualibus quam Saecularibus Reverendissimis ac Reverendis in Christo Patribus dominis Archiepiscopis, Episcopis, Necnon Magnificis Generosis Nobilibus et Famatis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Civitatum et oppidorum meorum ac quorumcunque subditorum meorum Proconsulibus Communitatibus et generaliter omnibus subditis meis, cuiuscunque ordinis, gradus, et condicionis existentibus

ad quos praesentes literae meae pervenerint et infrascriptum
edictum meum perlatum fuerit, Sinceri fidelibus et grate no:
bis dilectis gratiam meam Regiam, Sinceri fideles et
grati nobis dilecti. Cum ita et publica Regni nostri
commoditas exigere visa est, et Senatores totiusque
ordo equester, id a nobis summis precibus per Nun:
tios suos contendissent, ut ad evitandas magnas in:
commoditates, iniurias, et depredationes in quas subditi
mei ab Incolis Regni Hungariae, et Ducatus Slesiae
annis proximis inciderunt, et usque adhuc eas susti:
nere coguntur, educendi et exportandi quasvis e Re:
gno meo in Slesiam et Hungariam res et merces sub:
ditis meis facultatem interdixeremus, interdictoque hoc
suo edicto meo, iter omnibus subditis meis in Sle:
siam et Hungariam cum mercibus occluderemus: Fe:
cimus non inviti, presertim ex plurimis, et gravibus
causis, ut hasce literas et edicta mandataque mea con:
scribi iuberemus. Atque ideo vobis omnibus supra:
scriptis strictissime mandamus, ut occlusionem et pro:
hibitionem hanc, et iis mandata nostra firmissime ser:
vetis, incipiendo a festo Sancti Stanislai Episcopi et Mar:
tiris proxime venturi, quod erit octava die Mensis Maij
usque ad expressam nostram revocationem et relaxa:
tionem huius edicti, quae fieri non debebit nisi in
Conventu generali et de voluntate ac consensu Senatus
Regni et Nunctiorum terrestrium. Ita videlicet quod ne:
mo audeat in Hungariam et Slesiam res et Merces ali:
quas, tam grandes quam parvas cuiuscumque quantitatis fue:
rint, praeterque sal nostrum Regnum educere et infer:
re, sed nec ad alias quoque remotiores partes easdem res
et Merces per ipsam Slesiam et Hungariam ducere sub
amissione ipsarum rerum et Mercium quas contra

praesentem inhibitionem nostram de Regno nostro duxerit.
liberum autem esse debet Mercatoribus aliisque hominibus
ex Slesia et Hungaria et ex aliis extraneis partibus qui-
buscunque ad Civitates et Oppida Regni mei, ad ea vel
ad quae ab antiquo vie consueverunt cum rebus et mer-
cibus suis quibuscunque venire, et ibidem emere, aut ven-
dere, resque et negotiationes suas ac alias actiones licitas
cum nostris subditis exercere. Et contra e Regno libere
cum bobus, rebus et mercibus solutis datiis et theloneis
debitis ac consuetis exire. Subditis vero meis licebit
ad alias provincias et Regna praeterque ad Slesiam et
Hungariam res et merces quascunque de regno meo tran-
smittere et ducere dummodo per ipsam Slesiam et Hungariam
illas non transmittant, nec duci aut vehi faciant. Et quia
suspicamur fore nonnullos qui hanc prohibitionem et occlu-
sionem vie in Slesiam et Hungariam in contemptum de-
cretorum et mandatorum meorum et in pessimum inobe-
dientiae exemplum transgredi non verebuntur. Statui-
mus cum universis Consiliariis et terrarum Nun-
ctiis in generali Conventu Piotrcoviensi proxime prete-
rito congregatis quod quicunque compertus fuerit, qui eandem
prohibitionem meam transgressus esset, aut etiam cum
pecunia parata negociandi causa in Slesiam vel Hun-
gariam sese contulisset, poena Carceris unius anni, et
ammissionis pecuniae et rerum quas portaverunt puniatur.
Qui vero in transgressione deprehensus non fuerit, sed
vel furtim vel conniventia Capitaneorum transgressus,
et de hinc domum reversus, si testibus idoneis convictus
fuerit eam transgressionem commisisse, is poenam amis-
sionis bonorum suorum omnium luat. Si autem quispiam
Capitaneorum permiserit aliquem contra prohibitionem
meam in Slesiam et Hungariam transire cum scitu et volun-
tate

voluntate sua, talis Capitaneatus sui officio privari, et alia quae nobis digna videbitur, animadversione puniri debebit. Si vero quispiam Capitaneus fuerit qui bona mea habuerit oppignorata, perdere debet absque ulla spe veniae, summas omnes pecuniarum quas in ipsis bonis meis habuerit inscriptas, eademque bona ipso facto ad nos devolvi debebunt. Quod si Burgrabius vicecapit. aut Notarius Capitanei modo supradicto excesserit, et idoneo testimonio convictus fuerit, quod aliquem contra prohibicionem meam, in Slesiam et Hungariam transire permisisset, quovis colore vel praetextu, illum eius dominus, vel coniicere, vel ad poenam Carceris unius anni in fundo Turris nobis extradere debebit, Atque huic constitucioni meae et Decreto, universi homines tam mei quam subditorum meorum Spiritualium et Secularium subiacebunt, nec quisquam exemptus esse debebit. Proinde vobis locorum Capitaneis ac Proconsulibus et Consulibus Civitatum et oppidorum severe praecipimus ut hanc nostram constitucionem ac edictum ubique in omnibus locis publicis, ad quod homines frequenter convenire solent, denunctiari et proclamari faciatis, ne aliquis ignorantiam praetendens, aliquid contra eandem Constitucionem nostram committat, et poenas suprascriptas incurrat. Vos vero Capitanei in perquestigandis et custodiendis ~~constituendis~~ locis omnibus ac itineribus, ne quis eandem prohibicionem nostram, transgrediatur, curam et diligentiam omnem adhibeatis, et quoscumque offenderitis vel deprehenderitis, in minima quaque re, contra hanc prohibicionem meam excessisse, illius res et ipsummet capiatis, et usque ad instructionem et documentum meum detineatis, sub poenis contra Capit. et Officiales negligentes statutis et pro gratia mea aliter non facturi.

Datum in Conventione generali Piotrkowien feria quinta ante Dominicam Invocavit Anno domini 1538 Regni vero mei anno tricesimo secundo

Ad mandatum Sacrae
Regiae Maiestatis proprium

Edictum ne Poloni vadant e Regno ad
Militiam externam
Sigismundus Rex Poloniae

Magnifice sincere nobis dilecte. Credimus tuae S. abunde constare opus esse nobis hoc anno non parva manu militum Mercenariorum et proinde S^ti tuae mandamus, ut in omnibus Oppidis, Villis, circa Ecclesias Parrochiales diebus festis atque fori publice ac diligenter proclamari faciat, ne quisque subditorum nostrorum Militaris ordinis aut bello aptis tam pedites quam equites de Regno meo excedere et aliorum obsequiis Militaribus se addicere debeat, qui subditi mei Capitaneatus S. tuae nobis militare volentes, equos et arma in promptu habeant. Nos enim non post multos dies curabimus militem scribere et in eum pecunias distribuere Si quis autem contra hoc edictum nostrum ire voluerit indignationem meam ut desertor Reipublicae noverit se incursurum et aliter facere non debeat sub poenis contra negligentes Capit statutis et pro gratia mea. Datum in Conventione generali Piotrkowien feria quinta ante Dominicam Invocavit Anno domini 1538 Regni mei anno tricesimo secundo

Ad mandatum Sacrae
Regiae Maiestatis proprium

Contributio etiam Czoporne fuit
ad unum annum instituta



Prelium et conflictus Polonorum militum cum Valachis ad flumium Schereth pria Februarii 1538

Eo autem tempore: vz in Januario et Februario Comicia Regni generalia in Piotrkow agebantur: turbulenter. Sed postquam nunciatum est nostros esse caesos: turbe iste sunt sedatae: et de defensione, ac ulciscendo hoste solide consultatum

Hii ex nostris perierunt.

Ex Comitiua Nicolai Jazlowiezki seu Sieniawski Castell. Belsensis

Dawidowski
Jurgiowski
Boldugij
Domaraczki
Andrzei Volhinetz
Jakimowski
Lochorzkij
Palnczki

Ex Comitiua Andree de Thenczin Castell. Polanecen.

Stanislaus Mayk
Sutkowski
Orlowskij
Gorski
Domaraczkij
Vynakowski
Okowiezki
Niesrhowskij
Conarski
Paulus Sieniczkij

Ex Comitiua domini Gologorski

Liewiezki
Galeski et alij plurimi

Ex Comitiua domini Baticzkij

Janowe
Crolikowski
Szawinski
Clopozki
Czienwiarski
Choraczki
Kietlinski
Corzieniewski

Ex Comitiva domini Miskowsky
Janczura
Ex Comitiva domini Czarttkowski
Hermanowski
Rutowsky
Ex Comitiva domini Troianowsky
Stanislaus ossowski
Bremmidzki
Ex Comitiva domini Zaborowski
Wrzbowski
Loss
Gosliczki
Wirzborowski
Buczkowski
Ex Comitiva domini Bernardi Pretffitz
Larkozki
Alter Lakozki fratres germani
Ex Comitiva Wlodkonis
Solus Wlodek Rotmagister captus
Urbanski
Liedniczki
Iwan Moskwigin
Ex Comitiva Alexandri Sieniawski
Lipniczki
Domaraczki Makowski
Slibiczki Grumkowski
Ex Comitiva domini Procopii Sieniawski
Herbortowski
Drosdowski
Knissek
Ex Comitiva domini Starzechowski
Grochowski

Ex Comitiua domini Potozki
Dobromirski
Trambezki
Ex Comitiua domini Dobrosolowski
Klonowski
Krolikowski

Ex Comitiua domini Pileczki
Solus ipse Pileczki Rotmagister periit
Byzinski
Ex V Comitiua Weglienski
Ipse Weglenski Rotmagister periit
Ferrat Wisschezki raptus

Istorum Nobilium Militum: qui vulgo socii vocantur, Servitores ac famuli prope 800 perierunt animose cum Valachis pugnando.

Querela Reipublice Polone per Clementem Ianicium.

Desine Romanos narrare Polone Tumultus.
Et plenos misera sedicione dies.
Nascuntur graviora domi, magnisque resurgunt
Viribus, in proprium precipitanda caput.
In partes sum scissa duas, pluresque, quod unum
Exicio multis gentibus ante fuit.
Vtque vetusta qui dimittam exempla priores.
Hoc solo cecidit Pannonis ora malo.
Sed nihil vicini terrent documenta pericli.
Nec terret natos proxima flamma meos
Privatis inhiant rebus: sua commoda quisque
Venatur, tanquam sit mea vita nihil
Que nunc ad summam vergit prolapsa ruinam.
Ni Divum celeri restituatur ope.
Nec tamen hostili iaceo prostrata lacerto.
In me turba suas armat amica manus.
In celsa preter meritum quos Sede locavi.
Custodes nostreque constituique rei
I mea quibus: quibus est Legum commissa potestas:
Quos feci in populo numinis esse loco:
Quos a sorde patrum erexi: quos vellere meo
Ornavi, et titulos divicias que dedi.
Hi me precipitant proh numina sancta Deorum.
Hoc meriti Precium grande primumque fero.
O mea Nobilitas (nam quid te preter in istis
Eximius possum iure vocare meum).
Sola mee superes cupida et studiosa salutis.
Vix tamen auxilio iam potes esse mihi.
Libertas oppressa tua est, quam sanguine et armis

Et virtute patres emeruere tui.
Ut tamen hanc repares, pereas quod tota ruina:
Dum licet utendum est hac ratione tibi.
Nil temere et petulanter agas, modus optima virtus
Cunctaque sub recto discute iudicio.
Commodius leniore meum sanabitur ulcus
Fomento. apponas si violenta nocent.
Quis Legatorum novus heus furor iste tuorum
Dicendus furor est, cum magis ille timus:
Discessere, fuit cum defendenda per illos.
Sic ego sum diris sola relicta Lupis.
Excusant factum adversi improbitate Senatus
Sed tamen haec causa est non satis aequa mihi.
Cum sit Rex qui me multis feliciter annis
Consilio iusta sustinuit que manu.
Quo nihil in toto melius neque mitius orbe.
O servent illum tempora longa mihi
Cum restent aliquot Proceres quos publica tangunt
Commoda, et officii qui meminere sui
Horum praesidio poteras tentare salutem
Et tempestati consuluisse meae
Si nihil proficeres, satis esset amica voluntas
Parva quamvis nimium sed tibi visa mora est.
Atque utinam non sic temeraria coepta fuissent
Horum qui causam deseruere meam.
Non ego tam saevos subiissem moesta dolores.
Nec quererer casum non procul esse meum.
Nec mihi cernenti varios consurgere luctus:
Terreret tristis cor animumque metus.
Ecce furit Valachus: saevis exercitus armis
Russia, et in vinclis, caedibus, igne iacet.
Aspiceres faciem, quae sit plangentis imago.

Respice et facies dure Polonę tue
Quattuor integrum miseris constricta Cathenis
Deq(ue) suo trahitur non reditura solo.
Squallida, tristis, inops, Laceris miseranda capillis.
Deiiciens victum sanguinolenta caput.
Nec quemq(ue) morbus redimit, nec sexus et ætas.
Hostis inexpleto cuncta furore metit.
Ille vocat frustra natum: frustra ille parentem
Implorat frustra vincta puella virum.
Pignora vigilantur ab vberibus rapta, nec vlla
Inuenias varium strage cruore locum.
Tecta cremata ruunt: et opes sudorq(ue) Coloni.
Quadrupedum rapitur pellitur omne genus.
Nam taceo (lachrymis vocem et prohibente dolore)
Quingentos nuper cum cecidere viri.
Martigene iuuenes fortissima pectora pugnę
Millia qui aduersę sustinuere decem.
Sed periere tamen, numero superante doloq(ue)
Hostis enim occultis stabat in insidiis.
Nil te tanta mouent o turba domestica, quę nil
Curas priuatam preter auariciam.
Omnia parua putas, quę sunt mea, maxima cum sint:
In quibus et vitę est summa, caputq(ue) tue.
Te ne fore incolumem speras post funera matris
Quę te fecundis sustinet vberibus!
Tunc decus, leges, et libera iura tenebis!
Dissidio grauiter nunc labefacta tuo!
Sed tibi vera odiosa nimis, nam vera loquentes
Despolias titulis, despoliasq(ue) bonis.
Vera loqui timeo, ne forte nouissima primis
Eueniant misere deteriora mihi
Magne Pater qui colla iugis onerata malignis

Ut depressa leves, exoneresq; voras
Ad te confugio supplex: me turbine in isto
Respice, et afflictis porrige rebus opem
Tu libertates, tu iura, trophea dedisti:
Ante mihi, nisi ades, nunc ea fracta ruunt.
Da proclinatae fulcimenta ruinae
Illustraq; meum pneumatis igne genus.
Consilium regis moderare, et vota Senatus.
Et sanos fasse fac animos populi
Hosq; mei qui sunt iustissima causa doloris
De coelo missi fulminis igne crema
Ut sint exemplo reliquis: matremq; quod ipse
Iussisti, quivis discat, amare suam.

Ad Polonos Proceres Ianicii Clementis

Quae vos tam dirae stimulant ad tanta Megerae
Dissidia? in proprium praecipitantq; malum?
O Proceres, Illustre genus, Lechea propago?
Gloria Gradivi maxima, magna togae!
Quis furor? aut animus vos fert insania fati!
Aut quis vos Stigii numinis error agit!
Exagitat vestras discordia mutua mentes!
Urget in adversas vestraq; corda vices!
Metaq; cum cunctis praescripta sit una, reiq;
Unius fieri debeat unus amor?
Cur meritis in rerum, quamvis iter omne videtis
Syncerum, vestros quo decet ire pedes.
Sed privata vetant odia et privata simultas
Et tacita occultum quae vorat ira ignae.
Ira ignae vorat occultum, celatur et ardet.
Et veram fingit mens simulata fidem

S cribitis et missam legitis persepe salutem:
Nec nisi amicitiam iuncta charta crepat.
S ed longe diuersa domi, verbisq; voluntas.
Dissona subblanda calliditate manet.
C ongressus colitis, pulchroq; occurritis ore.
Complexus variam iungitis inq; vicem
D uctis et iunctis communia iura temporibus.
Proq; salute graues fert gula ficta Scyfos.
L uditis et pictis posito super aere libellis chartis.
Ars etenim summis conuenit ista viris.
H anc etiam magnus fertur coluisse Camillus
Et Decii patrię victima leta sue.
M unera quid referam? Donis certatis vtrimq;.
Vt donate animum testificentur opes.
H ic dominum vocat hunc, Patrem vocat ille, patremq;
Hi sunt affines, hic gener, ille socer.
H ic tibi sermonem commendat, at ille precatur
Qui possint Pylios ęquiparare dies.
O fucata fides: o pectora falsa: sub albo
Vellere vesani plena furore lupi
Mellitas geritis linguas, gestusq;, sed isto
Sub melle internis dira venena latent.
Q ue tunc apparent, cum publica causa vocatur
In medium, ad vestros subiiciturq; pedes
T unc illam calcare licet, vel tollere, sed vix
Tam pius in vobis vnus et alter adest.
T unc odii priuata lues, celatus et ignis
Proditur, indiciis exeritq; suis
T unc varii sensus, tunc se discordia sursum
Exigit vnius de statione rei.
D isplicet ista tibi sententia, non mala quod sit
Autor at illius displicet ante tibi

Turpe putas igitur meliori cedere voto
    Et vis stultitię ferre trophea suę.
Interea commune bonum prosternis, & irę
    Indulgens, patrię publica damna facis.
Cum natus non sis, ut ait Rex ille Sophorum
    Tu tibi, sed patrię commoda ferre tuę
Quam melius Proceres vos mens coniuncta teneret
    Et studium vobis omnibus esset idem
Tempore concordi consurgunt parua vigentq́
    Discordi contra tempore summa ruunt
Cuncta fovet, confirmat, alit concordia, summo
    Proxima apud veteres Diua locata Joui
Hac Duce magna suum servat natura tenorem
    Inq; suis regnant hac elementa locis
Hac duce dimersum percurrunt Sydera coelum
    Et reparat solitas tempus & annua vices
Hanc violare pater superum si tentet, in illud
    Corrueret antiquum cuncta redire chaos
Haec Dea prima dedit populo incrementa futuro
    Spes hominum generis cum duo tota forent.
Prima recuruato terram discrupit aratro
    Prima sub ignotam semina "misit" humum.
Prima dedit Leges, & magnas condidit urbes
    Et posuit dominis templa dicata Deis
Regnaq; firmauit: Romanis subdidit orbem
    Fascibus, euicta quum cecidere Dea
Haec eadem nostri iecit primordia Regni
    Tunc cum desertos Lechus iniuit agros
Parvaq; constituit properatę culmina Gnesnę
    Moxq; Duci & populo nomen opesq; dedit
Iuraq; iam magnus Casimiro Rege Polonis
    Qui magnus patrię est dictus amore tulit.

Jura, quibus urbs celebrata est fama Coronę.
Hei modo ad extremum penè redacta malum
Cur? quia nulla sapit vobis concordia. Tali
Legifera est olim sparta sepulta lue
Ergo per vestrum Patria est afflicta furorem
Libertasq; nouo collo dat agra iugo.
Multorum tristę nascuntur vbiq; querelę,
Et populum varius plangor et horror habet.
Cur tamen hoc, prestat verum prodestq; tacere
Ne Suttor Crepidę flectat ab orbe suę.
Vos quoq; quis dubitet? quę sunt lugenda videtis.
Sed pietas ad vos non habet vlla viam
Publica calcatis, quibus et priuata trahuntur
Cum modo hoc solum cuncta necesse simul
Credite discordes animi, q; ista ruina
et
Non minus in vestrum est exitura caput.
Idem etenim Boreas, miam qui verrit harenam
Robora Sylvarum frangere summa solet.

Instructio ad Conuentum particularem Opato: uiensem ex Conuentu Piotrconien 1538 hec Legatio missa fuit ad terras Posnaniensem: Sandomirien: Lancicien. Bresten et Plocensem.

Post dictam Mtis Regie gratia. Nuncius referet mirari, et dolere vehementer Mtem Regiam, quod ex priore Dominorum suarum congregatione, que proximo tempore, eodem loco, iussu et voluntate Mtis sue habita est. Nuncii missi sint ad Conuentum Regni generalem Piotrkomie nuper actu cum potestate limitata, qui omnem rei bene gerendi occasi: onem et Conuentum cum maximo reipublice detrimento, impediuerunt et perturbarunt quos tamen mitti cum ple: nissima potestate non solum vetus obseruata consuetudo, Sed Mtis sue dignitas et impendentia Regni pericula sum: mopere postulabant, declaratum siquidem est vniuersis, qua: lis et quam, vrgentibus causis quo denique discrimine per: mota Mtas sua. Conuentum Regni generalem indixerit.

Tantoque id magis dolere et acerbo animo ferre Mtem suam, quanto plus suam et Conuentus generalis auto: ritatem inde minui, ordinemque omnium perturbari co: gnoscit. Missis enim cum limitata potestate Piotrcouiam Nunciis vris, et aliquorum aliorum Palatinatuum be: nigna et necessaria monita sua in contemptum abiisse et totius Conuentus consilia in eam perplexitatem et conten: tionem coniecta fuisse, Mtas sua experta est, vt nisi cle: mentia sua et prudentes dominorum Consiliariorum persuasiones intercessissent Conuentum protinus solui et rebus omnibus infectis Piotrcouia discedi et motionem illa

generalem, omnibus damnosissimam decerni opportuisset.
Sed Mtas sua et domini Consiliarii eius ob exacta et im:
prudentiam paucorum totius Reipublice salutem deserere
nolentes, omni cura et studio consultum esse voluerunt
quibus modis et rationibus Regnum esset ab impenden:
tibus discriminibus quoquomodo conservandum.

Cum vero post multiplices tractatus de tuenda Republica inter
dominos Consiliarios et Terrarum Nuncios, habitos om:
nium sententia, Contributiones communes visae sunt ma:
iorem utilitatem in defensione quam si expeditio bellica
capessseretur afferre posse, in hac presertim contra Vala:
chos et Tartaros celeri suscipienda defensione, quibus nō
alia quam expedito et exercitato milite, resisti unquam po:
terit, decrevisse Mtem suam cum universo Senatu, et
maiorum Nunciorum terrestrium parte nonnullas pecunia:
rias Contributiones in universalibus literis nominatas
et descriptas, videlicet de singulis mansis seu Laneis agro:
rum per duodecim grossos de Civitatibus vero et Oppidis
Exactionem Civilem que Schoss dr et Contributionem Czo:
powe.

Sed quia Nuncii terrarum, propter quorundam circumscrip:
tam facultatem a Mte sua postularunt, ut Conventus par:
ticulares et generales terrestres in his terris quarum Nun:
cii consultacionibus publicis se immiscere noluerunt statu:
re dignaretur, in quibus requiri posset ab universa No:
bilitate consensus.

Mtem suam illorum postulatis deesse nolentem, et providere
reipublice saluti utcunque cupientem particulares Con:
uentus in Sroda, Opatow, Lancicia, Radzieiow, et Ra:
cziasch ad diem hodiernum, generalem vero in Kolo
ad feriam terciam proximam post Dominicam Reminiscere

constituisse, declarariqꝫ ea omnibus dignitariis et officiali:
bus vniuersęqꝫ Nobilitati fecisse, quę a se et vniuerso
Piotrcovien. nunc dimisso Conventu constituta sunt. Hortari
itaqꝫ Mtem suam, tam dominos Consiliarios quam reli:
quam Nobilitatem, vt fideles subditos et filios huius re:
gni sui periclitantis, vt ad id quod ipsa sua Mtas cum
vniuerso Senatu suo decreuit, quodqꝫ alias leuiores ob
causas egerunt, nunc cum res in tanto discrimine versa:
tur, non grauentur consentire, vt si debito et sufficienti
modo defensio reipublicę tam celeriter vt res exigit fieri
non possit, aliquo saltem modo retinieri queat, vsqꝫ ad id
foelix tempus, quo exactius de ipsa defensione aliquid con:
stitui valeat. Alioquin enim fieri non posse quin celerius
opinione, graue aliquod periculum et casus quem Deus
auertat Regno contingat.

Licet autem Mtas sua, habens in potestate sua debitum
subditorum suorum militaris ordinis, ad seruitium sibi
prestandum et fines Regni tutandos, non indigeat sua
tanta sollicitudine et cura, disquirendis aliis modis Re:
gni defendendi, tamen quia intelligit generalem motio:
nem grauem et damnosam omnibus et Conventum prae:
teritum statuere, et nihil intentatum relinquere dignata
est, quo sine ipsa motione generali defensio fieri possit.
Praeferens etiam vt pius Princeps, insolentium aduersus se
indignas contumelias vt per se nihil defuisse omnibus con:
staret, quod ad communem omnium vtilitatem pertineret. Pro:
inde vbi decretum Conventus generalis ab illis non susci:
peretur, et ad motionem bellicam tota defensio recideret,
quę nec tempestiua nec diuturna esse posset, omnibusqꝫ in
commune maximum afferret grauamen et dispendium,
quicquid inde damni, quicquid turbarum et maledictionis
hominum accideret, non iam in Mtem aut dominos Consili:
arios

Consiliarios Hungarosque terrestres obsequentiores, sed in eos qui sine ulla ratione et causa tumultuantur et publicis decretis obsistunt, redundare. Nam Maiestas sua non habens ullum finem belli Valachici, nullam etiam cum Thartaris pacis conditionem, ubi Contributiones in Conventu Posoniensi, paulo ante acto, non susciperentur, aliter nullo modo, nisi publica motione bellica eaque celerrima Regnum defendere posset.

Ubi vero Maiestas sua Nobilitatem ad id propensam cognoscet, ut deesse nolit patriae incolumitatique et saluti suae, simul et decretis ac sententiae suae et consilii sui, non defutura etiam est Maiestas sua omni ope viribus et sanguine suo, quo vindicet et confirmet Regnum et subditos suos a clade et excidio, quod undique imminet, nihil eorum pretermissura est, quae opportuna ad bonum statum Regni fore videbuntur.

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo tercio Pontifici Maximo

Si fuit aliquando tempus ullum quo sacerdotum ordo, magno in periculo et discrimine ver:
saretur, hoc illud esse videtur quo tanta laborat ex invidia, ut eam vix iam sustinere posse
videatur. Id quod cum diligentius mecum reputarem tota mente in eam curam cogitati:
onemque incumbere coepi, ut pro veteri more institutoque meo, proque ea benevolentia, qua
Dei ministros prosequi nunquam intermisi caveri rationes quantum possem stabilirem provideremque
ne quid ordo hic detrimenti caperet. Sed fieri id alia ratione commodius non posse visum
est, quam si in Eporum Collegium cooptatus esset aliquis qui claro atque Illri genere natus, opibus,
authoritateque magna praeditus eorum conatibus obsistere posset, qui toti in hoc sunt ut aliqua
ratione sacerdotes et Epos fortunis suis evertere possint. Cum itaque proximis hisce supe:
rioribus diebus accidisset, ut sublato e vivis Rndo patre Joanne Karnkowski Vladi:
slavien Epo, Ecclia Vladislavien pastore suo orbata esset, cupiens ego mentis mee co:
gitata perficere atque sacerdotum ordini cuius res vehementer inclinatae sunt prospicere
Epatum Vladislavien Mgco Luce a Gorka Palatino Posnaniensi uni ex Primariis Regni
nostri Senatoribus et Consiliariis nec opinanti contuli, quod quidem praeter morem et
consuetudinem maiorum meorum feci, qui dignitates Ecclesiasticas nunquam soliti sunt iis
mandare qui propterea antea honoribus functi complures annos cum uxore vixissent:
sed ego in hoc viro, Vladislavien Epo renunciando, multa secutus sum, quae ubi Sanctitas
Vra cognoverit, nihil dubito quin sit factum istud meum probatura. Videbam in regno
ditionibusque meis non esse Diocesim aliam in qua prava et perversa haereticorum dogmata
ita alte radices egissent atque in hac Vladislaviensi cui tota Pomerania quatenus ad me
4 magna pertinet,4 etiam Cassuborum pars subiecta est, quibus ex terris qui debentur Epo fructus
ii magna ex parte non redduntur, ut nisi Diocesis haec potentem aliquem Epum nacta sit,
non facile possit ea quae sunt ablata recuperare: deinde vero in hoc Mgco Luca a
Gorka multa esse prospiciebam quamobrem dignus videri posset: cui tam excellens istud
Epi munus dignitatemque ultro non rogatus deferrem. Nam praeterquam quod Illri genere
natus, quod splendore, magnificentia, liberalitate, longo caeteros intervallo anteit, quod
opibus floret, quod gratia et authoritate apud omnes ordines tantum valet, quantum
vix quisque alius in Regno meo, iis etiam virtutibus quae proprius ad Epum pertinent ita
est ornatus ut multo ante Epum egisse videatur quam ad honorem hunc vocatus fuerit:
siquidem consilio, prudentia rerum usu, dicendi gravitate et copia nemini secundus
esse videtur: ad quae Dei munera, pietatem quoque et religionem tantam adiunctam,
habet, ut ne iis quidem concedere visus sit qui se Nuntium seculo remisisse profite:
tur. Gessit meum in superiore Polonia Vicariatum: fuit illius terrae Praefectus
generalis, fuit Castellanus, fuit postremo Palatinus, in omnibus iis dignitatibus
ita se gessit ut vita atque erga Deum cultu caeremoniisque magis Epum quam Praefectum,
Castellanum, Palatinum referre videretur, Neque quisque illius terrae Episcoporum sua
Ecclesiae defenderet ac propugnaret ardentius, quam quanto ille studio propugna:
tionem eius semper suscepit. His ergo et pluribus aliis quas enumerare longum
esset rebus adductus cum pro meo erga clerum studio Vladislaviensem Epum no:
minavi, quam nominationem meam quin S. Vra ratam sit habitura nihil equidem
ambigo, sed quoniam dum meum ageret in superiore Polonia vicariatum de ple:
risque qui capitalem fraudem admiserunt iussu illius extremum supplicium sumptum
est, videtur illi per leges Pontificias non licere sacris ut initietur, supplico S.
Vra ut eum legibus his solutum esse velit, facultatem praeterea concedat,
omnes sacros ordines uno eodemque die suscipiendi. Et mihi S. Vra rem valde
gratam fecerit et universo Clero regni praecipue vero Diocesi illi cui praeerit multum
fructuosam

Sigismundus primus Rex Poloniē
CARDINALI Ghinucio

Rme &c. Videmus passim omnes incredibili ardere studio Sacerdotum ordinem fortunis suis euertendi, ad offitium autem religionemq; nostram pertinere putamus non concedere istorum cupiditati, plus ut ipsi laboris, operae, curae, studii, in labefactando, conuellendoq; statu sacerdotum consumpsisse videantur quam nos in constituendo stabiliendoq;. Variae itaq; sunt per nos rationes excogitatae, quibus etiam in longitudinem prospiceremus nequid respublica Ecclesiastica detrimenti caperet Inter eas visa est haec non postrema, si qui claro atq; illustri loco nati Epi essent renunciati: qui opibus et clientelis tantum valerent, ut quae videntur ordini sacerdotum impendere pericula facilè possent propulsare. Quare cum satisfecisset naturae superioribus hisce diebus Rndus pater Joannes Karnkowski Wladislauiensis Epus, quoniam eam Diocesim plus etiam quam ullam aliam, non solum prudentis verum etiam potentis Epi indigere animaduertebamus quod multis in locis Lutherana labe infecta esset, fecimus ut in demortui locum nominaremus Mgcum Lucam à Gorka Palatinum Posnaniensem unum ex Primariis Regni nostri Senatoribus virum ut Illri loco natum, ita gratia florentem, magnis opibus magnaq; praeditum authoritate cui neq; animi magnitudo, neq; consilium neq; prudentia, neq; literarum scientia, neq; ornatus, atq; ubertas orationis deest, splendore autem et magnificentia parem sibi habet neminem, fuit in maiore Polonia summa cum potestate, nostrum enim ibi gessit vicarium cum esset generalis primum illius terrae Praefectus, postea Castellanus, demum Palatinus. Praefecturam autem Palatinumq; dignitatem beneficio meo nunc obtinet filius eius quem ex legittima uxore sed ea tamen virgine susceptum imaginem habet, non modo corporis verum etiam animi sui, usq; eo à paternis virtutibus nihil degenerantem, ut aliquo etiam eas cumulo auxisse videatur omnibus autem iis muneribus dignitatibusq; cum fungeretur ita se gessit, ut verbo Magistratus istos prophanos re vero ipsa Episcopum agere visus est. Neq; fuit in ea Poloniae parte Episcoporum quisquam in quo clerus perinde magnum atq; in uno illo rerum fortunarumq; suarum praesidium collocatum haberet. Jam verò vitae, morumq; sanctimonia, pietate religione, cultu caerimoniaq; erga Deum, aliquem ex iis referre visus est, qui se mundo mortuos, soli Christo viuere profitentur ut praeclarè nobis de clero Regni nostri meriti videamur cum Epi munus ei mandauimus, qui non solum pro imperio potestate, authoritateq; cum sua, tum filii sui comprimere possit eorum insolentiam atq; audaciam qui in sacerdotum fortunas imminent, verum etiam vitae suae dignitate ab omni facinoris cogitatione deterrere, atq; una eos quibus praeerit exemplo docere, qua erga Deum veneratione esse debeant, quare dubium non est nobis, quin quod factum à nobis est, id Sanctissimus dominus noster sit ratum habiturus iudicioq; suo approbaturus. Quoniam vero pro ea potestate qua fungebatur Mgcus hic Lucas etsi nunquam ipse cognitioni rerum siue criminum Capitalium se praefuisse dicit, tamen tangitur animus illius religione quod non praeter scientiam voluntatemq; et mandatum eius de sontibus supplicium sumptum est petimus à R. P. vra operam ut det quo possit solui legibus iis Pontificiis, per quas ad sacerdotii dignitatem adspirare non licet ei qui quacumq; ratione ad necem alicuius consenserit, praeterea ut tanto possit celerius Epus consecrari cupimus illi hanc quoq; facultatem concedi ut qui ad sacerdotem pertinent, eos gradus uno die consequi possit, quibus in rebus conficiendis, quo plus operae positum fuerit à Rda. Pte. vra hoc ei nos magis esse debituros profitemur.

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Antonio S. quatuor Cardinali Pistorien
Protectori Regni

Rme Quo maiore plerique cupiditate in cleri fortunas imminent,
atque de bonis eorum suis cupiunt detractum, hoc magis ad officium nostrum pertinere
existimamus ut tante hominum cupiditati eamus obviam, clerumque Regni nostri
sartum tectum à iniustis impetu conservemus, id qua ratione praestare possimus
melius non videmus, quam si operam demus ut in Episcoporum album referantur,
qui cum aliis rebus ornati, tum magnis opibus authoritateque prediti possint eos
coercere, qui se impune in bonis sacerdotum pro libidine sua grassari posse putan[t].
Itaque cum vacet hoc tempore Wladislaviensis Epatus visi nobis sumus sacer:
dotum rationibus multum prospecturi si nec opinantem ad Ecclesie huius admi:
nistrationem vocassemus Magnificum Lucam à Gorka Palatinum Posnanien qui
preterquam quod summo loco natus, tantis opibus et copijs affluit tanta gratia
tanta est potentia nemo ut ei rebus ijs anteponi, comparari queant paucissimi,
hoc nostrum consilium non dubitamus S. D. n. probatum iri precipue cum is
ipse vir ad haec fortunae bona multas preclaras animi dotes adiunctas habeat
Nam et consilio et prudentia et literis, et dicendi facultate non mediocriter est
ornatus, splendore vero magnificentiae, munificentiaeque neminem habet sibi confe:
rendum, quibus rebus effecit ut ea gloria quam in Regno meo non vulgarem
consecutus sum minime contentus, vicinas undequaque regiones nominis sui fama
compleverit
Iam que ad munus Epi proprius pertinent, tanta semper fuit pietate religioneque,
tanto studio rebus divinis deditus est, ut hoc in genere non solum Epos verum et
eos ipsos longo post se intervallo relinquere videatur, qui se soli divino cultui addi:
ctos, omnem seculi huius curam et sollicitudinem abiecisse predicant. Quam:
obrem ut antea scripsimus consilium hoc nostrum S. D. n. probatum iri non dif:
fidimus, sed cum Magnus hic Lucas noster gesserit in maiore Polonia
vicarium atque sontes nonnullos pro iure potestateque per nos sibi tradita
extremo supplicio affici iusserit non videtur posse per leges Pontificias
sacerdotis Episcopive munere fungi nisi beneficio S. D. n. solutus ijs fuerit,
id quod effici istic queat rogamus R. D. vram, opem operamque suam
interponere ne gravetur Hanc ei preterea facultatem impetret, ut uno die
sacros omnes ordines consequi possit Fecerit R. D. vra rem nobis vehe:
menter gratam.

Instructio ad Coesarem Turcorum Erasmo Kretkowski Castellano Brzesten data Crac vii Maii Anno doi 1538

Sigismundus Rex Polonie

Ita verba facies nomine meo

Exmus Princeps et dominus, dominus Sigismundus dei gratia Rex Polonie: Magnus Dux Lituanie, Russie, Prussie, Masovie, dominus et haeres, dominus clemenmus Coesaream Cel: vram, summum ac potentissimum Terre et Maris dominum vicinum et amicum suum plurima salute excipit, foeliciemque ad Sedem suam istam reditum gratulatur ac prosperum omnium successu precatur et optat.

Exme ac potentissime Imperator inter alias virtutes quarum Coesarea Celsitudo vra non laudem solum verum etiam admirationem est consecuta, hoc non postremum locum obtinet, quod in servandis foederibus summa semper fide sunt et constancia. Quare merito Coesarea Cel: vra laudatur quod nihil in vita precipuum habeat quam ut fidem alicui datam sancte inviolateque observaret. Sed et Sermus Princeps dominus meus eiusdem laudis fructum appetivit semper, omniaque cum omnibus inita foedera et amicitias, sanctissime semper coluit, quidvis potius et facere et pati paratus quam ut fidem non prestaret: si cui semel eam obstrinxisset.

Cum itaque eius Sacra Mtas cum Coesarea Cels: vra et eius antecessoribus, foedera quedam antea percussisset, hoc summo cavit studio, ne qua vel minima in re a pacis condicionibus discessisse easque violasse videri posset. Quasquidem cum per suum Oratorem dominum Petrum Opalenski Sermi filii Curie Magistrum ad vitam sua

et filii sui instaurari confirmariq́ curasset, inter caetera hoc in eis adscriptum est, non solum inter Sacram Mtem Regiam, et Caesaream Cel: vram, verum etiam inter subditos vtriusq́ conditiones istas pacis firmiter esse obseruandas. De Voiewoda verò Moldaniae, nihil nominatim Celsitudo vrá voluit inscribi, Nam cum in fide potestateq́ sit Caesareae Celsit: vrę, oportere eum hiisdem adstrictum conditionibus esse, quibus et reliquos qui eiusdem Imperio subiecti sunt, neq́ licitum ei fore vt à foederibus inter Sacram Mtem Regiam vramq́ Caes: Celsi: pactis vel vnguem quod aiunt vlla in re discedat.

Quare ocioso animo in vtramq́ aurem quod aiunt securae dormiebat Mtis sua, omniaq́ sibi tuta esse existimabat quantum ad eos attinet qui sunt sub imperio vrę Caes: Celsi: Sed eam longè fefellit opinio. Nam etsi Caesarea Celsi: vrá, pro more suo veteri, sanctè seruauit foedera, tamen qui subest illi Voiewoda Moldaniae, tantum ab eo abfuit, vt ea seruaret, vt hoc sibi etiam tempus maximè oportunum nactus videretur, quo sibi in terris Sacrę Mtis impunè grassari liceret. Quae cum esset alio contra Moschos bello implicata, ditionem eius Mtis Regię cum exercitu ingressus, ferro et igne miserandum in modum depopulatus est. Colonos et oppidanos, partim trucidauit, partim in seruitutem abduxit: Castellum quoddam etiam expugnatum solo coequauit.

Neq́ hoc contentus proxima superiore hieme auxiliares quasdam copias tum ex hominibus Caesareę Cel: vrę tum ex Tartaris Bialogroden, in terras Podolię induxit et multa illic hostilia perpetrauit.

Hac autem omnia permissu et voluntate Caes: Cel: vrá

se facere iactat: Quod ut credat Sacra Maiestas regia animum inducere non potest, sed alterius cuiuspiam in gratiam id facere illum Maiestas Regia arbitratur: qui amicus forte Caesareae Cel: Vestrae non est, cum aperte non potest, clam hoc agit ut Sacram Maiestatem Regiam: cum Vestra Celsi: disiungat, atque concordiam et amicitiam quae inter illas est dirimat: cum tamen nihil sit Sacrae Maiestati Regiae deliberatius, quam integram inviolatamque semper observare.

Itaque cum liceret illi de perfidia atque audacia Valachi iustum supplicium sumere, in hunc usque diem abstinuit, tametsi Caesarea Celsi: Vestra per Oratorem supranominatum Maiestati regiae declarauerat, eam esse suam voluntatem ut Maiestas Regia bello illum persequatur: et de audacia atque iniuriis perpetratis poenas ab eo expetat.

Nunc vero cum in tantum illi creuerint spiritus, eoque sit progressus insolentior, ut ferri sine vindicta non possit me misit Regia Maiestas ad Caesaream Celsi: Vestram ut illi declarem Valachum non cessare dominia Maiestatis Regiae iniuriis impetere, et quod iam Maiestas Regia, id quod dudum à Caesarea Celsi: Vestra consultum erat et permissum de ulciscendo Valacho aggredi instituit.

Quare rogat Maiestas regia, si à Maiestate sua bello erit persecutus, Caesarea Celsi: Vestra in eum etiam animaduertere velit, atque ex eo quem nunc locum dignitatis obtinet eum deturbare, et in locum eius vel Demetrium qui versari in Aula Caesareae Celsi: Vestrae dicitur, vel alium quempiam eius gentis hominem pacis amantem, et istius amicitiae quae Regiae Maiestati cum Caesarea Celsi: Vestra intercedit fidelem observatorem et custodem sufficere.

Qua quidem re nihil potest ex sua amicitia et vicinitate

Caesarea Celsitudo vestra Regiae Mti gratius facere.

De Voievoda Transalpinensi Mtas Regia rogat Caesaream Celsitudinem vram, ut illi mandet, ne infringendorum foederum suo aliquo contra Regiam Mtem conatu causam et occasionem praebeat.

Praeterea cum proxime impetum fecisset Valachus in terras S. Mtis Regiae, forte tum excubias agebat subditus eius Mtis Wolodek equestri loco natus, cum aliis nonnullis hominibus Sacrae Mtis regiae, incidit in eam exercitus partem, quae fuit ex Thurcis collecta, capti sunt nonnulli, et ipse Wolodek comprehensus, rogat Sacra Regia Mtas Caesaream Celsi: vram, ut Valacho mandet quo Wolodek ad se mittat unacum aliis eius Comitibus captis, eisque cum minime iusto bello capti sunt postliminio, ad suos revertendi potestatem faciat. Ita et foederibus quae icta sunt cum Sacra Regia Mte et Caesarea Celsi: vra satisfaciet, et Regiae Mti domino meo plurimum isto iustissimo facto suo gratificabitur.

Allatum est etiam ad R. Mtem quod Caesarea Celsitudo vra, Arcem Ozakow, et alias nonnullas Arces, quae ad Regnum Mtis regiae a multo retroacto tempore pertinent, praesidiis firmaverit, et illas retinere decreverit Mtas regia rogat ut Caesarea Celsi: vra pro animi sui magnitudine non plurisfacere Arcem Ozakow velit quam suam in servandis foederibus usque adeo laudatam constantiam.

Ad Bassas

Bassas salutabis nomine meo, dicesqz illis te à nobis missum esse, Primario ut bonam Caesareae Celsi: valetudinem nun: cies: eiqz omnia fausta et foelicia precaveris, pacis et amici: tiae qz meae memoriam refricares, et quod illam nos integram inviolatamqz servemus, servaturiqz simus testatum facias.

Referes etiam Ill: dominis Bassis summatim singula, ea quae ad Caesaream Celsitudinem mandata à nobis habui: sti, sed praesertim de Valacho planè et apertè illis explicabis. accusabis illius perfidiam: quod cum sit sub potestate et impe: rio Caesareae Celsitudinis, ausus tamen sit contra foedera quae Caesarea Celsitudo nobiscum icta, confirmataqz habet: nos insidiis et gravissimis belli iniuriis lacessere.

Hic commemorabis nos aliquoties per Oratores meos et literas Caesareae Celsitudini declarasse, quod e vestigio, cum de foede: ribus per nos cum Caesarea Celsitudine initis certior fa: ctus esset, in confinitimam sibi provinciam Regni nostri furibundus involaverat: illam ferro et igni vastaverat: subditos meos quos gladio non percussit in servitutem ab: duxerat. Qua illius insolentia cognita, Caesarea Celsi: ad illum mandata sua aliquoties miserat ut nobis pro: vinciam nostram restitueret: damna nobis et subditis nostris sarciret.

Hec cum ille se facturum recepisset, Nuncio Caes: Celsi: parte, nobisqz id significatum fuisset, nequam homo, Nuncio dimisso Caesareae Celsitudinis, dum nos tuta iam ab illo nobis fore sperabamus omnia, et ad longinquiora domi: niorum nostrorum loca belligerendi cum Moschis causa abscesseramus, denuo laxiore audacia in terras meas ir: rupit, in subditosqz omne crudelitatis genus exercuit. Nos etsi singulas eius incursiones et iniurias, Caesareae

Celsitudini declarabamus, à vindicta ipsi abstinens, Caesa:
reaeque Cel: promissione confirmabamur, quod in illum animadverterent, et declamavis illi satisfacere nobis mandatum esset: hucusque tamen non modo ab illo id non praestatur, quod Caesarea Celsitudo illi dudum ante mandaverat: et non audienti iterum mandatum eam se recepera, sed indies fit insolentior.

Si dixerint Bassae renunciatum esse Caesareae Celsi: milites vestros eius excurrisse in Moldaviam ferro atque igni magnam eius partem depopulatos esse, negabis hoc ita ut ab illo nunciatur factum esse, commentum ab illo id quod solet esse dices: Qua enim ratione potest conatur à se culpam dimovere, atque in alios transferre, Ac fieri quidem posse ut leves aliquae excursiones factae sint in Valachiam: sed non per milites meos, neque iubentibus aut scientibus nobis, sed quod ferre fortasse non potuerunt homines mei tot et tantas iniurias à Valacho sibi illatas: et ita illum praedam agentem sint persecuti. Sed id dices esse et naturae Legibus, et divino humanoque iure cautum, ut quisque lacessitus, iniuriam à se depellat, et quoad potest, caput fortunasque suas contra vim tueatur ac defendat.

Proinde cum ita Valachus nulla fidei, nulla foederum, nulla iustitiae atque honestatis ratione habita, temere nos oppugnat: Dices neque tutum neque ex honestate mea futurum si par pari referre non conemur. Neque id aequum futurum, si Maiestas sua per occasionem in illo iniurias suas non vindicaret, quemadmodum hoc à Caesarea Celsitudine Mti suae erat concessum, ut neque mea diutius abutatur patientia, neque Caesareae Celsitudinis nobiscum inita foedera contemnat.

Rogabis ut Ill: domini Bassae Caesareae Celsitudini persuadeat

persuadeant ut et ipsa Caesarea Celsitudo ex altera parte in illo perfidiam et temeritatem istam illius ulciscatur vel hoc saltem vindictae genere, ut in locum eius alium eius gentis hominem Valachiae provinciae suae tributariae sufficiat.

Memoria tenet Maiestas Regia, cum post priorem Valachi in terras Maiestatis Regiae irruptionem Nuncium suum ad Caesaream Celsitudinem misisset de illius perfidia questum, Responsum illi esse per Illustrem Aiasbassam, Caesaream Celsitudinem id constituisse, ut and...[illegible] suae poenas daret. Cum et Illustris Ayasbassa Caesaream Celsitudinem facturam esse confirmavit, ut Nunctium suum ad Valachum mitteret, qui nequid postea simile designaret interminaretur, atque eum ad sarcienda damna cogeret, quibus subditos S. R. Maiestatis affecerit.

Commemoratum etiam et id erat, ademptam iri Valacho eam dignitatem atque alii tradendam. Quorum hactenus nihil factum esse constat, Neque fuit unque audatior Valachus ad provocandum bello S. Maiestatem Regiam, quod post icta ista foedera cum Caesarea Celsitudine. Iraque ita ut rogatur precessus Serenissimus dominus meus Cristi[...] malit suos funditus interire, perfidum hostem hunc iusto bello persequi.

Quod si dicent Basse certo esse edoctum quosdam subditos meos in Exercitum Regis Ferdinandi militatum concessisse. Dices id fieri quidem posse, quod aliqui Poloni vel alterius linguae homines, qui passim in Dominiis quae possidemus, victus gratia vagantur, nullumque firmum domicilium habent, pecunia conducti illuc concesserint, id tamen clam nobis et praeter omnem voluntatem meam factum esse.

Si autem dicent, scire Caesarem, certos Nobiles subditos vel Aulicos nostros, in aere Ferdinandi militare, respondebis

respondebis nos neminem scire, qui illuc contra prohibicio-
nem nostram concesserit. Sed si quispiam nobis inscijs te-
merarie et audacter contra prohibicionem meam se illuc
contulerit, et domum posthac reuersus fuerit, animad-
uersione debita à nobis punietur. Nos tamen omnino nó
credere, vt aliquis nostrorum subditorum contra prohibi-
cionem meam in exercitu predicti Ferdinandi Regis
militare auderet: nisi forte qui à multis annis illic in
Germania seruiendi officiis vel regi ipsi, vel aliis
Germanis Principibus se alligarunt, sicuti Caesarea
Mtas tempore profligati regis Ludouici in quibusdam
subditis meis in Hungaria tum seruientibus forte ex-
perta est.

Interrogatus verò de caesis et spoliatis in Regno Turcis
Mercatoribus, respondebis tibi quidem cognitum esse, quod
certe nonnulli Mercatores Thurci sunt affecti, id tamen
violenter, et preter omnem culpam meam vel Prefecto-
rum meorum à predonibus factum esse, quod nos mo-
lestissimo animo tulimus; et de predonibus ipsis quos
cum magna difficultate consecuti sumus, poenas capitis
sumpsimus. Cum autem à nemine occultè malorum in-
sidie euitari possint: videri nobis necessarium, vt qui
nobis negociandi causa hoc in Regnum nostrum com-
meare tuto voluerint, se Prefectis locorum nostris
presentent: vt illorum securitati prospiciant.

Si autem explorabunt à te de ceteris Europe rebus et de
bellis, ac de Principum Christianorum dissensionibus
vel de nouis introductis in fide Christiana haeresibus
Dices teipsum ea ignorare et à nobis nihil quicquam
in his iniunctum esse.

De Barco et aliis Italie Ciuitatibus idem commemorabis

Ill.ᵐⁱ domini Bassis quod ad Caesa: Celsi: in mandatis acce:
pisti, nempe ut prouideant apud Caesaream Celsitudinem
ne quid contra foedera illis Ciuitatibus Regiae M.ᵗⁱˢ ex
parte quorumcumque Caes: Cels: subditorum incommodi
et detrimenti accidat.

Si quaerent Bassae, cur anno superiore Regia M.ᵗᵃˢ cum
Exercitu quem contra Valachum congregauerat, Va:
lachum de iniuriis suis ulta non sit. Respondebis quod
Regia M.ᵗᵃˢ expectabat ut ex parte Caesareae Celsitu:
dinis primum agi contra illum inciperetur: quemad:
modum id postremo Nuntio Joanne Vilamowski ad
M.ᵗᵉᵐ Regiam nomine Caesareae Celsitudinis erat nun:
ciatum. Atque ita cum per Caesaream Celsitudinem nihil
actum est, a subditis rogata M.ᵗᵃˢ Regia, ne quid illo
tempore ageret, Exercitum dimisit

Ad Aiasbassam

Cum perueneris ad locum residentiae Imperatoris Thurcorum
descendes ad Ill.ᵐ Do. Aiasbassam, et vises salutabisque
eum nomine meo et precaberis ei longam vitam faustaque
omnia.

Caeterum ages illi gratias: quod nobis non minorem beneuolentiam
in Aula Caesareae Celsitudinis se praestaturum pollicetur,
quam sit ab Imbraimbascha quondam amico meo nobis prae:
stita, declarabis id nos gratissimo ab illius Ill.ᵗᵉ accipere,
et vicissim gratifficatione amica et mutua mea beneuo:
lentia illi referre velle.

Praeterea rogabis illum nomine meo, ut his quae aduersus
nos a Voieuoda Moldauiensi nequam homine, vel apud
Caesaream Celsitudinem, vel apud se dicuntur, et ipse fidem
non daret: et Caesareae Celsitudini persuaderet ne illius
fictis et vanis de nobis insinuationibus criminationibus

accedere dignetur, vtq[ue] M[aies]tas sua Caesarea Voievodam ipsum ita compescere et in officio continere dignaretur, ne deinceps vt hactenus fecit, nobis dominijsq[ue] et subditis meis sua hostilitate et inquietate fiat inimicus.

Petes etiam et hoc ab ipso solo vt Caesareae Celsitudini persuadeat, iustum et aequum fore et ad rationes Caesareae Celsitudinis plurimum pertinere, vt Regia M[aies]tas quemadmodum constituit à Valacho iniuriarum suarum poenas expetat. Nam hoc est et à Caesarea Celsitudine et à Regia M[aies]te promeritus, quod earum pacta et foedera temerarijs et perfidis factis suis multoties violauerit. Sed et id quoque meritum dices esse vt ab illa dimoueatur prouincia, et alius quispiam loco eius praeficiatur qui et illius gentis sit et foedera sancte colere atq[ue] seruare sciat.

Postremo rogabis illum vt inter Caesaream Celsitudinem et nos bonam amicitiam et diu[m] seruatam beneuolentiam promoueat, conciliétq[ue] vtq[ue] operam suam faciat quo foedus inter nos et illius Caesaream Celsitudinem, firmum et inconuulsum maneat et vt in omnibus tibi commissis celerem et optatam habeas expeditionem.

De Volodek etiam diligenter rogabis Ill[ustrissi]m[u]m dominum Ajasbassam vt cum Comitibus suis à Valacho per Caesaream Celsitudinem liberetur, et nobis mittatur. Nam à Thurcis captus est quos illic permissu Hali Voiewode militasse contra nos dices, et captum Thurcum à nobis in testimonium eius rei illi dono dabis

Ad Joannem Regem Vngariæ

SERmus Rex dominus meus, pro amore et beneuolentia qua Sacram Mtem vram complectitur mandauit mihi vt Mtis vræ valetudinem suo nomine inuiserem qua illi prosperam et incolumem in multos annos ex animo precatur et optat. Illud autem inprimis ardenter cupit vt quemadmodum valetudine sit fortuna quoque Sacra Mtas vra prospera vti possit, atque in summa tranquillitate rerum quas desyderat rerum patiatur, neque quicquam est quod sibi Sermus dominus meus, à deo precetur, cuius non velit esse participem vram quoque Sacram Mtem. cui fausta omnia et foelicia non minus quam ipse sibi cupit euenire, vt quam merito facit plurimi, vel propter arctam necessitudinem, que cum Sacra Mte vra ei intercedit vel propter vicinitatem, que et ipsa in propinquo optima putatur, dedit mihi negocium vt semotis arbitris quedam cum Sacra Mte vra communicarem, vbi commodum illi et opportunum visum fuerit.

Agnoscit Sermus Princeps meus singulare studium Sacre Mtis vræ, que inter illum et Woiewodam Moldauie Nuncio suo misso, pacem est conficere conata, de qua etsi nunquam Sermus Do: meus magnopere laborauit vt qui perfidiam hostis cognitam haberet: neque vllis pactis et condicionibus eum diu stare solere sciret, amplectitur tamen animum istum erga se S. Mtis vræ que quod gratum illi facturam se putaret, in hanc se pacificationem interposuit et fuit renera, et est illi gratum officium istud Sacre Mtis vræ, vtcunque hostis dignus non fuerit cuius causa orem istam et cogitacionem de concordia facienda Sacra Mtas v. suscipere. Cum autem pertinacia quadam Valachi effici id quod Mtas vra designauerat non potuerit atque

ante paucos menses Ser^mus dominus meus sit ab eo gravibus iniuriis lacessitus, statuit Deo benè iuvante nostris conatibus, ea modestia quam sibi insolens temeritas Vaiwode parit se levare et subditos ab eius iniuria protegere Sed quoniam authoritatem Thurcarum Imperatoris agnoscit atque illius vectigalis est, ne Imperator ad iniuriam id revocet, si vectigalem illius bello esset persequutus, visum est Mti eius prius ad illum deferre iniurias quas à Vaiwoda accepit, Deinde ad ulciscendas illas aggredi

Itaque me hac de re Nuncium ad Imperatorem designavit à Sacra Mte Vrâ petit magnopere ut mihi prospicere dignetur, quo possim ad illum tutò pervenire, mandatumque mihi Legationis munus obire. Fact[ur]a est Sacra Mtas Vrâ rem Serenissimo domino meo vehementer gratam. cuius Mtas siquando usus fuerit, parem illi gratiam referre conabitur.

Legatio ad Synodum Cleri Piotrconie habitam quindecima Maii Anno 1538

Gratia Regia nunciata, et bris fidei oblatis, ne Annctius dicit

Sacra Regia M^tas, cum audisset Synodum hanc esse in domino congregatam, officii sui esse putavit, suum quoque Legatum mittere, qui R^mos, R^dos, et Venbles dominos eo in loco constitutos, de periculis Regno imminentibus admoneret, atque una hortaretur, ut eis mature succurrere velint. Nervos belli pecunia suppeditando qua augeri possit miles Mercenarius qui conscribitur, scire quidem Sacram eius M^tem non esse D^nes eorum ad id faciend obligatos sed ita sibi persuadere de eorum virtute fratres: neque charitate et Christiana pietate, eas non commissuros ut fratres suos in tanta necessitate deserant verum ex liberalitate sua plura etiam opinione multorum in Regni defenssionem esse suppeditaturos. Cum presertim pro sua prudentia facile perspiciant commune agi periculum, cui communibus viribus minore negotio resisti possit, neque posse fortunas suas subsistere, nisi partem earum in tuendas illas conferant. Qui plus nimio fuerint libertates suas retinens, in magnam interdum servitutem inciderunt. At contra hi sunt libertate longissimo tempore potiti qui necessitati reipublice consulentes de Jure suo, de Privilegijs, de immunitatibus et libertatibus, non nihil concesserunt.

Fœdera inter Regem Bohemie Ferdinandum et regem Polonie Sigismundum, eorumque regna et dominia inita per Consiliarios et Legatos vtriusque Regni condicta septima Iunii Anno domini 1538

FERDINANDUS Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus, ac Germanie, Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc Rex, Infans Hispaniarum etc. Quum alme pacis procuratione nihil sit vspiam augustius. Subindeque inprimis summos Principes deceat, eiusdem pacis stabilitionem sedulo alere atque promouere. Hinc est, quod nos cognitioni tam presentium quam posterorum patere volumus per presentes. Quum inter Regni mei Bohemie contiguas ditiones Slesie et Lusacie, atque Regnum Polonie superioribus annis ex crebris latrociniis et similibus grassationibus ac diffidatorum vtrobique hospitationibus non solum mutuorum commerciorum ingens difficultas, verum etiam grauis contrariatio et offensa emerserit Nosque exinde pro dissidiis huiusmodi pacandis, et vtrorumque Regnorum tranquillatione ac bone vicinitatis conseruatione firmanda, cum Ser.mo Principe domino Sigismundo Rege Polonie, Magno Duce Lituanie, Russie, Prussieque etc domino et herede, fratre et consanguineo meo charissimo super talibus defectibus et dissidiis mediatione huiusmodi ad hoc deputandorum Commissariorum tollendis, amicabiliter resoluissemus, Ideoque ex huiusmodi vtriusque nostrum directione tam mei quam prefati fratris mei insignes Commissarii et mandatarii tertio ab hinc anno Mense Maio in oppido meo Glogouie maioris vtrinque conuenientes habitisque desuper

diutinis tractatibus post quorundam particularium diffe:
renciarum mediacionem et composicionem, generalem paci:
ficacionem, unionem atque federamentum tam inter utri:
usque Regias personas, quam inter Regna dicionesque et sub:
ditos meos utrobique degentes, usque ad alterius utriusque
nostrum beneplacitum pariformi consensu finaliter pacti
sunt, atque conclusserunt, necnon in publicam formam et
autenticam eorum sigillis firmatam, nobisque producta
redigi fecerunt tenoris subsequentis. Sacratissimi ac
invictissimi Principis et domini domini Ferdinandi Ro:
manorum Regis semper Augusti, Necnon Germanie
Hungarie, Bohemie, etc Infantis Hispaniarum, Archidu:
cis Austrie, Marchionis Moravie, Lucemburgen
et Slesie Ducis, ac Lusacie Marchionis etc Commi:
ssarii ad infrascripta specialiter deputati Dei gracia Ja:
cobus Episcopus Wratislavien, Fridericus Dux Slesie
Legnicen, Brigen etc Joannes Curdbach liber do:
minus in Tradbenbergk et Militsch etc Joachim Mal:
zan liber dominus in Warthemberg et Penschlin Jo:
annes Seydlith de Schonfelt eques auratus Castella:
nus in Lack et Ducatuum Schweidnith et Jauer Ca:
pit ac Vldaricus Schoff Gotsch dictus in Kinast
et Greifestain eques auratus ex una, et ab altera
partibus Serenissimi potentissimique Principis et domini do:
mini Sigismundi Regis Polonie magni Ducis Litua:
nie Russie, Prussie, et Masovie domini et heredis,
similiter deputati Commissarii Joannes Episcopus Posna:
nien, Lucas Comes in Gorka Castellanus Posnanien,
supremus Capitaneatus maioris Polonie Capitaneus, Ja:
nussius Latalski Castellanus Gnesnen, et Andre:
as Crotoszski Castellanus Kovalien, recognoscimus
tenore presentium quibus expedit universis, Quum nos ex

Commissione locoque et nomine utrarumque Regiarum
Romanorum etc. ac Polonie Maiestatum dominorum nostrorum
graciosissimorum, ad presentem celebrem Conventionem huc
in Oppidum Glogouiense congregati, iuxta traditam no:
bis facultatem Instructionum et mandatorum. Nos
super pacificatione unione et retencione bone et frater:
ne coniunctionis atque vicinitatis precipue inter ipsas re:
gias personas, deinde inter earundem collimitia Regna
diciones atque subditos utrobique degentes, similiterque pro
stabilicione, assecuratione augmentoque mutuorum com:
merciorum ac coniunctionum, quibus eedem provincie ab
antiquo devincte atque invicem plerarumque rerum com:
munione associate sunt in tractatus devenissemus, In:
ibique plerisque diebus altercatis, audiendis, mediandis et
componendis variis variorum homicide diffidatorum
in Slesiam irruptorum, violatorum, minitatorum, atque
spoliatorum querelis, differenciis, et disceptacionibus, ex
utraque parte allegatis. Huiusmodique diffidacionibus et
differenciis ac disceptacionibus partim per iudiciorum, par:
tim etiam aliis componendi racionibus ad mediationem deductis
Ultimarie post pleraeque transactiones nos invicem super
principali articulo unionis et tranquillacionis utrarumque
Regiarum Maiestatum et subditorum earundem loco et nomine
utrarumque ipsarum Maiestatum ad alter utrius beneplacitum
dominorum ipsorum Regum pro communi quiete et
conservacione bone vicinitatis in provinciarum amice resol:
vimus, univimus et convenimus, modis infrascriptis,
Primo quod tam in Sacra Romanorum quam Polonie Maiestatum
utrobique Bohemie Poloniaeque Regni Slesie et adiunctis
provinciis alter utrius dominorum Regum Regnorum
et subditorum eorundem, diffidatores hostes, homicide,
Raptores seu dampnificatores, necnon profugi sive rebelles

subditi quicunque in alterius Regum Regnis et ditioni:
bus ubi primum id ipsum ab altera earum utrum aut
Capit ipsarum provincialibus sive subditis alteri parti
insinuatum vel per ipsosmet perinvestigatum fuerit per
amplius nequaquam foveri et assecurari multominus eorundem
Regum permissum per subditos ipsorum ulla hospitalitate
admitatione sive receptatione, quocunque pretextu aut colore
directe vel indirecte, publice vel occulte, intertenere de:
bent, sed ubicunque huiusmodi grassatores et contravenia:
tores ubilibet in prefatis regnis et ditionibus depre:
hensi fuerint, contra eos iussu Regio et directione, atque
intendentia officialium utrobique parti lese atque defere:
ti iustitia immediate et irrecusabiliter permitti atque
administrari aut etiam citra partium requisitionem
de ijs ut communibus hostibus a Capitaneis Magistra:
tibus ubicunque per se ipsos ex officio inquiri insequi et
Capitaliter procedi debet, casu autem quo aliquis ex offi:
cialibus aut subditis utrarumque earundem utrum re:
ceptatione assecuratione, hospitationeque premissorum co:
ntrariorum aut ommissione insecutionis castigationis sive
animadversionis in eosdem scienter contravenerit, Intales
utrobique sive delati fuerint a parte altera sive alias
verisimili suspicione deprehensi, capitali supplicio irre:
missibiliter debet animadverti, quod si unus vel plures
Incole Regni Bohemie Marchionatus Moravie et
Ducatus utriusque Slesie in commune, Regno Polonie
vel singularibus personis eius Regni Incolis, et sub:
ditis privatim hostilitatem denunciabit vel denunci:
abunt, tum statim Prefectus aut Capitaneus, aut offi:
cialis illius loci aut Districtus cui diffidatio indicta est
generales Prefectos et Capitaneos Regni Bohemie Mar:
chionatus Moravie et Ducatus Slesie eadem re certiores

reddere et ipsis exemplar diffidatoriarum literarum transmittere debebit, quibus acceptis lris Prefecti et Capit in Regno Bohemie Marchionatu Moravie Ducatuqz Slesie talem vel tales diffidatorem vel diffidatores, pro publico hoste vel publicis hostibus iudicare, promulgare, et publicare, omnibusqz et singulis incolis Regni Bohemie Marchionatus Moravie et Ducatus predictorum cuiuscunqz ordinis et condicionis extiterint eius vel eorum consuetudinem interdicare, et ne a quoqz hospicio recipiantur aut iuventur consilio aut re aliqua alia, prohibere et cavere, Bonaqz diffidancium applicare fisco et Camere Regie, et demum in hospites socios consios et complices pari severitate animaduertere conabuntur. Ita tali facta divulgatione et interminacione neminem ignorancie excusacio sublevare poterit. Si vero contigerit vicieversa quod vnus vel plures incole Regni Polonie necnon aliarum terrarum dicioni Regni Polonie subiectarum, in communi, Regno Bohemie, Marchionatui Moravie, aut Ducatui Slesie vel singularibus personis eius Regni et predictarum prouinciarum incolis et subditis denunciabit, vel denunciabunt. Similiter eciam vt supra expressum est Prefectus et Capitaneus illius loci et Districtus cui diffidatio indicta est, generales Prefectos et Capitaneos Regni Polonie ea de re cerciores facere, et ipsis exemplar diffidatoriarum lrarum transmittere debebit, quibus acceptis Prefecti et Capitanei per Regnum Polonie et terras eidem Regno subiectas talem vel tales diffidatorem vel diffidatores, etiam pro publico hoste vel hostibus iudicare, promulgare, publicare, ac omnibus et singulis incolis predicti Regni et pertinenciarum eius cuiuscunqz ordinis et condicionis extiterint eius vel eorum consuetudinem interdicere, et ne a quoqz hospicio recipiantur, aut iuventur consilio vel re aliqua prohibere et cavere, Bonaqz diffidancium applicare fisco et Camere regie ac perinde

in hospites socios consortes et complices pari quoque severitate animi:
aduertere tenebuntur, ignorancie excusacione omnimodis
penitus sublata, singulatim vero si quispiam Capitaneus aut
Magistratus in huiusmodi casibus, dampnificatis subitam iusti:
ciam administrare cunctaretur, aut eciam extra id ex officio
inquisitione et animaduersione debita non procederet, tales
prefatarum utrum punicioni immediate obnoxii et rei esse
debent, Ut autem precipuus diffidationum et grassationum
fomes quo huiusmodi latrocinia inprimis aluntur e medio
tollatur coherceaturque licencia et impunitas hospitandi que
inter haec Regna hactenus perniciose invaluit, finaliter
inter nos convenit, ut quicunque promotores, detentores hospi:
tatores et complices dictorum maleficiorum hominum ex fu:
ga captivorum aut verbali intimacione spoliatur, qui captivi
vel spoliati bone fidei et integre fame forent, sive aliis aper:
tis indiciis ita ut tam manifestarum factum ulteriori pro:
bacione non egeat, utrobique deprehensi forent, fidem ultra
ulteriorem prorogandi sui admissionem et indulgenciam spo:
liatis et dampnificatis ad refusionem et satisfactionem proba:
biliorum dampnorum de bonis suis teneantur, aut quod sibi
in bonis desit, secundum qualitatem delicti corporis punicione
luant, atque compensent. Si vero tales ad Sedem dampnifica:
cionem seu recepcionem evidentem atque enormem occasionem
voluntarie et scienter prebuerint, iidem tam parti ad
refusionem dampnorum ut iam expressum est, quam supera:
oritati sue ad sinuendum de iis pro modo delicti supplicium
citra evasionem subiaceant. Si vero aliqui eiusmodi ~~grassatores~~ hospitatorum
aut complicium non similiter manifestis et apertis in:
diciis sive huiusmodi grassatores et damnatores confessatis
aut questionibus seu alias fuerint delati, et de eiusmodi
maleficio suspecti potius quam convicti, contra tales tam ex de:
lacione dampnificatorum vel alterius superioritatis officialium

q̃ ex officio per Capit. aut Magistratus eius Regni aut
ditionis in qua fuerint euocatos, hac tamen differentia et
moderatione debet procedi, vt si forent Nobilitates aut
aliqui possessionati Ciues ante hac in talibus non infa:
mati, neque anterioribus confessatis suspecti, vigore in casu ne:
gociationis sese proprio eorum iuramento coram supremo eius
ditionis ~~Iuramento~~ Magistratu publice huiusmodi infammationem
exonerare et purgare queant / si vero idem anterioribus in:
famie aut confessatorum preiudiciis confessi et seu mani:
festarii forent, ita tamen vt huiusmodi confessata non omni:
mode certum facti indicium prebere possent, talis vel tales
etiam ad purgationem sui medio Iuramenti met tercia ma:
nu integre fame possessionatorum vicinorum admitti: aut
si in vtroque casu in purgatione defecerint debite capitis
animaduersione subiici et subiacere debent / Casu autem si
quis ex Regno Polonie ausu temerario contra Jus et
equitatem ac publica mutuaque istorum Regnorum
foedera in Regnum Bohemie Marchionatum Morauie
et Ducatum Slesie excursionem vel impressionem faceret
atque ibi Mercatores et vectores depredaret, aut de:
tineret, homines occideret, vel abduceret, pecora abige:
ret, incendio seuiret, aut alio quouis modo damnum
et iniuriam inferret. Et sic ex effrenis animi libidine
patrato nephario scelere reuersum se in Poloniam vel ad
preda seruans vel fugiens in sequencium manus in hospi
cia consueta et solita diuerticula reciperet tum in Re:
gno Polonie et Prefecti illius Territorii vel districtus
et omnes incole totaque vicinitas continuo damnum et
iniuriam passis aut preuaricatorem et communium foede:
rum violatorem insequentibus commune scelere euocatique
cum extiterint, debebunt lesis ferre opem, adesse in
armis, fortiter et gnauiter insequi et inquirere noxios



et turbatores publice pacis et tranquillitatis. Etsi sui tuendi causa in aliqua Castra aut fortalitia vel loca abdita seu natura munita profugerint acrius et diligencius insistere et ipsos eorumque hospites socios con:scios complicesque obsidere oppugnare et ita simul omnes, ad deditionem et debitum supplicium, ac emendam, recō:pensationemque damnorum illatorum cogere | Siquis aut negligentiorem et remissiorem inferendo offensis au:xilio et in persequendo hostes et dampnificatores sese exhi:buerint, is se indignacionis sui regis et severam anim:adversionem irremissibiliter subditurum esse sciat, et senciet | Idem debere observare decernens et mandans in presumeru et ausureos tale quicque ex Bohemie Regno Marchionatu Moravie et Ducatu Slesie contra Re:gnum Polonie et eius subditos ac incolas. | Si vero con:tingeret aut per subordinacionem superioritatis aut alioquin per priuatum dampnificatos atque diffidatos con:tra premissos dampnificatores, diffidatores, malefacto:res hospitatores aut complices captivandos, sive etiam iam tum captivos et convictos in alterutrum Regnum aut dicionem super postulacione iusticie mitti aut re:quiri ydem postulatores non solum ad exempcionem iu:sticie cum racione delicti cum omnibus in tali facto ne:cessariis admitti et provideri, verum etiam tam in loco administrande Justicie quam in reditu in propria assecurari et omnimode tuti atque inviolabiles esse debent | casu etiam quo in utroque seu alterutro regno aut dicione aliquis ex Nobilitate vel alias Zelo honestatis et studio suppri:mendorum huiusmodi publicorum maleficiorum aut iussu Magistratus sui aut motu proprio, in vel post de:signacionem directionum aut aliarum dampnificatorum sive alios huiusmodi publicos predones et grassatores

insequeretur prout id ipsum ad eradicacionem diffidacio:
num et meliorem bone vicinitatis stabilicionem in utroque
Regno per amplius conservari convenit atque antehac in:
dicione Slesie communi consensu est tentum et introductum
Idque sibi aliquoque ut inhonestum exprobraretur talis
inculpacio seu obiectio nulli cuiuscumque status in honore
suo offensiva aut perniciosialis esse debet Sed talis ex:
probratur aut remocionem probri una cum aliquali
incarceracione et Carcerum punicione refusioneque in:
pensarum cogi atque lesam rogare debet ut sibi tale
mendacem imputacionem propter deum dimittere velit
prout hoc etiam antehac per Ser^mum dominum Polonie
Regem in Conventu Piotrcowien, Anno domini Mil:
lesimo Quingentesimo duodecimo, ut statutum laudi est
introductum et sancitum Ut autem semel amputetur
generalis illa occasio subpullulantium diffidationum
que hactenus ex deffectu assequende iusticie utrobique
invaluit ut de civibus ex utroque Regno debita ac in:
dilata iusticie administracio sufficienter et citra oc:
clusionem aut superfluam dilatacionem pateat Statuite
et conclusum convenit ut si regnicola Polonie contra
indigenam Bohemie et Slesie aut econverso actionem
iniuriarum violenciarum super spoliacione seu simi:
lium bona fixa non concernentium habeat eidem ab
Iudice competenti cui reus subiaceat permissione su:
bitarij iudicii de simplici et plano per Prefectos et
Magistratus accusati in promptu citra indulgencias
superfluarum dilacionum aut evasionum omnimode
equitas exhiberi debet. Si autem actio, bona fixa co:
ncerneret, id apud accusati superioritatem aut Magi:
stratus regnicoli et inibi secundum consuetudinem uni:
uscuiusque dicionis procedi debet, ut quilibet citra dila;
cione

dilacionem execucionem iusticie obtinere queat quod per superioritatem et Magistratus fideliter provideri et dirigi par est | Insuper ad ulteriorem evitacionem vicinalium differenciarum ut antea vetitum et penaliter prohibitum esse debet ne alterutrius regni aut dicionis atque superioritatis subditi citra exhibitam literariam probacionem licencie a priori domino seu Magistratu cui suberant obtente ut subditos suscipiantur sub multa quinquaginta florenorum Hungaricalium super receptore ad (adiudicatione) citacioni Magistratus exigenda et subitaria execucione facienda, ita ut dimidium eius multe Magistratui dimidium vero priori domino cedat | pariformiter et sub tali multa profugi rustici ad requisicionem priorum dominorum ubicumque in instanti eis olim eorum haeredibus libere dimitti et restitui debent | Et si aliquis talem in requisicione dolose occultaverit et prima citacioni evocatus desuper convictus fuerit, duplum prius expresse multe luere citra recusacionem tenebitur. Si autem huiusmodi receptor ad talem multam in facultatibus defficiat loco multe quatuor septimanarum captivacione puniri debet | Finaliter conventum et cautum est ut nullus Incola eorum regnorum et pertinenciarum earundem cuiuscunque condicionis existat neminem ex qualicunque causa seu pretextu salvo Conductu providere asserendique facultatem habere debeat, nisi cum expressa voluntate domini et herediis sui ac partis adverse. In quorum omnium et singulorum fidem putes Sigillorum et secretorum nostrorum appressione fecimus communiri Actum et datum in Oppido Glogovie maioris ipso die domini Stanislai Episcopi Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

Nos igitur Ferdinandus Romanorum ac Bohemie
etc Rex prefatus huiusmodi pacificandi articulacionibus ma:
tura Procerum et Consiliariorum nostrorum deliberatione
sufficienter pensatis atque examinatis, quam nobis et utrique
Regno foeliciter vertat omnia et singula talium articu:
lacionum contenta pro bona pace et mutua fraternitate
tranquilloque utrorumque Regnorum statu. Imprimis pro
foelicitate totius Christianitatis, cuius splendor et utili:
tas nobis precipue cordi est una cum prefato Ser^mo Po:
lonie Rege ex certa scientia ac de consensu Regni mei Bo:
hemie dicionumque eidem subiectarum laudavimus, accepta:
vimus, approbavimus et ratifficavimus Prout et in robur
perpetue firmitatis ac observationis laudamus, acceptamus
approbamus, et Regia mea autoritate ratificamus per
presentes in verbo meo Regio et bona fide mea mediante.
promittendo, premissa omnia et singula absque omni dolo
et presupposita fraude in mea haeredumque et successorum
nostrorum ac Regni Bohemie et subditorum eiusdem per:
sona inconcusse et inviolabiliter observari et manute:
neri debere. Faciemusque per omnes quorum interest
pariformiter observari, specialiter etiam, quecunque Privi:
legia lauda seu Statuta Regni Bohemie et Ducatus
Slesie contra premissa facientia durantibus huiusmodi
compactatis auctoritate mea suspendendo, eisque in hoc casu
derogando talibus tamen Privilegiis, et immunitatibus
alioquin extra premissa per omnia salvis. In quorum
~~verborum~~ robur omnium, et evidens testimonium prefato domino
Sigismundo Regi has literas meas Sigillo meo munitas
prebuimus, et ab eo consimilis tenoris literas sub appen:
dentibus suae Celsitudinis Sigillo recepimus. Datum
in Civitate nostra Wratislaviensi decima septima die
Mensis Junij Anno domini Millesimo

Quingentesimo trigesimo octavo Regnorum vero nostrorum Romanorum octavo, aliorum vero omnium duodecimo. Ferdinandus Wolff de Hraysa supremus Regni Bohemie Cancellarius.

Legatio de Nupciis conficiendis inter Sigismun:dum regem Polonie et inter filiam Ferdinandi Ro:manorum REGIS

Data Joanni Dantisco Epo Varmien
et Janussio Latalski Palatino Posnanien

Post premissas de more salutaciones et precationes foelicium successuum honorificas, Referendum erit, quam cordi sit Sacrae Mti Regie, vt rem de Matrimonio inter Serenissimum filium suum, et Serenissimi Regis Romanorum filiam iam ante aliquot annos inceptam, et mutuis tractationibus per Oratores vltro citroque condictam, foelicibus tandem auspiciis conficiat, firmet et stabiliat, quoniam et certa sit connubii fides inter Stes suas, et inter regias eorum domos huius coniunctionis necessitudine amor augeatur: foedera communium Dominiorum confirmentur, et commoda tam priuata quam publica prouehantur, orientur, et multiplicentur. Sperare enim Mtem Regiam hanc coniun:ctionem et affinitatem cum ipsismet Mtibus regiis inter se vtilem ac honorificam: tum vero Dominijs et sub:ditis communibus faustam et salutarem futuram. Siquidem amicitiae et coniunctiones Magnorum Prin:cipum vberrima commoda omnibus in commune afferre solent, sicuti eorum dissidia et inimicicie rebus vniuersis humanis solent esse exitio, maximamque eis per:niciem reant et pariunt.

Proinde Mtem eius Regiam summa voluntate misisse Oratores suos ad transigendum et concludendum in hoc negotio, data illis ad hoc plena facultate et mandato ne qua in re vel desyderio Serenissimi Regis Romanorum vel pactis iuris deesse videretur

Ubi verò iam ad tractatus ventum fuerit de istis tribus Articulis de donatione nuptiali, de restitutione dotis, de foederibus sic erit primusque Matrimonium conficietur tractandum.

In primis quod ad donationem Nuptialem attinet, dicendum, id esse preter morem Matrimoniorum Regum Poloniae apud quos nunque fuit in usu ista Nuptialis Donationis cerimonia neque à Regia Maiestate debere illam exigi, cum sit noua et inusitata, quod enim fit preter morem, preter legem fieri. Verum si illam exigent, et instabunt vrgentius, non repugnandum nimium, ne quid sinistri aut parum amici suspicentur. Sed duo millia florenorum in Salinis Regiis ad singulos annos ad vitam Serenissime Sponse nomine eiusmodi Donationis concedenda.

De restitutione Dotis nullo modo consentiendum quod omnino sit contra consuetudinem Regni huius et magnas inde turbas euenire posse, si (quod absit) Dotem acceptam restituere contingeret. Sed neque Regiam Maiestatem in contrahenda hac coniunctione Dotis rationem habere, quam si spectare vellet, maior aliunde contingere potuisset multis et non sine magnis conditionibus coniunctionem huiusmodi Regiam ambientibus. Sed spectare in primis necessitudinem et solidam amicitiam cum inclyta domo Serenissime illius Maiestatis, quam maximi facit et omnium aliorum Regum affinitatibus prefert.

De foederibus item explicandum erit quibus et quam variis hoc Regnum circumseptum sit hostibus, quantis, et quam assiduis bellis, et infidelium incursionibus depopulationibusque affligatur. Nullum annum esse, nullum tempus, quo nobis à bellis et sumptibus bellicis respirare liceat, vicinos nos qui nos pro obice habent.

nullis adminantibus, hęc ignota esse, non debere Ser^mo^ Re:
gi Romanorum. Proinde neqz Ma^tem^ Regiam promittere
posse aliquas Serti suę suppetias, Neqz Ser^mam^ Ma^tem^ illi:
us eas exigere aut expectare debere à Regno tot modis affli:
cto et attrito vt egrè sese tueri possit. Quod tamen ad co:
servandam publicam tranquillitatem et immunitatem foede:
rum inter subditos communium Dominiorum attinet, Re:
giam Ma^tem^ omnem diligentiam et operam esse adhibituram
ne vlla detur occasio ex Regno et Dominiis suis turbandę
pacis publicę, cavebitqz et prospiciet diligenter, vt foederum
immunitas salua permaneat. Quod vicissim pro debito ne:
cessitudinis magnopere erit petendum à Ser^mo^ Rege Ro:
manorum.

Petendum verò erit, vt foedera et pacta dudum inter Regna
ista Polonię et Bohemię et Slesiam de prędonibus aliisqz
hominibus pacem publicam et concordiam mutuam distur:
bantibus, literis hinc inde firmata renouentur et exe:
qutioni demandentur.

Cęterum confectis tribus illis Articulis, si de abducenda
Ser^ma^ nova nupta in Regnum agendum erit, proroge:
tur ad annos aliquot, quanto vlterius fieri poterit, neqz
enim festinatione ea in re opus est, quandoquidem Ser^mi^
Sponsi et sponsę immatura sit aetas, neqz dum satis nubilis
et prolem foeliciorem prouenire à parentibus in aetate
matura contrahentibus, quod quidem vel cumprimis
in Sacris connubijs spectandum esse. Ita si Ser^ma^ sponsa
nouem nunc annos habet, petenda est eius importatio quā:
do aget annum quartumdecimum aut quindecimum sin
verò est annorum vndecim, ad sedecimum aetatis suę an:
num importatio prorogetur.

Quodsi adduci non poterit Ser^mus^ Romanorum Rex vt
Ser^ma^ nuptam ad annum vsqz sextum decimum apud se alat,

promittendum erit eius M^ti simul atq; annum aetatis quar:
tumdecimum compleuerit vt ad se sponsam arcersat addu:
catq; faciat Ser^mus Rex adolescens.

Si verò, (quod deus omen obvertat) factum esset aliquid
de Ser^mo Ro: Rege antea q; dies venisset quo adducta
sponsam opporteret alenda erit vsq; ad praefinitum tempus
à Ser^ma matre sua, ita tamen, vt si ita visum sit M^ti
Regiae, liceat illi arcersere ad se nouam nuptam non ex:
pectato etiam eo tempore, quod ei adducendae praescriptum
est, vt autem tanto magis certa sit M^tas regia de dote
cupit sibi per Ciuitatem eadem Wratislauien caueri,
vt si quid M^ti Regiae Roma: humanitus accidisset
scire posset, vnde sibi ea petenda esset.

Virginibus et pedissequis externis duabus contenta sit no:
ua nupta, vel ad maximum vbi id efflagitarent tres tan:
tummodo habeat, Aulam verò prorsus nullam externam
secum relinquat.

Quandoquidem Dux Prussiae in fide est Ser^mi Regis mei,
petendum erit à Romanorum Regia M^te, vt apud Se:
renissimum fratrem suum Carolum Imperatorem preces
authoritatemq; suam interponat, vt ista proscriptione eius
supersedeat, neq; ei quenq; negocium facessere permittat
Cum eum in fide sua existentem omni ratione tueri et de:
fendere Ser^mus Rex meus teneatur.

Quandoquidem nuptiae non sine maximo sumptu per Ser^mum
Regem meum conficiendae sint, postulandum erit vt im:
pensarum istarum ratione habita ad dotem Ser^mae nu:
ptae aliqua fiat accessio: Quod si vt ita faciat M^tas eius
adduci non poterit proponendum erit vt Wratislauia aut
locum aliquem nuptiis praefiniat huic Regno viciniorem

quo possit ipse Ser^mus^ sponsus pro Ser^mi^ Sororis sui honore et dignitate se ad accipiendam uxorem conferre.

Annulus, si pn̄s aderit Illma virgo, dandus erit illi Arabonis ?
loco, praemissis verbis et ceremoniis ad id pro dignitate et consuetudine necessariis. Sin autem eam abesse contingat, videbunt Legati quid se Ser^mus^ Romanorum Rex facere iubeat, si enim author eis fuerit proficiscendi, ubi fuerit Illma virgo, ne renuent, ipsi autem ultro se proficiscturos ne offerant.

Litteras Contractus signo Ser^mi^ Ro: Regis obsignatas accipient, quas vero ipsi dederint nomine Ma^tis^ Regiae, his sua signa apponent, fidemque suam obligabunt ut primum reversi fuerint Ser^mos^ Reges nostros suis signis eas lr̄as obsignaturos, ac ad Ma^tem^ Regiam Romanorum missuros

Sigismundus Rex Poloniȩ senex
Ferdinando Romanorum Regi

Etsi quibus est, per nos muneris Legationis ad Mtem Vram
Ser: demandatum hii plus octuaginta millia passuum à
nobis absint, neque satis adhuc ad eam rem instructi
sunt et parati, quod post demortuos priores designatos modi:
co transacto tempore, sunt in eorum locum suffecti, facit
tamen ingens nrm conficiendi tandem aliquando matri:
monij huius desyderium, ut non possimus iam longius ne:
gotium differre, etiam si non eo esset quo oportebat sple:
dore dignitateque obeundum, quare statim ut redditȩ sunt
nobis litterȩ Mtis Vrȩ misimus volucres Nuncios,
ad eos quos Legatos designavimus, ut quacunque tandem
possent ratione munere suo defungi conarentur, neque
tam ornatus alicuius et pompe studiosi essent, quam ut pri:
mo quoque tempore rem conficere possent. Petimus à Mte
Vra, velit habere eius rei rationem quod absint longius
neque moleste ferat si forte diem non obierint à Mte Vra
prȩfinitum, sat scimus facturos eos omnia, ut utriusque
nrm tante voluntati desideriòque quam poterint celler:
rime satisfacere queant, conatus eorum boni erit nobis
consulendus, si forte quod volent non tam cito quam volent
prestabunt, sed eos omnino in mora futuros non arbi:
tramur, si minus ad constitutum diem venerint, qui
paucis diebus post veniant commissuri non sunt. Quodsi
verò nulla ratione licitum erit Mti Vrȩ paulò plus
temporis Wratislavie ponere, dedimus illis negotium
ut eam quocunque fuerit profecta comitentur. Quanquam
utriusque nrm ad multa pertineret Mtem Vram Lega:
tos nros Wratislavie potius quam alibi audire. nam cum
aliis de rebus mandata illis dedimus tum ut rationem

aliquam

cum Mte vra excogitarent qua provideri posset ut ne homines mei a praedonibus in Slesia aliquid caperent detrimenti, qua de re nusq3 agi potest commodius quam in confessu Du: cum Slesie, sin autem quod nollemus prius inde decederet Mtas vra, q3 Legati nri venissent, petimus ab Illa ut ipsa cum Ducibus rationem ineat, qua prohibeantur pre: dones neq3 nostris hominibus damna inferant, Nos vicissim dabimus operam ut mei eadem ratione erga eos qui sunt fidei potestatisq3 vre Mtis, ita se gerant, nul: lum ut in eis bonorum vicinorum officium desiderari queat, optamus Mti vre omnia prospera et foelicia, euenire Cuius nos amori et beniuolencie fraterne co: mendamus.

Mandatum et plenipotencia oratoribus data ad omnia concludenda in negocio Ma: trimonii

NOS SIGISMUNDUS primus et secundus pater et filius dei gra Reges Polonie, omnibus, leis hisce meis, testatum facimus, q cum auita domui mee cum Illri et inclyta Austrie familia necessitudo sit constituta, augere illam veterem maiorum meorum morem referre cupientes, de ea noua nobis coniunctione concilianda et maioribus amoris amicitie propinquitatisq3 vinculis astringenda consilium cogitationemq3 suscepimus. Qua de re cum ultro citroq3 multa collata iam sunt et communicata per Le: gatos et Consiliarios tam meos q3 Ser^mi domini Ro: Regis fratris et consanguinei mei char^mi, mittimus nunc ad eam perficiendam regni^mi Senatores et Con: siliarios Rndum in Chro patrem Do: Joannem Epm Varmien et Janussium Latalski Palatinum Posnanien

cum ea potestate qua ipsi sumus vt quicquid à nobis pntibus in causa hac Matrimonij fieri transigiqz potuerit, id ab eis pari cum potestate autoritateqz fieri transigiqz volumus, meas vt ipsi personas gerant nec minus qua nos in actu isto consumando facultatis habeant. Nos verò quecunqz pacta, conuenta, facta, transacta, per eos fuerint, non aliter nos ea obseruaturos, rataqz habituros sancte promittimus, qz si per nos ipsos pacta, conuenta facta transacta essent in rei, vt maior fides adhibeat[2] lrãs has manu meâ subscriptas sigillo meô obsignari fecimus. Datu

Promißio Regis iunioris De ratihabitione Matrimonii

Sigismundus secundus, etc. Manifestum facimus hisce lrís meis ea que per Ser^mu^ parentem meum tractantur de Matrimonio inter nos et Ser^mi^ Do: Romanoru Regis maximam natu filiam, summa voluntate meâ tractari, quicquid itaqz ea de re per Mtem eius siue per Legatos quos plena cum potestate Mtas eius miserit transactum fuerit et constitutum, id nos ratum habituros sancteqz et inuiolabiliter obseruaturos promittimus, recipimus, spondemus, fidemqz meam Regia lrís his meis astringimus, omnia prius facturi qz à pactis et Conuentis per Sermu parentem et dominu nostrum aut eius Legatos vel digitum quod aiunt latum discedamus ac Argrô Janussio Palatino Posnanien potestate facimus cum Ser^ma^ filia natu maxima Ser^mi^ Ro: etc Regis verbis pntis temporis meô nomine matrimonium contrahendi, idqz quasi per nos ipsos nrô non ore

contractum esset, perpetuo nos ratum habituros, sanctissimeque observaturos iterum atque iterum promittimus, recipimus spondemus, fidemque nostram literis hisce meis obstringimus, quem ut certior sit neque de voluntate ista mea dubitari quicquam ab aliquo possit, manu illas mea subscripsimus, signoque meo obsignari fecimus Datum Crac.

Joanni Dantisco Episcopo Varmiensi

R.
Reverende in Christo Pater syncere nobis dilecte. magno fuit nobis ea res dolori quod Paternitatem vestram ita gravi morbo conflictatam esse intelleximus. Sed recreati tamen sumus ad levatam eam esse magna illius parte paulo post cognovimus. Speramus quidem et optamus, prorsus iam esse liberam. Estque nobis id vehementer gratum quod se tanto erga nos studio esse profitetur ut si vita ponenda sit in laboribus mea causa susceptis non gravatim se id facturam scribat nos vero nihil magis cupimus quam ut Paternitas vestra cuius animum hunc talem in nos non possumus non amare plurimum quam longissimo tempore salva sit et incolumis. et nisi magna nos urgeret necessitas non essemus commissuri ut aliquid ei muneris imponeremus si nondum est plane suis viribus restituta. et

Contractus de Matrimonio inter Regem Polonie et filiam Regis Ferdinandi.

FERDINANDVS ROMANORVM REX etc. Harum serie literarum recognoscimus et ad perpetuam memoriam notum facimus vniuersis. Cum nos ea que adornamentum, digni:tatem, amplitudinem atque conseruationem Regnorum et subditorum quibus diuina dispensatione prefecti sumus spe:ctare videntur, pace, concordia, amicitia, affinitatisque nexu potius quam vllo alio studio querenda esse putantes superioribus aliquot annis auitam necessitudinem, singularemque san:guinis coniunctionem, inter Serenissimos Principes, et dominos Re:ges Polonie et Inclytam ac Illustrem Austrie meae domum, Auosque meos et nos multis nominibus constitutam, nouo quodam et arctiori, Matrimonii videlicet vinculo, colligare obstringereque cogitauerimus. Idque vel ob hoc quod vinculum istud ad legittimam sobolis propagationem a deo optimo Maximo institutum et ab eodem metipso sancitum non solum dissen:siones, simultatesque extinguere abolereque, verumetiam animorum coniunctionem parere, voluntatum preterea vni:onem conciliare, ac veluti radicem et fomentum sincere ami:citie eorundemque morum, idem velle atque nolle vt pluri:mum creare solere sciremus, simul et pacem, tranquillitatemque Regnorum orbis Christiani mutua Regum affinitate po:tissimum constare et conseruari posse cognitum haberemus: atque eius rei causa inter nos ex vna et Serenissimum Principem dominum Sigismundum Regem Polonie Magnum Ducem Lithuanie ac Russie, Prussieque etc. fratrem et affinem nostrum charissimum partibus ex altera super collocanda Serenissima Principe Domina Elisabeth filia mea amantissima in

Matrimonium dicti Ser^mi Regis Poloniae filio Ser^mo dno
Sigismundo secundo Regi multa ultro citroque per utrinsque
nostrum Legatos, Oratores, et Consiliarios ad hoc specialiter
destinatos collata et communicata fuerint et in Civitate de-
nique Regia Posnanien. die profesto seu vigilia Sancti Mar-
tini Anno domini nostri Jesu Christi Millesimo, Quingentesimo
tricesimo certus ea de re tractatus, quem hic pro inserto ha-
beri volumus cum expressis condicionibus, clausulis, pactis,
et poenis interpositis prout in eo clarius est videre, vigore
mandatorum plenissimorum. Quorum unum nos Orato-
ribus meis, alterum vero dictus Ser^mus Rex Poloniae
suis mandatariis dederat medio Oratorum Ill. Georgii,
Ducis Saxoniae etc. Principis et Consanguinei mei charis^mi
initus stipulatus, conclusus et a nobis deinde ambobus acce-
ptatus, approbatus, et ratifficatus fuerit. In quo tametsi
continebatur pactumque erat, Quod quando Ill. filia mea Eli-
sabet septimum annum implesset. Nos et prefatus Ser^mus
Rex Poloniae teneremur nomine liberorum meorum con-
trahere sponsalia per verba de futuro ubi commode ipsi mu-
tuo convenire possemus, et ita nobis visum foret. Alioqui
vero quando Conventus inter nos fieri non possit tunc pre-
fato septimo anno expleto Ser^mus Rex Poloniae teneretur
per Oratores suos nomine Ser^mi filii sui in loco per nos de-
signato sponsalia per verba de futuro cum filia mea prefata
contrahere. Tamen propter diversas causas et rationes quibus
uterque nostrum impeditus fuit, hoc negocii tamdiu protractum
fuit unanimi nimirum ac mutuo consensu, voluntateque mea
accedente, donec sese transigendi illius commoditas aliquan-
to opportunior (licet id ipsum nos ambo iam pridem ab-
solvere immensis votis exoptaveramus) offerret. Itaque
nuper hac de causa fraterne admoniti a Ser^mo Rege Po-
loniae ut quem in locum, quoque die Oratores suos ad stabili-
dum

stabiliendum inter liberos meos Connubium venire velle:
mus, sibi indicaremus non sine maximo desyderio ut ne res
ista ad quam, nos ambos, propensissimos esse constabat vlte:
rius contra vtriusqz nostrum voluntatem differetur ad hanc
Ciuitatem meam Wratislamien Sertis sue Legatos vocare
visum nobis fuit operepreciu Qui cum paucis ante diebus
huc optato venissent, Nempe Rmus in Chro Pr dominus
Joannes Epus Varmien, Magcus ac Spectabilis Janus:
sius Latalski Palatinus Posnanien Sincere nobis dilecti
nobisqz plenissima et sufficiencia mandata ad penitus con:
ficiendum et concludendum dicti Matrimonij negocium à
Sermis Pre et filio Regibus Polonie obtulissent, nihil cun:
ctati statim post habitas beneuolas proposiciones, allegacio:
nes et amicas discussiones ad transigendum negotium facie:
tes ad laudem et gloriam Dei omnipotentis ad honorem eius
genitricis gloriose virginis Marie, pro incremento et de:
fensione Reipublice Christiane proqz necessitudine mea mu:
tua maiori mutuorum coniunctione conciliando et firmiori:
bus amoris et amicitie propinquitatisqz vinculis astringe:
da confirmandaqz simul et pro honore et decoro meo, meorumqz
augendo, et ad solidiorem deniqz et perpetuam pacem tranquil:
litatem inter vtriusqz nostrum personas liberos Regna
Dominiaqz et vniuersos subditos fulciendam conseruanda
retinendamqz, predicti Matrimonij rem totam ita vt
sequitur quod nobis omnibus, totiqz reipubce Christiane fau:
stum foelixqz sit, ex certa mea sciencia animo bene deliberato,
maturoqz consilio habito, non obstante tercio consanguinita:
tis gradu, quo filia mea prefata cum Sermo Do: Sigismundo
Secundo Rege Polonie coniuncta esse dinoscitur, de quo apud
Sedem Apostolicam, dispensacionem optinuimus etc, cum dictis
Oratoribus Sermorum Regum Polonie senioris et iunioris.
et qui ab eorum Serbus cum amplissima facultate ad nos ea

dere missi sunt. IN Nomine Dei Patris et filii et Spiritus san:
: cti transegimus, confecimus, conclusimus.

In primis annuimus et consensimus nos iuxta superiorem tractatum Posnanien(sem) quem ut prefertur cum omnibus suis condicionibus, clausulis, continenciis, de verbo ad verbum hic expressum haberi volumus Ser(enissi)mam Principem dominam Elisabet filiam meam primogenitam Ser(enissi)mo Principi domino Sigismundo secundo Polonie Regi accedente consensu prefate Ser(enissi)me Do: Elisabet nuptui collocare, et quod eidem centum millia aureorum Hungaricalium auri puri et iusti ponderis pro dote constituere, illiusque terciam partem unacum traductione in manus Officialium Ser(enissi)mi Do: Regis Sigismundi consignare, Reliquas autem duas partes in fra annum et diem post consumacionem Matrimonij citra omnem dilacionem exsoluere debeamus et teneamur, Econuerso Ser(enissi)mus Princeps do: Sigismundus Polonie Rex Pater nomine filii sui prememorati, aut eo decedente Ser(enissi)mus Do: Sigismundus secundus Ser(enissi)me Do. Elisabete vicissim centum millia aureorum Hungaricalium auri puri et iusti ponderis pro contradote seu donatione propter Nuptias † summa ducentorum millium florenorum Hungaricalium in bonis Regni sui vz(t) in Sandeg, Sanok, Biecz, Premisl, cum omnibus villis eis adiacentibus, proventibus, vniversis, assecurare et inscribere debeat eidem Ser(enissi)me Do: Elisabete ita quidem vt haec obligatio Dotis et donationis propter Nuptias que sic vt supra scriptum est nove Regine erit facta simul cum munere virginitatis sibi constituendo post mortem Ser(enissi)me Do: Bone Regine moderne transferatur ad eas Civitates et Arces que sunt sue Ser(enita)ti eadem ratione dotis et donationis propter Nuptias obligate et inscripte, dummodo tamen, vel haec vel illa bona prefata summe ducentorum millium flor(enorum) Hungaricalium atque prefato contractui

† Spondere et promittere teneatur. Atque ideo tam pro dote quam pro donatione propter nuptias

sufficienter respondeant, et super hoc, tempore consumationis Matrimonialis lre assecurationis per Serenissimum Do. Sigismundum Secundum in nota meliori confici et ad manus meas consignari debent. Preterea cum aliquandiu ratione donationis seu muneris virginitatis nominatim exprimendi tractatum esset, nos quo maiorem propensissimi animi nri erga vtrumque Serenissimum Polonie Regem significationem daremus, consensimus et consentimus hanc prefati muneris sponsione et prestacionem arbitrio vtriusque Sermi Regis relinquere nihil addubitantes quin Sertes sue, maxime autem Sermus Rex Junior secuta statim Matrimonii consumatione per copulam, Sermam Sponsam suam eo nomine tam pro Regio suo honore quam eiusdem Ser: sponse merito splendide sit remuneraturus, et pro hoc munere Sertis Sue vt premittitur deputando prenominata Dominia et bona non minus quam pro dote et donatione propter Nuptias inscripta obligata et obnoxia esse debent.

Conuentum denique inter nos est quod si Serma Regina prior sponso suo vita defuncta fuerit, tam Dos quam Donatio propter Nuptias et munus ipsum virginitatis ad Sermum Regem et Regnum Polonie perpetuo deuoluantur sine aliqua ipsius dotis restitucione. Si vero Regem mori prius contigerit prole ex ea quod dii prohibeant non suscepta, aut si suscepta fuerit premoriatur tamen, tunc Serma Regina Elisabeta omnibus terris Districtibus, Dominijs sibi inscriptis ad vite sue vitualis tempora plenam vtendi et fruendi potestatem habere debeat. Post mortem autem suam, Centum millia flor ratione Donationis propter Nuptias sibi donata et inscripta ad prefatum Polonie Regnum libere reuertantur. DE Dote vero et munere virginitatis habeat Regina Elisabet eandem plenam tam in vita quam in mortis articulo donandi, testandi, disponendi facultatem quamplurimum habuit

Ser^ma domina Elisabet Ser^mi Do: Regis Polonie mater vt in literis Cracouie quindecima Mensis Augusti 1453 Datis latius continetur.

Preterea constitutum est et conuentum vt nos Ser^mam filiam nostram dominam Elisabet postq decimum sextum etatis sue annum attingat cum decenti et Regio apparatu ac ornamentis proprio sumptu pro tempore communibus votis designando Cracouiam mittere debeamus, ita tamen q integrum atq adeo liberum sit Ser^mo Regi Iuniori si ei videatur traductionis eiusmodi tempus preuertere. Nec obstet etiam de deductione sponse Cracouiam sui alio sententiam mutare prout inter nos et Ser^mos patrem et filium Reges Polonie conuentum fuerit. Postq autem Ser^ma sponsa ad Ser^mum dominum Sponsum vt premittitur deducta fuerit tunc ante consumationem Matrimonij tenebitur ipsa solemniter et expresse hereditati tam paterne q materne sufficientem facere renunciationem, eademq ratione Regni Hungarie et ditionis domus Austrie, non modo pro nobis Sed pro Sacra Cesarea Mte, vtriusq nrm liberis et heredibus per lineam masculinam à nobis legittime descendentibus à se fieri debebit. Quo vero ad Regnum Bohemie pro nobis tunc meisq liberis et heredibus masculini sexus dicta renunciatio erit facienda in quantum scilicet Ser^tas eius iuxta memoratorum Regnorum Iura et Priuilegia ad huiusmodi renunciationem tenetur et non vltra. Deniq talem renunciationem Ser^mus eius sponsus suis lris et Sigillo firmare et ratificare tenebitur.

Quod si alter contrahentium ante consumationem nuptialem quod absit mortem obierit, tunc totus iste Contractus ab omnibus eius partis et obligationibus annichilatus et cassatus habeatur.

Postremo vero conuentum est q prefatus Mg^us Janussius

199

Lataski Palatinus Posnanien. vigore mandati specialis sibi à Ser^mo Rege Juniore traditi nobisqꝫ exhibiti sese quàm pri:mum cum omnia inter partes prescriptis modis pacta et transa:cta iam sint, Cracoviam conferre illicqꝫ dicti Regis nomi:ne cum Ser^ma domina Elisabet sponsalia per verba de pnti contrahere omniaqꝫ in hisce rebus fieri solita exequi debeat cum reciproca ratificatione omnium et singulorum que in:ter utriusqꝫ sponsi et sponse Ser^mos parentes pro hoc foe:licissimo Coniugio hactenus acta et transacta sunt.

Nos itaqꝫ dicta omnia et singula ex parte nrá non solum ap:probavimus et ratifficavimus prout approbamus et ratiffica:mus harum per vigorem. verum etiam quantum nos et ea que nobis in hac re permissa sunt et protestari debet concernunt polliciti semper integre inviolateqꝫ observare prestareqꝫ, sicuti per pntes in verbo nró Regio et sub fide veri Chrianí Principis pollicemur et recipimus ha:rum testimonio literarum Sigilli nri appensione et manus nostre subscriptione munitarum Datt in Civitate nostra Wratislavié die sedecima Mensis Januarii Anno dni 1538 Regnorum nostrorum Roma: 8. aliorum vero 12

Ferdinandus

Oratio de Nupciis inter Sermum do: Sigismundu
secundum Regem Polonie et inter filiam Ferdinandi
Romanorum Regis

Hanc orationem Do: Joannes Chojenski
Eps Crac Regni Polonie Cancellarius, sibi
paraverat, volebat enim ipse Legatiõm
hanc obire, verum morte preventus,
non obiuit. Aliis Legatis munus hoc
mandatum fuit, vzt Epo Varmien
et Palatino Posnaniensi.

Si per Regni reiqz publice occupationes Sermo Regi do:
mino meo clementissimo licitum fuisset, quibus hoc tpe sum:
mis atqz incredibilibus distinetur: visere Sacram Mtem vram
coramqz de rebus ad utriusqz Mtis vre utilitatem pertine:
tibus verba facere, fecisset nihil libentius. Nam quo est amo:
re et benevolencia erga Sacram Mtem vram non alia
vlla ex re, qz ex mutuo cum illa congressu colloquioqz ma:
iorem leticiam et voluptatem percipere potuisset. Sed quo:
niam et ardua negocia non permittunt: et regni rationes
non ferunt absens ab eo ut sit, quando quod voluit fac:
re non potuit, quod unum posse videbatur, nos misit, qui
illius loco Sacram Mtem vram viseremus. Cui salutem
longam et incolumitatem: cui fausta et felicia cuncta ex
animo precatur et optat quo non solum incepta verum
etiam cogitata illius Deus Opt. Max. fortunet atqz ad
optatum exitum omnia perducat à quo nihil sibi concedi po:
stulat, quod non idem cum S. Mte vra commune sibi esse
velit: quam cupit prospera semper equabili perpetuaqz
fortuna frui, secundo vite sine ulla offensione cursu.

Quibus in rebus Sacrae Mti vrae commodare poterit, omne studium illi suum, beneuolentiam, officium, opem operamqz prolixè pollicetur ac defert, non alium diem sumpturus magis hilarem qz quo S. Mtem vram officio aliquo suo demerendi potestas data fuerit et facultas, vt quod eodem quo se loco numeroqz habet, seqz alterum esse sibi persuasit, ut vt sit quod de illius in se animo non possit sibi Sacra Mtas vra firmissime polliceri

Dedit preterea nobis negocium, vt certis, de rebus, ad vtrumqz Sacrae Mtis pertinentibus apud Mtem vram verba faceremus. Id quod vt maiore cum fide et autoritate prestari à nobis possit, has illi prius lras duximus offerendas

Serenissimus qz Rex adolescens Sigismundus secundus Sacram Mtem vram plurima salute impertit, omnia illi eadem que Serenissimus parens precatur, pares ad Sacram Mtem vram voluntatem defert. cui cupit esse qz maxime charus et commendatus. Has et ipse S. Mti vrae perferri iussit lras

lectis Credentiis.

Vetus ea fuit consuetudo institutumqz Serenissimorum Poloniae Regum, iam inde ab Auis atqz Attauis Serenmi Principis et domini mei semper in hunc vsqz diem religiose inuiolateqz obseruatum, atqz illius Mti quasi per manus traditum, nullos vt Reges et Principes maiore studio ad amicitiam suam adiungendos curarent, qz eos qui ex ampla ista atqz illustri Austriae familia orti essent et procreati. Cum autem intelligerent ad firmandas amicitias, nihil perinde valere atqz affinitatum coniunctiones, multum in eo studii atqz operae posuerunt, vt hoc qz necessitudinis genere stirpem hanc inclytam sibi deuinctam habere possent Quae vt esset diuturnior stabiliorqz et fixa permaneret affinitatis

reintegratione eam subinde renouare atque instaurare sunt conati. Neque alia in re magis elaborarunt quam ut ad constitutam cum amplissima domo ista amicitiam, maior semper fieret accessio quo eam quantum humano cōsilio prouideri posset immortalem redderent sempiterno tempore duraturam. Ac ne altius repetendo longa crescat oratio, veteres illas necessitudines atque affinitates silentio praetermittam, commemorabo eas tantum strictim breviterque quae vel mea vel parentum meorum memoria inter Sacrae Maiestatis vrae Serenissimique Regis domini nostri maiores inite contractaeque fuerunt. Ac primum quidem Serenissimus Princeps Wladislaus Jagelo Serenissimi domini mei auus germanae sororis suae filiam ex Semouito Masouiae Duce procreatam, cui nomen erat Cimbarka Illmo Do. Ernesto Archiduci Austriae collocauit, ex quibus postea natus est Serenissimus Dns Fridericus Ro: Rex. Sacrae Maiestatis vrae Abauus verum, haec necessitudo filio Wladislai Casimiro Regi Serenissimi domini mei parenti non satis arcta visa est. Itaque cum Alberto Romanorum Hungariae et Bohemiae Rege ac Archiduce Austriae nouam coniunctionem conciliauit, filia eius Elisabeta in Matrimonium ducta. Jam vero hic ipse qui nunc ad Regni Poloniae gubernacula sedet, quod utinam complures annos ea qua coepit felicitate moderari pergat Serenissimus Princeps et dominus meus Sigismundus cum videret offensiunculam quandam factam esse in animis Serenissimorum Dni. Sacrae Maiestatis vrae Maximiliani Caesaris, et fratris sui Wladislai Hungariae et Bohemiae Regis nihil studii, laboris, diligentiae praetermisit, nullis pepercit sumptibus, quo posset eos dissidentes in gratiam et concordiam reducere. Quo quidem tempore videre licebat constantiam admirabilem, animi magnitudinem singularem

atqȝ studium incredibile eius Mtis in Serenissimum Avum S. Mtis Vrae. Dubitabat Wladislaus se in conspectum Caesaris venire, quo cum sibi graves inimicitias intercessisse meminerat: deterrebant multi: nescio quas insidias, que pericula somniantes, atqȝ optimi illius fortissimiqȝ Caesaris ingenium ex sua ipsorum natura fingentes, verum his rebus adeo nihil motus est Serenissimus Princeps meus vt forti constantiqȝ animo se vel solum ad Caesaream Mtem profecturum esse denunctiaret, si caetera, quod reliquum erat itineris progredi recusassent. Quem animum Caesar amplexus credibile non est quanto fuerit illius amore inflammatus. Itaqȝ non ita magno negocio perfecit Serenissimus Princeps meus vt non solum extingueret inimicitias, quas cum sae. Caesare habebat et gerebat, verum etiam ad amicitiam consuetudinem, affinitatemqȝ traduceret cum autor fuit suo fuisset vt filiam suam S. Mti Vrae collocaret atqȝ eiusdem sororem filio suo Lodovico Regi vxorem dari postularet quo sic et Avi parentisqȝ sui morem referret, et arctioribus eos interse quae laxari et refelli aliquando possent, amoris amicitiae propinquitatisqȝ vinculis colligaret.

Magna hec iam necessitudo videri possit atqȝ eiusmodi, maior vt alia vix esse requirenda videatur. Sed ea tamen Serenissimus Rex dominus meus contentus esse nequiuit. Cuius tanta vis est amoris cum erga vniuersam Austriae familiam qua nulla est in orbe terrarum clarior, tum precipue erga S. M. Vram, omnem vt eam coniunctionem parvam existimet, qua possit maior aliqua reperiri, neqȝ conquiescere queat animus illius, nisi ad summum propinquitatis gradum peruenerit, cepit sapientissimus Princeps atqȝ multum in posterum prospiciens, id genus vinculis inclytam stirpem S. Mtis.

vre sibi astringere quibus et posteritas ipsa adstricta
sit tempore sempiterno: cupit regni sui non alios relin-
quere successores quam Nepotes S. Mtis vre. cupit ut
veteri illi proverbio satisfiat quo amicorum communia
dicuntur esse omnia, vult enim ut Regnum et Domi-
nia sua, ut Bona denique sua omnia et suorum et S.
Mtis vre Nepotum sint communia. Id quod qua ra-
tione fieri cupiat etsi Sacre Mti vre obscurum no
est, que et ipsa suam ad eam rem voluntatem aggre-
gavit: operepretium tamen mihi facturus videor si
paucis explicavero. Filium habet Serenus Rex et
dominus nr adolescentulum, indole vere Regia predi-
tum, qui ante annos iam aliquot Coronatus. In Comi-
ciis vero anni superioris Iureiurando prestito Rex
est Polonie renunctiatus et confirmatus. Cuius ea ad-
huc quidem etas est, ut spes in eo magis quam res lau-
danda esse videatur: Sed eiusmodi tamen iacit iam vir-
tutum igniculos ut persuasum iam sit omnibus eum a
perenni constanteque laude reliquorum maiorum tum
precipue Sereni sanctissimique parentis sui minime de-
generaturum quem ut nunc corporis ita ~~enim~~ olim Chro
bene iuvante ubi fuerit etate corroborata animique
lineamentis est expressurus. Cum filium eum unicum
unice charum habeat: etiam atque etiam fuit sollicitus,
diligenterque circumspexit, quem illi quasi parentem alte-
rum deligere, ut si quid de eo factum deus voluisset,
non deesset tamen filio unde consilii et auxilii copiam
petere posset: verum avite necessitudinis memor non
putavit sibi longius esse abeundum: neque a maiorum
suorum veteri more instituto que discedendum, cum pre-
sertim circumspectis omnibus et consideratis non repe-
riret alium quempiam extra S. Mtem vram de

de quo eadem omnia que de seipso, filio suo promittere aude:
ret, atque in quo perinde multa et magna Dei dona suspice:
re atque admirari liceret. Ac vereor quidem, ne quis
ea que dixero, auribus me dare S. Sanctitatis vestre existimet.
Sed non ambigo quin sit ab ista suspicione futurus remo:
tissimus, postquam ea me moderatione uti viderit, ut di:
vine bonitati liberalitatique accepta feram omnia, neque
ea que sunt S. Sanctitatis vestre, sed ea que Christi sunt in illa
munera me audierit predicantem. Nam quod Sacra
Sanctitas vestra prudentia intelligentiaque prestat: quod tanta
in ea eminet animi magnitudo: quod iustitia, quod humanitate
quod facilitate usque eo excellit, quod denique preter ceterorum
Regum et Principum etatis huius nostre morem et con:
suetudinem, erga literas etiam, presertim Christianas tanto
studio fertur: omnia ista Dei dona sunt, Dei de omnibus
benignitas laudanda est et predicanda. Sed non ideo ta:
men vestra quoque S. Sanctitas merita sua laude fraudanda
est, que se ita comparavit, ut dei in illa gratia vacua
non fuerit. Sed quod bona cum venia Sacre Sanctitatis
vestre dictum esse velim: nulla est horum virtutum quas
modo commemoravi, omni laude predicatione que dignior
quam sit vel sola pietas et religio S. Sanctitatis vestre, quam quod
temporibus hisce difficillimis turbulentissimisque quibus
sursum ac deorsum ferri misceri que videmus omnia,
ita Sacra Sanctitas vestra sancte coluit, et tutata est, in:
credibilem ex eo est apud homines gloriam, apud deum
gratiam consecuta, nisi forte merito fuerint illi veterum
monumentis celebrati, qui cum in Asia commorati fu:
issent, famam tamen continentie ex illa provincia retu:
lerunt: et non multo maior ei sit laus tribuenda qui
in fatali ista calamitate, cum non tam corpora quam ani:
mos multorum mortalium misere affectos vel infectos

potius videat: ita tamen se gesserit vt neq de statu suo quicq declinauerit, neq à maiorum preceptis institutisq latum quod aiunt vnguem discesserit. Atq vt ille ait, non abierit in Concilio impiorum: non steterit in via peccatorum: non sederit in Cathedra pestilentiae: laudent alii prudentiam Sacrae Mtis vrae: mirentur excelsitatem animi magnitudinemq: iustitiam predicent, humanitatem, facilitatem, liberalitatem, ad coelum laudibus extollant: Ego omnibus his vnam pietatem et religionem S. Mtis. vrae non dubitauerim anteferre. Etenim illarum si sint ab hac vna separatae, nulla prorsus est vtilitas. Hec etiam sola si sit, non poterit tamen non esse fructuosa. Est itaq ingens ista laus et gloria S. Mtis vrae, quod duris istis atq asperis temporibus quibus abundare iniquitatem refrigescere charitatem, pietatem collapsam, religionem labefactam tam esse cernimus talem se prebuerit S. Mtas vrae vt non solum ipsa in hunc vsq diem ab omni errorís labe contagioneq sinceram atq integram se conseruauerit, neq adduci vlla re potuerit, vt de fide religioneq à maioribus quasi per manus accepta, rectum confirmatumq sensum deponeret, verum et eos omnes qui sunt ditionis pietatisq S. Mtis vrae ab eadem hac lue, quantum consilio suo potuit prouidere saluos prestare conata sit, vel sola ista in antiqua fide et religione Sacrae Mtis vrae constantia tanta, perseuerantiaq abunde magnum habere potuit momentum ad summam necessitudinem inter S. Mtem vram: Serenissimumq Principem nostrum conciliandam. Sed non leue pondus attulit vetus illa coniunctio et amicitia quae nationi meae summa intercedit cum forti atq inuicta, omniq humanitatis genere perpolita gente Bohemorum

Bohemorum. Cum S. Mtas Vra, summa cum laude pre:
est, utinam et longo tempore, et maiore in dies foelicitate.
Cum enim duę istę gentes, duobus ex fratribus germa:
nis originem duxerint, cum eiusd inter se linguę com:
mertio iunctę sint, cum plurimis ultro citroq datis
et acceptis beneficiis, non possit nisi maximo altera
alterius amore flagrare: magis atq magis amorem
istum inter eos mutuum, Serenissimus Princeps et dominus
me noua ista cum S. Mte. Vra necessitudine initu
inflammandum putauit. Neq tamen illum alia res
magis in hanc mentem impulit q tot et tantarum
uirtutum Sacrę Mtis Vrę admiratio ob quas tanto
in illam exarsit studio, ut qua attingit S. Mtem Vram
propinquitate, eam neq satis arctam existimet, neq
contentus ea esse possit: sed in eam curam cogitationemq
incumbat, his ut sibi S Mtem Vram necessitudinis
uinculis adstringat quibus iam neq maiora neq
arctiora ulla inueniri queant. Cupit ut quemadmod
ipse unus est animus cum S. Mte Vra, ita Serenmus
filius eius cum Illma filia Sacrę Mtis Vrę non
solum animus unus, uerum etiam una caro unu
corpus efficiatur Quo S. Mtem Vram alterum pa:
rentem agnoscere possit et uenerari. Qua de re cum
per Oratores utriusq Mtis multa collata iam sint
et communicata ut confectum prope iam esse totum
negotium uideatur, Nos a Sermo Rege dno meo
ad S. Mtem Vram Legati sumus, plena cum ptate
statuendi de rebus omnibus quęcumq ad actum huc
consummandum pertinere uidebuntur. Deum ut fortu:
net precamur: ut qui magnum hoc Sacramentum
in Paradiso instituit propter quod relinqueret homo
patrem suum et matrem et adhereret uxori suę

et essent duo in carne una quique ut nobis illud tanto red:
deret commendatius ex virgine quidem: Sed Matrimo:
nio tamen iuncta, nasci voluit: primum que miraculum
et quasi specimen divinitatis suae in Chana Galileae, ubi
Nuptias praesentia sua honestaverat, edidit, is nobis de
magno isto Sacramento tractatu ipso, per eum in paradi:
so instituto, per eum toties in literis digitto eius scriptis
tam diligenter commendato, per eum primo miraculo de:
corato, gratiam suam impartiri dignetur quo iter tota
ista causa ista per nos transigi queat ut cum veris Ser^mis
Matribus quorum praecipue interest, foelix faustaque sit
tum foederatis populis qui sunt in utriusque istis regnis
et ditionibus quorum et ipsorum plurimum refert: ut
Principes habeant pietate religione atque omni virtutum
genere ornatissimos quo et Principes et populi pacem et
charitatem, quam solam ex hoc mundo migraturam Deus
nobis testamento reliquit, sancte colant et observent,
atque hanc quasi viam sibi ad deum perveniendi mu:
niant. Qui cum ipse sit charitas, non nisi mutua cha:
ritate dilectioneque ad eum pervenient.

Verba Procuratoris

SERmus dominus meus, dominus Sigismundus Junior
Sermi domini Sigismundi Senioris Poloniae Regis fi:
lius post salutem quam ego suo nomine facio, tanquam sue
Sertis Procurator ad hunc actum particulare legittime
constitutus, significat Serti Vrae, quod ipse Sermus
Rex Sigismundus Junior, mediante persona mea, et
Serti Vrae nunciante, accipit vos Serma Reginam,
Elisabet, hic pntem, in suam, et in Sertem Vram tanquam
in legittimam sponsam et uxorem suam consentit per
verba de pnti

Responsio Reginae

Nos Elisabet Sermi domini Ferdinandi Romanorum
etc Regis filia, mediante persona Vra, accipimus Sermum
dominum Sigismundum Juniorem Sermi domini Sigis:
mundi Senioris Poloniae Regis filium, et dominum
vestrum in nostrum, et in Sertem suam consentimus
per verba de praesenti tanquam in sponsum et Maritum
nostrum legittimum.

Responsio brevior.

Consentimus per omnia his, quae nobis denunciastis

PETRUS GAMRATH Dei gratia Epus Plocensis et Electus Cracovien. universis et singulis dominis Plebanis, Prepositis, Altaristis, Mansionariis, et eorum vices gerentibus, aliisque presbiteris Curatis et non Curatis, per et infra Archidiaconatum Coltomien. et signanter in Decanatu [illegible] .N. ubilibet constitutis ad quos presens noster dirigitur Processus Salutem in domino. Quanta sit orationis vis pluribus sacrae scripturae exemplis docemur, nam cum contra Amalechitas pugnarent filii Israel, tantisper dum sublatis in coelum manibus oraret Moyses, superiores in pugna fuere, quas simul atque demisit vincebantur. Cumque adversus Philisteos iidem praeliarent, solius Samuelis precibus adiutos, victoriam eos legimus esse consecutos, eosdem ex Holofernis et Artaxerxis manibus Judith et Hester opera, non aliis quam precum armis, liberatos et ereptos videmus. Qui quia antea bis fuerant per Anthiochi exercitum graviter afflicti, quoniam nullis erant ad Deum precibus usi, statim ut misericordiam eius supplices implorarent, devictis hostibus triumphum retulerunt. Sed et Jonathas ante preces superatus, posteaquam scissis vestimentis terram in capite suo posuit et oravit, ad prelium reversus victores vicit, et quorum metu paulo ante in pedes se coniecerat, eos in fugam converterit. Recte itaque Ezechias Rex cum se graviter ab Assyriis premi videret, ad precum arma confugit, factumque est ut qui humanis viribus vinci non posse viderentur, ex his una nocte, cum per Angelum centum octoginta quinque millia necati essent, coacti fuerint reliqui una cum Rege suo

Sennacherib infectis rebus magnaqz clade accepta, eo unde
venerant redire. Rex Josaphath cum infinitam Ammo:
nitarum Moabitarumqz multitudinem aduentare conspe:
xisset, suis diffisus viribus pronus una cum populo suo
in terram cecidit, totumqz se contulit ad rogandum domi:
num paruaqz manu solis propemodum orationibus adiu:
tus infinitam multitudinem vicit, fudit, prostrauit atqz
ad internecionem usqz deleuit. Nunc quo in bellum profectus
est Josaphat noster, Ser^mus Rex et dominus noster Sigismundus
secundus, aetate quidem adhuc viridi sed in qua viriles
iam iacit igniculos, neqz obscura signa dat, non corporis
magis quam animi lineamentis, se Ser^mi parentem sui
Regem et dominum nostrum clementissimum expressurum, neqz
quicqz a tot eius tam praeclaris virtutibus defluxurum. Qui
quanquam ita instructus est et paratus, ut non propulsare
verum etiam ultro vim hosti inferre possit, a quo videt
suos tot iniuriis affectos tot ignominijs appetitos. Quoniam
tamen nunquam satis humanis viribus est fidendum, qui:
bus non tam profici quam orationibus aperte nobis hae literae
testantur, quae digitto dei scriptae sunt, vobis non exemptis
mandamus, exemptos vero in domino requirimus et hor:
tamur, ut Deum diligenter oretis, quo prima ista quasi
militiae Tyrocinia Ser^mi Regis nostri Sigismundi Secun:
di secundet, ut quam fortunam expertus est Ser^mus pater
illius eo anno quo ad Regni gubernacula fuit vocatus
in hoc ipso hoste Valacho domando, eandem hic consequa:
tur, atqz cum in hoc tum in alijs omnibus bellis gerendis
paterna felicitate utatur. Singulis itaqz secundis, quartis
et sextis ferijs supplicationes in Ecclesijs vestris cum pro:
cessionibus et missis et collectis congruis peragatis atqz
populum in Contione de his certiorem faciatis atqz una
cohortemini ut ipse quoqz Deum pro victoria contra hostes

meos diligenter deprecetur. Quoniam verò non est accepta Deo laus et oratiò in ore peccatoris, admonitos vos volu:mus ut ante omnia peccata vra ieiuniis et elemosinis re:dimatis qua tamen in re nihil vobis prescribimus, sed li:bero cuiusque arbitriò permittimus. Illud tantum horta:mur ut quam fieri possit mundissimo corde atque animo ad preces istas et supplicationes accedatis, vitia quibus Dei erga nos iustam iram concitavimus relinquendo, virtu:tes verò sectando, quo non solum verbis et orationibus sed etiam factis nostris placari queat et mitigari. Nos verò unicuique singillatim qui processionibus istis interfue:rint de gratia Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius authoritate confisi. Quadraginta dies Indulgenciarum concedimus et largimur. Volumus autem ut hunc Processum nostrum debite intellectum unus:quisque ad vicinorem Plebanum presentis subscriptum sine mo:ra transmittat. Ultimus verò eum nobis aut domino offi:ciali nro Colthoniensi representet. Datum in Arce no:stra Coltomiensi die XX July Anno domini 1538

Sigismundus Rex Poloniae Regi Romanorum Ferdinando decima nona Augusti 1538

SERme Princeps et domine frater et consanguinee noster charme ac honorande. Cum hoc tempore nobis unus idemque Nuncius binas Mtis Vrae attulisset literas, in eas primum legendas incidimus, quae optatissimum nuncium redintegratae benevolentiae et amoris, certaeque et perpetuae pacis inter Caesaream et Catholicam Mtem, Christianissimumque Regem constitutae continebant. De quo nuncio merito ingentes agimus Mti Vrae Sermae gratias. Summam enim ex hoc cepimus consolationem et voluptatem: Quod eximio quodam et praestanti Dei immortalis beneficio tributum sit, ut quo maxime tempore victa diu tot iam malis, tot seditionibus agitata, detrimentisque affecta ad interitum procumbebat respublica Christiana, eo tempore pax et concordia inter duos summos Christianos Principes effulserit, coierit, sitque obfirmata: Etenim nullum aliud rebus afflictis tam praesens, tamque accommodatum potuit esse remedium: nec fuit quicque quod salutarius nobis a Deo optimo Max: expetere possemus, quam ut duo isti Principes qui acerrimis odiis dissidentes bellumque Christiano nomini universo acerbum et grave inter se trahentes, rempublicam Christianam barbaris laborantem et afflictam non modo non iuvabant viribus suis: sed et ne aliis qui in fide eorum occupati erant succurrere liceret, publicae saluti non mediocri fuerunt impedimento, in gratiam deposita controversia redirent, et officium tandem quod vocationis eorum in tuenda republica Christiana est proprium assumerent: sicuti spes nos certa tenet: cum a domino factum est istud, ut cessarent odia et simultates illarum Mtum, et charitas in cordibus eorum diffusa sit et amor renovatus, fore ut exemplis superiorum Principum instituti atque edocti, istoque

recto à Deo sibi misso spiritu incensi atque inflammati tandem aliquando rempublicam Christianam curaeI habere incipiant. Est igitur quod Matas Vra et nobis tantum gaudium, reipublicae Christianae, tantum commodum gratulemur: Deo agamus gratias cuius summae clementiae et benignitatis manifestum erga communem salutem indicium ea in re agnoscimus. Et sane si unquam alias precibus apud divinam misericordiam contendimus, nunc tanto magis in illa deprecanda incumbemus, ut conciliatos istos Principum animos ita obfirmet instituat, et corroboret, quo prospicere deinceps rationibus reipub. Christianae, melioremque quam antehac fecerunt de salute communi consilia capere possent. Hac re enim nihil gratius, nihil desideratius magis contingere posset.

Literas posteriores Vras cum legissemus, e vestigio animum quem ex priorum lectione, in summam laetitiam erexeramus, novo repentino, et insperato malo admoniti contraximus. defecit gaudium cordis mei, et in luctum versa est iubilatio mea. Primum enim haec impendentia a communi et formidoloso nominis Christiani hoste mala, ex Matis Vrae scriptis partibus cognovimus cuiusmodi siquid antea vel à Sermo domino Joanne Rege Hungariae affine et tanquam filio meo charimo vel ab oratore meo ad Imperatorem Turcorum misso ut putabat Matas Vra accepimus. Vehementer itaque perculsi sumus et perterriti isto de adventu Turcae in Hungariam nuncio praesertim quod videamus ab eo bellum adversus Hungariam vel potius omnes nos, quibus istud periculum commune cum Hungaria est, tanta mole institui, tantis opibus, exercitibus, classibusque parari ut eum cogitare, non de vincenda, subiuganda que Hungaria tantum: sed de exterminandis omnibus nobis penitus atque delendis.

Cuius rei tam acerbi metus quem non commoueat? quem
non in penitissimis usque precordiis dolore vulneret et excru:
cietque? qui modo in longinquissimis locis procul habitans
sui nominis et eiusdem in religione professionis populis iam
pridem misere vexatis et despoliatis, tantum excidium im:
pendere audiat? Quanto magis credi potest et Maiestas Vestra
sibi certo debet persuadere nos qui Hungarie veteri so:
cietate et arctis beneuolentie foederibus nobis coniuncte
vicini sumus: qui Maiestatem Vestram Serenissimam et alterum
ipsius Hungarie Regem tanti pro mutua necessitudine
facimus, vt non magis unquam feliciter nobis atque illis
rebus in omnibus euenire quemque optata cupiamus, summe
esse perturbatos: quod Maiestates Vestras ad maxima quaeque pro
omnibus incommoda et discrimina sustinenda obiectas:
Regnum ad excidium depopulationem, vastitatem su:
scipiendam, expositum esse videamus. Res haec pro:
culdubio calamitosa et horrenda satis nos admonet,
vt si quid infoelicitatis florentissimo illi et opibus nulli
comparando Regno (quod procul absit) contingat
id quoque ad eos populos quibus proximus redundare et de:
labi oportere: qui vel propterea quod assiduis bellis con:
tra Thartaros viribus exhausti, vel quod nullis aut
montium aut Castrorum propugnaculis muniti, ma:
gis ad recipiendam quam propulsandam vim hostilem sunt
apti et expositi: angit preterea et mirifice nos sollici:
tudine afficit occasio ista, qua, cum de Maiestate Vestra, tum
de vniuersa Christiana republica bene mereri liceret: quod
ad eam nihil eiusmodi vel opum vel opere adferre possi:
mus, qua id quod semper in votis erat de nobis edamus
testimonium et exemplum: quod scilicet nihil in precipuo
meo bono, laude et gloria duxerimus quam vt quanque
in re Reipub. Christiane et Principibus illam tuentibus

commodare possemus quoties id cogitamus, quod quandoque populos meos ad omnem tum meam, tum amicorum necessitatem applicandam aptos et expeditos habuerimus: quoties in memoriam revocamus facultates meas quas iniuria temporum nobis utique non contemnendas eripuit toties nos summus dolor exacerbat; quod vel haec necessitas Hungariae, et una ista nova Principum Christianorum concordia in illud tempus non inciderit: vel nobis in hunc usque diem salua ista servata non sint. ut sicuti debemus et vellemus opibus et viribus adesse atque reipub. in miseria et angustiis opem flagitanti succurrere, et officium quod incessanter requirit probare possemus. Et sane quod velimus Mtis vrae desiderio et reipub. necessitati satisfacere probare id potest, mea in religionem Christianam, pietas, in Mtem vram propensio et observantia singularis, a qua quantum in nobis est ut ne latum unguem discedamus, summo studio providimus semper nedum quod illam negato iusto et necessario, si quod adesset subsidio temere vel simulate offendere debeamus. Nam etsi foedus cum Imperatore Thurcarum percussum habeamus, ad quod suscipiendum et extrema necessitas mea et Christianorum Principum diu dissidentes ad nullamque pacem, concordiam, et quietem huiusmodi propensi ad quam nunc non humano consilio: sed diuina quadam benignitate devenerant, nos adegerunt et impulerunt invitos. Id tamen foedus minime voluntatem meam impediret, quin salua fide mea, quam et hosti quantumvis inhumanissimo servare licet Mti vrae et Reipub.cae Christianae officium meum ubi facultas adesset, amplissime probaremus. Quod vero nihil opum et virium mearum conferre nunc cum Mte vra et aliis Principibus possimus; multa documenta afferre

necesse non est. Nam preter illos anniversarios sumptus
quos in propulsandis immanissimis, non tam meis quam totius
Christiani nominis hostium, Thartarorum incursionibus,
pro virili mea, soli, omni aliorum Christianorum Prin-
cipum auxilio destituti facimus, id solum satis potest
rationes meas explicare, quod superiore anno et Vala-
chi temeritate et domesticis ac aliis necessariis impen-
dijs opes meae sunt attenuatae et exhaustae. Nunc etiam
magis palam est, omnibus quam ut aliquibus testimonijs
comprobari sit necesse, nos duos magnos et necessarios
exercitus alere stipendio meo: Alterum in Ducatu
Lituaniae contra ingentem manum Thartarorum, qui
preter expectationem meam nescimus, an voluntario
suo, an subornato maleficio alicuius incensi instru-
cti, et feroces contra nos arma sumpserunt. Alte-
rum contra Valachum hostem nobis fato quodam
eo tempore ita infensum datum ut vel inuiti eius
temeritatem, iniurias, et improbam ac noxiam ho-
stilitatem magnis sumptibus propulsare et persequi
cogamur. Ad quos sumptus vix iam equidem suffi-
cimus. Ac ut omnino probemus Sti Vrae nobis
deesse facultates, non solum eas quibus vicinae et ami-
corum necessitati succurreremus sed etiam eas quibus
et dignitatem meam et populos meos predae hostium
expositos tueri necesse habemus, eam nolumus latere,
quod nuper et literis et Nuncijs missis a Sanctissimo domino
meo subsidium quod alias nunquam fecimus, petieramus,
alioqui illud cum a Sti Vra quae nobis tantopere
coniuncta est, tum ab alijs amicis petituri, nisi illos
sua quemque necessitate iam pridem pressos et necessa-
rio impeditos vidissemus. Credimus Sti Vram
et voluntatem meam in id quod cupit propensam probavisse,



et q facultates nos ad sustinendum labenti reipub.ce
Christiane deficiant, non minus aperte quam vere et
ex animo declarasse. Quare illam obnixe rogamus
et obtestamur, velit hec que à nobis scribuntur in
eam partem vt sunt accipere, et boni equi consulere
q nos ad sibi obsequendum tam paratos reperire nō
potuerit, q et ipsa, et nos mutuo optabamus, et reipub.
Chriane videbatur expedire. Alioqui affirmare
possumus nobis eam precipuam curam incumbere, vt
et Maiestatem vram et rempub.cam Chrianam officio
meo demereri nobis possimus. Et dabimus equidem
operam vt si in reliquum tempus meae res foelicitate
aliqua adaucte et cumulate fuerint, aliquo etiam
insigni, quacumque in re testimonio edito declaremus
non nisi ex animo et vere nos scripsisse.

Quod ad Woiewodam Valachie attinet quem vt
Hungaria suis rebus desperatis auxiliarem habeat
postulat vra Maiestas ne eum bello prosequamur et
vt Exercitus meos ab eo oppugnando contineamus
magnam in hoc et Maiestatis vre authoritatem et cause
atque necessitatis publice rationem agnoscimus Et
sane nihil morati tribueremus id vtilitati publice
et voluntatem meam ad Maiestatis vre voluntatem
aggregaremus, et cum pendenti atque amica illius per:
suasione coniungeremus, si id factum meum, et Hun:
garie commodum aliquod allaturum crederemus et
nobis inde et indignitatem et iacturam comparare
non metuamus. Verum cum videmus id integrum
non esse vt quod omnium regni mei ordinum consen:
su et deliberatione est necessario institutum, illis
insciis, mutare nos arbitratu meo, non sine periculo

subditorum meorum Valachie male fide provinciae adiacentium debeamus: Et adduci non possumus ut cre=
damus illum qui nulla fide tenetur, nullius promissi habet rationem, ut maxime posset vellet tamen com=
muni necessitati opem ferre. Res est explorata, et nullam causam a nobis Valacho datam esse ad ta=
ta facinora perpetranda, quibus et meis, et subditorum meorum rationibus, fidei violationi irreverens, et pacis Chri=
stiane oblitus, plurimum incommodavit, et per nos non stetisse quominus haec pax quam inter nos et illum tam Maiestas vestra quam Serenissimus D. Joannes Hungariae Rex promovebat coivisset.

Quare autem vestram summo studio rogamus ut quae face=
re nobis citra offensam dignitatis et rationum publi=
carum Regni nostri non licet, ea boni consulere velit verum ut intelligat Maiestas vestra nihil fere a nobis postulare posse quod modo honeste facere queamus: quin id in gratiam illius libenter simus facturi. Scribi fecimus mandata mea ad nostrum Exercitum gene=
ralem Capitaneum, ut quod dignitas mea regia pati=
atur, cum Voievoda rem agat mitius. Et si quae damna dicioni hominibusque meis intulit sarciret atque in posterum ab inferendis subditis meis iniuriis, et nobis temeritate sua vexandis penitus, cavere et abstinere voluerit, illum in gratiam meam, etiam sine nobis propter celeritatem recipiat, et exercitus deducat ac omni metu belli illum liberet, ut posset si velit Hungariae calamitati opem ferre. Haec fecimus ut aliqua in parte ubi licet voluntati vestrae Maiestatis faciamus satis, nihil diffidentes illam grato animo id acceptuream, et ut literis pollicetur, curaturam ne dein=
ceps nobis temeritate sua hostis insultet et promissa

si que fecerit nunc meo Exercitumm prefecto firme et inuiolate obseruet.
Quod reliquum est commendamus nos amori et beneuolentiae Maiestatis vestrae, optamusque illam saluam et foelicem esse et prospere cum hostibus suis rem gerere Datum Cracouie die xix^{a} Augusti Anno domini 1538 Regni vero nostri anno 38.

Oratio ad Sigismundum Augustum Regem Po: loniae habita in exceptione eius per Canonicos Crac in reditu ab exercitu

Saluum te ad nos redire Sigismunde Rex augustissime tam laetamur impensius, quanto maiore studio Deum semper sumus deprecati, ut te re bene gesta reducem ad nos incolumem videre liceret. omnes pro tuo isto foelici reditu vota feci: mus quorum nos damnatos esse incredibilem in modum gaudemus. Etenim ex tua, qui spes es altera Regni Ser^mique parentis tui salute et foelicitate, nostram quoque salutem et foelicitatem pendere intelligimus, ita ut hoc tibi possit esse persuasissimum neminem esse in hac, qua circumfusus nunc es sacerdotum corona, qui non maiore cura et diligentia pro vestrarum salute, quam pro sua ipsius incolumitate prosperisque successibus Deo sit solitus supplicare. Agno: scimus Ser^mi parentis tui singularem in nos beneficen: tiam, liberalitatem, clementiam, cui vitam a deo quam longissimam concedi tam ardenter cupimus ut de nostrae etiam vitae tempore ademptum aliquid singuli atque ad illius annos additum velimus. Hunc enim totius ordinis nostri tutorem fidelissimum, hunc propugnatorem iu: rium nostrorum fortissimum, hunc patronum beneficentis: simum, hunc non tam dominum quam parentem nostrum clemen: tissimum experimur. De quo siquid factum Deus aliquando voluerit, quod utinam sero contingat, sed ut sunt incertae res mortalium ita ut ne quid vesper quidem serus vehat, scire possimus, siquid ei humanitus acciderit, qui utinam natus esset immortalis, ad quem nobis confugiendum, cuius fides imploranda, cuius erit praesidium invocandum nisi tuum Sigismunde Rex auguste. Non es procul dubio

commissuerus quin quem oris totiusq corporis figura et line:
amentis refers, eum sis vita etiam et moribus expressurus
neq facies, vt quorum propugnationem tanto studio Ser^mum
parentem tuum suscepisse vides, in eorum salutem et conser:
uationem non pari ipse cura studioq incumbas. Ac in ma:
gna et tuę et meę foelicitatis parte id ponimus, quod ad
eam ętatem iam peruenisti, in qua, vitam, facta, mores
Ser^mi parentis tui contemplari cum iudicio possis, quę
vt diligenter contempleris rogamus, atq ita contemple:
ris vt ad eandem formam vitam tuam instituere in
animum inducas. Qui volent Julios tibi, Augustos,
Traianos, imitandos proponant mihi domi habere istos
omnes videris. Etenim in vno Ser^mo parente tuo
Julii clementiam, Augusti foelicitatem, Traiani virtutem
bonitatemq videre licet. Neq fuit istorum vnus quisq
tot tam preclaris et animi et corporis dotibus ornatus
quod in Ser^mo parente tuo, non sine stupore quodam cer:
nimus et admiratione. Quare vivum hoc exemplar
vnde tu ipse progressus es subinde intuere, in Ser^mum
parentem tuum tanquam in speculum inspice, atq inde
tibi viuendi formulam sumito, cuius ego plurimis aliis
virtutibus enumerando recensendis, in presentia super:
sedebo ne longior sim. Neq enim dicam, qua prudentia,
qua iustitia, populos regat sibi subiectos, qua sit animi
moderatione, qua clementia, qua bonitate, qua sit forti:
tudine in hostibus debellandis, non his tantum qui vi:
dentur, verum etiam his qui quanto minus sub ocu:
lorum nostrorum aspectum cadunt, tanto cum eis bellum
gerimus periculosius, cuius generis sunt, ira, quę furor
breuis est, voluptas, qua nihil est virtuti magis inimi:
cum, dolor, metus, cupiditas quibus in fraudem saepe ho:
mines impelluntur, franguntq animi eorum et debilitan:
tur

debilitantur, quò minus possint toto pectore, quod aiunt, in vir:
tutem incumbere. Haec Ser^mus^ parens tuus ita rationis im:
perio subiecit, vt ne inter priuatos quidem nedum Reges
et Principes temerè quemquam reperire liceat, qui omnes animi
sui motus perinde in sua habeat potestate. Ita vt qualem
esse volunt sapientem suum Stoici, coelo illi quod est supra
lunam similem in quo nullae procellae et tempestates, sed
summa est tranquillitas, talem virum propemodum hunc
nostro saeculo inuentum esse gloriari possimus cuius in
rebus siue laetis, siue tristibus, eundem semper vultum vi:
dere licet, cuius mentis, à qua is fugitur, nulla fiat mu:
tatio, nulla planè perturbatio. De his Ser^mi^ parentis
tui praeclaris virtutibus quibus cunctos aetatis huius
nostrae Reges et Principes longo post se interuallo reliquit
non est mihi nunc propositum dicere, non quo eas tibi vel
maximè imitandas existimem, sed quòd aliò me vocat
locus iste in quo nunc consistimus, atque vt de pietate po:
tius illius et religione verba faciam hortatur. Quae tan:
ta est in Ser^mo^ parente tuo, vt ego non dubitem omnes
reliquas virtutes illius, omnes res foeliciter gestas, omnes
victorias et triumphos illi soli acceptos ferre. Nam neque
haec quae fortunata quidem appellant, neque illa quae vera
sunt, animi bona consequi tam affluenter vnquam potuisset
nisi Deum tanto cultu et veneratione, nisi ministros
eius tanto studio et beneuolentia prosequeretur. Si enim
vt sapiens ille ait, Nemo potest esse continens nisi Deus
dederit, si omne datum optimum et omne donum perfectum
desursum est, descendens à patre luminum, frustra se quisque
non solum fortunae verum etiam animi bona adipisci posse
sperat, nisi à Deo petere ista didicerit, nisi ea qua par
est erga Deum pietate et religione fuerit. Haec est vna
virtus, qua qui caret, carebit omnibus, quam qui habet ha:
bebit omnes.

Si REX esse vis, si Rex dignam esse vis, non magis populorum et nationum, quod cum primis magnum et amplum habetur, quàm tui ipsius, quod multò est maius et amplius si non populos tantum et nationes, verum etiā animi tui motus et affectiones rectè regere vis et gubernare pietatem inprimis amplectere. Deum cole, Deo te subijce, is deinde facilè tibi subijciet, cum populos et nationes, tum animi tui motus et affectiones ita ut in potestate tua sis habiturus omnia, nihil repugnans et rebelle sensurus Pietatis verò et religionis ac erga Deum venerationis exemplum nihil est quod petas longius, vides ut Serenissimus parens tuus, pura mente, purcas ad Deum preces assiduè fundit, vides ut ornat, ut dotat ea loca in quibus Deus colitur, vides ut sacerdotes Dei ministros obseruat, ut eorum Iura, Priuilegia, immunitates tuetur et propugnat Hunc tibi Sigismunde Rex imitandum proponito ad huius similitudinem et exemplum vitam tuam, mores atque actiones omnes dirigito. Hanc verò Ecclesiam hanc Sacerdotum coronam, in primis tibi tuendam et ornandam existimato, hîc enim maiorum tuorum cineres requiescunt, hîc multorum reliquiae sanctorum summa cum religione asseruantur. hic pro tua proque Serenissimorum parentum tuorum diuturna incolumitate foelicitateque continuis Deus precibus et sacrificiis exoratur.

Oratio ad Petrum Gamratum Epm Crac in eius receptione
ad Ecclesiam Crac dicta per dominum Samuelem Maczie:
iowski Decanum Cracouien in ede dive Virginis in foro
Crac in vigilia Simonis et Iude Aplorum sabato que
fuit vigesima sexta octobris 1538

Aduenientem te ad urbem atque Ecclesiam hanc Presul amplissime
ea qua par est veneratione excepimus atque cum aduentum
incolumem tum locum hunc, quem Dei Sermorumque Principum
nostrorum beneficio amplissimum es consecutus tibi plurimum
gratulamur. Deum ut fortunet precamur, quo Spartam
hanc quam nactus es, ita ornes ut te nobis pastore dato
et Epo, facilius eorum ferre possimus desyderium, qui an
huic ipsi Ecclie praeessent ita se gesserunt, ut nunquam ex
animis nostris eorum discedere queat memoria. Non illo:
rum dico priscorum quorum vel auditam tantum habemus
memoriam vel solis literarum monumentis consignatam, sed
duorum Ecclie huius luminarium que non ita pridem
summo cum gemitu et plangore bonorum omnium extincta
sunt, alterius cognominis tui Petri Tomicij, alterius omnibus
amoris atque amicitie vinculis tibi coniunctissimi Joannis
Chojenskij, quos ipsi ad Ecclie huius gubernacula sedentes
vidimus, quos in optimam partem cognouimus, quorum pre:
claras dotes admirati sumus, quorum in tuendis atque conser:
uandis Ecclie huius rei commodis magnam et fidem et
studium et autoritatem perspeximus, qui tam triste nobis
desyderium sui reliquerunt, ut nulla id temporis longinqui:
tas lenire potuerat, nisi tu potissimum successor datus esses
cui ad multa Dei munera quibus illi affluenter ornati
fuerunt, hoc accessit, quod vix quisquam fuit hominum

memoria, qui tantum apud cunctos ordines gratia va:
lere, qui tanta sibi omnium, summorum, mediorum ac
infimorum, studia, amores, benevolentiam conciliasse, te
videmus magno quodam et excelso animo, omnem pecuniam
tuam ad beneficentiam, liberalitatemque ita conferentem
ut eam contemnere prorsus et pro nihilo ducere videa:
ris prae ut amicos tibi parare queas quos omni auro
qui dixit preciosiores, is nihil potuit ad veritatem di:
cere propensius: te conciliandae colligendaeque gratiae arti:
ficio esse instructissimum: te minoribus hisce virtutibus,
comitate, affabilitate, beneficia in omnes voluntate, libe:
ralitate, splendore, munificentia ita ornatum cernimus
ut antepom tibi nemo, vix quisquam tecum queat his
virtutibus comparari, quibus tu tanta tibi eorum ho:
minum studia adiunxisti apud quos summa cum potesta:
te versabare, tanto tui cunctos amore inflamasti, ut ad nutum
sese ffffpsitum cuncti converterit, neque in mentem tibi vene:
rit optare quicquam, quod non incredibili consensu atque ar:
dore tibi fuerit tributum. Itaque cum studio isto et observan:
tia hominum erga te, tum ingenio, solertia prudentiaque tua
effectum est, ut maxime maximis de rebus controversiae
sublatae, irae, quae videbantur implicabiles sedatae, graves
inimicitiae non extinctae modo sunt te arbitro, sed etiam ad
amicitiam consuetudinemque traductae. Quae tua foelicitas, ut pro:
pria sit tibi et perpetua atque ut in hac quoque dioecesi itidem
ut in illa te ventos moderante pacata sint omnia et tran:
quilla, Deum suppliciter precamur, tantoque nos id facilius
impetraturos confidimus quod ad reliquam foelicitatem tuam
hoc quoque accessit ut tibi tanto gubernatori hi sint remiges in hac
urbe dati, qui non solum quod excelso plerique loco nati sunt,
quod praestanti ingenio abundant, consilio atque omni ingenu:
arum artium doctrina perpoliti habentur, verum quod te multum

ex animo ament. magno tibi adiumento esse poterunt ad motus
istos impendentes tranquillandos etiam conservandam rempub.
hanc tuam Ecclesiarum, recte atque ordine administrandam. Vi:
des quam sis circumfusus es Sacerdotum corona, omnes nos
primum ipsos, ea, qua par est, animorum meorum humilitate, fidei
tue potestatique subiicimus deinde si quicque erit in quoque meum in:
genii, si quis rerum usus, si qua prudentia omnibus his re:
bus, si quae cuique ex hoc coetu inesse videbuntur perinde ut tuis,
utare licebit, quibus quamquam ipse tam abundans, quam qui maxime,
ut non multum tibi aliena opera sit ~~aliena~~ necessaria Tamen si non erubuit
Moyses, Jethro Socero suo recta monenti auscultare, homini neque
doctrina neque prudentia ulla insigni, multo minus te facturum
nobis persuademus ut ab his aliquando consilia petere erube:
scas quorum bona pars aut in literis aut in maximarum
rerum usu non minimam aetatis sue partem consumpsit. Non igno:
ras proculdubio te speculatorem esse a deo constitutum, tibique per
prophetam dictum esse, Fili hominis speculatorem te dedi do:
mui Israel et audies de ore meo verbum et annunciabis eis ex
me si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaveris
ei neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia, et vi:
vat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem ante
eius de manu tua requiram. Terribilis est haec prophetae
vel domini potius per Prophetam denunciatio, Neque vero fie:
ri potest ut quisque Episcopus, hoc est speculator, tam sit cautus et dili:
gens omnia ut ipse oculis suis circumspicere queat, atque ob
eam causam adiuncti illi sunt Praelati et Canonici, quorum alii
oculorum, alii aurium, alii manuum vice funguntur. Horum itaque
decet te tanquam membrorum tuorum curam gerere, neque
aliter illis quam ut corporis tui partibus prospectum vel:
le quam in cogitationem si toto, ut aiunt, pectore incubueris
si omni studio prospexeris ne quis ferus aper vineam tuam
exterminet, ne quis inimicus homo in agro tuo Zizania

spargat neque quis circumiens tanquam Leo rugiens quaerens
quem devoret, aliquem ex grege tuo rapiat. Si nos cle:
rumque tuum universum sub umbra alarum tuarum
difficillimis hisce temporibus ita protexeris ut vel co:
gnomine illum Petrum Tomicium vel amicissimum tibi fideli:
ssimumque Joannem Choienski, summos illos viros, summaque
authoritate praeditos, extinctos nobis esse, sorte magis quam
sentire queamus, et hic te Deus omni felicitatis genere cu:
mulabit, vitamque concedet incolumem ac diuturnam. Et
posteaque bonum certamen certaveris, cursum consummaveris
fidem servaveris, reposita erit tibi corona iustitiae, dicetque
tibi dominus in die illa iustus iudex: Euge serve bone
et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te con:
stituam intra in gaudium domini tui: et ea dabit praemia
quae praeparavit diligentibus se, quae nec oculus vidit
nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Nosque
dicemus cum scriptura, qui maledixerit tibi sit ille ma:
ledictus, qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

DIXI

Sigismundus primus Rex Poloniæ Landtgrauio Hessiæ.

Schilingi Ciues Cracouien. qui sunt in fide potestateqz nostra questi sunt grauiter, cum accepta fide merces eorum per ditionem Ill.tis vrę ducerentur, a præfectis eius contra fidem interposita manus eis violenter iniectas esse, neqz prius dimissas quam satis datum esset pro illis, eos, id quod alius cum Ill.te vra contraxisse diceretur soluturos. Nobis verisimile non fit hæc voluntate scientiaqz Ill.tis v. facta esse. Nam si quę ab hoste fides alicui datur ea seruari consueuit non videtur id cadere posse in Ill. vram Christianum principem vt cum fide sua per ditionem suam homines nros nihil vnquam male de se meritos cum mercibus suis transire passa sit, eis fidem istam secutis, neqz tale quicqz metuentibus manus adferri inserit cum presertim non modo nobis nullę cum Ill.te vra inimicitię intercedant, verum etiam magna inter nos necessitudine coniuncti esse videamur, semperqz animum erga se nostrum Ill. vra beneuolentissimum sit experta. Quare magnopere petimus vt præfectis istis suis edicat ne qua deinceps eius generis vi in homines nros vtantur. Neqz eos cogere nunc velint ad ea quę ipsi nunquam contraxerunt dissoluenda. factura est Ill. vra pro officio boni principis: nobis vero erit id vehementer gratum.

Sigismundus. I. Rex Poloniæ Ioanni Regi Vngariæ.

Ser.me etc. Vrbem Cassouiensem hisce diebus a M.tis vrę exercitu deuictam et obtentam esse accepimus. Sunt ibi permultę magnique ponderis subditorum nrorum qum aliorum tum imprimis Ciuium Cracouiensium merces, qui freti pace et confœderatione quę nobis cum Hungaria est, etiam in istos bellorum strepitus commercia cum quibusuis istic miscere non sunt veriti. Quocirca postulamus a M.te vra prouideat et perficiat pro imperio suo vt eę merces ipsis nostris subditis, saluę et integrę redhibeantur, vt æquum est his qui se nullo bello implicuerunt, quiqz fœderati sunt et amici. Confidimus M.tem vram lubenter id facturam esse intuitu tum fœderis, tum necessitudinis eius quę nobis cum vra M.te satis arcta intercedit, faciet in eo nobis M.tas vra pergratum, a qua ea de re rescriptum cum hoc veredario nro expectamus. parem nos graciam vicissim subditis M.tis vrę referemus. Quam longum saluam et fortunatam esse cupimus.

XI Decembris M D XXX VI.o

Legatio a Sigismundo rege Poloniae: ad Joannem Regem Hungariae: eiusque Prefectos: Item ad Capitaneos regis Ferdinandi in Ungaria.

Data Joanni Lutomirski aulico.

Salutatione debita pro cuiusque dignitate et conditione re: giae m.tis nomine primum exposita legatus in hanc sententiam verba faciet.

Haud clam est m.tem vram et d.nes vras a multis iam annis atque adeo seculis pacem atque foedera esse Hungaris et Polonis publice inter ipsos inita et in hunc usque diem mutuis commer: tiis tuto exercendis firmiter et sancte esse custodita et ob: servata. Quo factum est ut absque ullo metu et absque peri: culi suspitione Ungari in Polonia: Poloni in Ungaria mer: ces importando et exportando versarentur, etiam inter medios belli tumultus, qua fiducia freti mercatores Poloni Ser.mi dni Regis Poloniae subditi multas habuerunt mer: ces et multos debitores in Ungaria cum in aliis civitatibus tum presertim Cassoviae quando ea urbs nuper in potestatem Ser.mi Regis Joannis affinis Ser.mi Regis mei redacta est. Qua de re scripsit ipsius m.tas ad Ser.m Jo. Regem et ad prefectos copiarum qui Cassoviam tunc obtinebant ut intuitu illorum foederum quorum paulo ante feci mentionem curarent ut suae m.tis subditis merces ipsorum salvae re: stituerentur.

Verum cum hi iam amoti et alii in eorum locum suffecti sint: dedit mihi in mandatis ipsius m.tas, ut huc profectus ea de re primum cum Ser.mo rege Joanne: deinde si is abesset cum prefectis eius et offitialibus agerem suae m.tis nomine. Petit ergo Sacra eius m.tas a Ser.mo Rege Jo: anne affine et amico suo tanquam filio suo char.mo et a d.bus vris prefectis eiusdem Ser.mi regis veluti bonis vicinis et confoederatis postulat, primum ut subditis regiae m.tis omnibus merces suas quas Cassoviae quasque ubivis in Hungaria habent recipere, vendere, permutare et per ditiones Ser.mi Regis Joannis quovis evehere et commercia cum Ungaris ubique locorum antiquo more miscere et exercere tuto liceat.

Deinde ut ipsis mercatoribus et famulis ac sotiis eorum qua:
documque et quocumque libuerit ultro citroque proficisci et mora:
ri quam diu voluerint in Ungaria per Ser.^m Regem Joanem
et praefectos offitiales et reliquos eis subditos integrum sit.

Postremo ut illi ipsorum ope et auxilio debitores suos con:
venire debitaque sua repetere et exigere, ac pro his bona
fixa et mobilia quocumque nomine ea censeantur accipe:
re acceptaque arbitrio suo vendere, permutare, et euehe:
re libere possint.

Que postulata ut aequa iustaque sunt ita confidit R^a m.^tas
Poloniae propter necessitudinem quae ipsius m.^ti cum Ser.^mo
Rege Joanne intercedit et propter foedera pub.^ca, ea se fa:
cile ab eodem Ser.^mo Rege et a d.^bus vestris impetraturam
esse. Vicissimque ipsius m.^tas curabit ut Ser.^mi regis Joan:
nis, et d. vrarum subditis in Polonia antiqua consuetu:
dine versari et mercaturam exercere tuto liceat. Sic
fiet ut confinibus his populis Polonis et Ungaris certa et
firma pax concordia et amicitia inter ipsos constituatur
stabiliaturque.

Hijsdem etiam de rebus aget Legatus R^e m.^tis nomine
cum praefectis Ser.^mi regis Ferdinandi qui sunt in Ungaria
Nempe ut Mercatoribus Polonis in ipsorum Praefecturis
ubique merces importando et exportando, venden., emendo
possidend. permutand: debita exigen., et aliis quibuscumque
in rebus antiquo more agendis tuto versari liceat intuitu
eorumdem foederum, praetereaque eorum arctissimae coniun:
ctionis et necessitudinis, quae Regiae m.^ti domino meo
clemen.^mo cum Ser.^mo Romanorum Rege intercedit.

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Monacho Epo Varadien. Thesaurario Vngarie.

Rde in Christo pater sincere nobis dilecte. Homines nri ex terra Scepusien rerum imperiti, et qui que sit bellorum consuetudo parum cognitum haberent, cum subditis Ser.mi Ro.rum Regis comeatum tulissent queruntur res suas omnes a militibus p.tis tue esse interceptas. atqz ita se magna fortunarum suarum parte euersos. que res magnam nobis attulit molestiam. videntur enim sua ipsorum imprudentia in hanc tantam calamitatem incidisse. sed propter eam necessitudinem que nobis intercedit cum Ser.mo Rege p.tis tue fratre et affini nro char.mo non dubitauimus a p.te tua magno studio postulare si quid erratum est ab hominibus nostris vt id nostra causa non grauatim illis remittat. atqz ea vna omnia que sunt eis intercepta restitui iubeat. Nos vero grauiter illis interminabimur ne iterum ad eundem quod aiunt lapidem offendant. fecerit p. tua rem et offitio suo et ea coniunctione que nobis est cum Ser.mo Rege illius dignam si quod eam facturam confidimus huic nre postulationi locum dederit. Bene valeat P. tua.

Annus domini .1539.

Sub finem Anni domini .1538. Indicta fuerunt Comicia Regni in Pietrkow, ad diem Sancti Andree Apostoli. Verum cum Rex propter ægram valetudinem ire illuc non posset: Comicia ipsa Cracoviam vbi decumbebat transtulit: inuitis Consiliariis Maioris Polonie: qui credebant non Regem ægrotare: sed Consiliis Bonæ Reginæ comutationem hanc Comiciorum fieri. Lente igitur ac segniter Cracoviam conueniebant. Nonnulli vero Consiliariorum, et nuntii Nobilitatis in Pyotrkow venientes, cum Luca de Gorca Epo Cuiavien substiterant. Vigesima tandem die Decembris sequentis. Rex æger, vix cum octo Consiliariis Minoris polonie consultare cepit. Quamobrem pigri ac proterui Consiliary isti: et per lras, et coram obiurgati sunt a Regina.

Litere Conuentuales.

Sigismundus primus: Rex Polonie
Episcopis Palatinis Castellanis Con:
siliariis maioribus regni Polonie.

Rme in Chro pater
Magce sincere nobis dilecte. Non multo ante scripsimus Sti tue pacem nobis cum Petro Valachie voiuoda in tempus sempiternum constitutam esse: qua tam publice quam priuate quieti et tranquilitati consuli non mediocriter posse indicabamus. Verum fatis ita volentibus, instituto et opinioni nre isti non licuit esse diuturne, allatus siquidem est nobis certus nuntius Petrum voiuodam Valachie Turcorum et Tartarorum potentia suorum vero omnium de:fectione coactum Valachiam prouinciam relinquere, et fuga saluti sue consuluisse. Quo subito casu, cum videamus omnium consilii nri, et pacis consti:tute rationem esse mutatam, magnopereque metua:mus, ne nouus voiuoda a Turcis institutus et ab incolis prouincie Valachie cupide susceptus, quidpiam contra nos moliatur, cum Exercitibus Suis Turcorum et Tartarorum qui in Valachiam sunt missi, Nam et Turcis pax ea qua cum Pe:tro voiuoda nobis conuenit, non poterit non esse suspecta: et Tartari non alio quam per Regni nostri ditiones populabundi ad oppugnandas Ar:ces, Braczlaw et Vinnicza ituri certo nuntiatur Preterea non ignari multa negotia ad Remp. nram.

bene constituendam pertinentia, in proxime prae;
terito Conventu ad futura Regni Comitia reii;
cta ipsi et prorogata: Dum habendi necessarii
generalis Conventus pro festo sancti Andreae apo;
stoli in Piotrcow indiximus. Quem particularis
in Prosschovicze feria
et generales terrestres in nova Civitate Corczin
feria 2da praecedent. Quare hortamur S. tua
ut pro officio suo quod nobis et Reipublicae, Regni
nostri in hac parte debet, particularem, et genera;
lem terrestrem Conventum obeat, summaque fide, di;
ligentia, et industria sua adnitatur atque conten;
dat, ut et Nuncii ad Conventum Regni, viri gra;
ves ac rerum periti, neque magis privati quam publi;
ci commodi studiosi, cum plena et non limitata
potestate eligantur et reliqui Subditorum nostrorum
in istis Provinciis mentes cogitationes, non in alium
finem conferantur, quam ut publicae rationes, in iusticia,
pace, et tranquillitate tempore diuturno constitui
et retineri possint. De his postmodum omnibus in
Conventu Regni, ad quem illam praesentibus vocamus,
Stas tua, nobiscum frequenti Senatu, praesentibusque
terrarum Nunctiis, consilium initura. Qua re
suae erga nos observantiae atque fidei satisfaciet
Stas tua: de Republica optime merebitur, et nostram
sibi uberem comparabit gratiam. Quam bene va;
lere et foelicem esse optamus. Datum Cracoviae
septima die Octobris. 1578. Regni vero
nostri Anno XXXIJo

SIgismundus primus Rex Polonie
. Castellanis minoribus .

GEnerosi fideles dilecti . Tenet procul dubio memoria F. tua, quod in eo Conuentus Regni proxime actus solu-tus que sit, ut qua res in illo inchoate relicte sint, in futuro Conuentu quem mature indicturos nos recepimus absolui et constitui deberent. Cuius rei nos non obliti, et magis etiam nunc casu Petri Woiewoda Valachie, qui a Turcis sua prouintia ut nunciatur pulsus, et suam irritam, et nomi Vo-ivode incertam nobis amicitiam reddidit, com-moniti facti que denique certiores, quod Tartari constitutum apud se habeant in reditu ex Vala-chia, incursiones, prædationes que in Regno nostro facere et Braczlaw atque Vinniza post modum oppugna-re velle. Conuentum Regni generalem in Oppido nostro Piotrcow ad diem proximum sancti Andree apo-stoli indicendum decreuimus. Quem particulares de more in Srzoda feria sexta post festum omnium Sanctorum, et generalis terrestris in Colo feria sexta ante festum sancte Elizabet præcedent. Quare f. tua. iniungimus, ut cum se in huius par-ticulari et generali Conuentibus pro debito suo re-præsentarit, illic que nuncios ad Conuentum Regni ituros, cum cæteris rite et cum plena facultate elegerit, et quemadmodum publica postulat utilitas instruxerit, ad generalem Regni Conuentum ipsa ve-nire tempestiue ad diem præfinitum curet, illic tam nobiscum quam cum Senatoribus Regni terrarum que nunciis, in medium consultura qua potissimum ratione prouideri debeat, ut publica pax et tranquillitas

ab impendentibus periculis, tueri, et Respub^ca Re-
gni nostri nunc et deinceps salua et in conuulsa tem-
pore diuturno conseruari possit. Pro officio suo &
gra nra. f. tua id factura. Dat. Cracoviae die
vij Octobris. 1538. Regni nri xxxij°

Hoc exemplo scripta sunt ad Nobilitatem in Regno
lra, quo etiam in sequenti pagella scriptum est ad
Mazoviam: finis solum lrarum est mutatus:
hoc ut vides modo.

Quare mandamus tuae f. ut in eo particulari Con-
uentu adsit, Legationem nram auditura, et nun-
cios ad generalem Regni Conuentum cum caeteris
electura, qui illic ad obeunda publica munera et
constituendas in tuto Regni res apti esse videan-
tur, factura tua f. pro fide sua et gra nra.
Dat. Cracoviae die vij^a Octobris 1538

Ad Mandatum Re-
gie Mtis proprium

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis minoribus et Nobilitati
Ducatus Masovie

Generose fidelis dilecte. Cum nulla hominum
consilia firma et perpetua esse soleant, resque

ab illis gestę fluxę et caducę omnes habeantur, nemini vel molestum vel mirum debet videri, quod consilia nostra, quę et bello et tractatibus cum hoste nostro facto processerant, fatum et casus propter Petrum Valachię Voievodam pulsum ut audimus et alium à Turcis institutum immutaxit. Quaobrem cum non possimus nos nisi temporanea et brevi providentia rationes nostras constituere, et nunc ad novum istum rerum statum in quo Turcarum et Tartarorum ac Valachorum exercitus sunt proximi fines Regni nostri constituti, nova tuendę Reipublicę nostra consilia sint necessaria, visum est nobis expedire, ut Conventum generalem Regni pro die sancti Andreę Apostoli proximi venturo in Oppido nostro Piotrcow indicamus celebrandum, quem Conventus particularis in N. feria.

Generalis vero Varschovię feria tercia in crastino festi sancti Martini de more pręcedent. Quare fidelitati tuę Mandamus, ut in eo particulari Conventu adsit, Nunciumque ad pręfatum generalem Varsoviensem cum plena facultate cum ceteris designet ac mittat, qui in eo Conventu legatione nostra audita cum Consiliariis istius Ducatus nostri Mazonię, de his quę per nuncium nostrum proponentur, et aliis Reipublicę necessitatibus consulet unde tandem Nuncii bene consulti et instructi, virique ad obeunda publica munera et constituendas in tuto Regni rationes idonei ad Conventum Regni generalem proficiscatur. Factura fidelitas tua pro fide sua et gratia nostra. Cracovię die vii Octobris 1538.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitaneis Terrarum regni

GEnerose fidelis dilecte. Prospicere volentes com̄ necessitati et negotiis Regni n̄ri, quae id nunc exposcere videtur, instituimus Conventum Regni n̄ri generalem in oppido n̄ro Piotrcow ad diem sancti Andree proximum. Quem particularis in P. feria et generalis terrestris in N. feria .... de more precedent. De quibus ne quispiam ignorantiam praetendere possit, Mandamus f. tuae, ut in Civitatibus et Oppidis Capitaneatus sui, id proclamari et ad universorum notitiam deduci faciat. L̄ras autem quas ad f. tuam mittimus, Consiliariis Regni n̄ri et Nobilitati inscriptas reddi procuret. Quae vero non sunt inscriptae, easdem insigmioribus Nobilibus inscribi et ad eos perferri mandet.

Caeterum f. tuae cognitum esse volumus, constitutionibus Conventus Piotrcovien proximi praeteriti, cautum esse ut omnes subditi n̄ri, cuiuscunque fuerit status, qui privilegia sua super Thelonia, aggeralia, et pontalia eis per nos et praedecessores n̄ros quomodolibet concessa in eodem Conventu Piotrcovien praeterito reponere ac ostendere neglexerunt, eadem in proximo futuro Conventu per nos celebrando sub amissione eorundem privilegiorum suorum exhibi-

turi essent, ne itaque de hoc ignorantiam quispiam praetendat, in posterumque merito causari possit. Mandamus etiam tuae f., id per edictum publicum proclamari faciat ut omnes in eo ipso Conventu cum eiusmodi privilegiis hactenus per eos non productis, duodecima die post rerum in eandem Conventionem ingressum peremptorie compareant, eaque coram nobis reponere non differant. Alioqui si facere id non curaverint, eorundem privilegiorum suorum sciant se perpetuo amissuros. Neque deinceps in huiusmodi Theloniis percipiendis privilegiis suis docere quispiam debebit aut poterit sub amissione bonorum, nisi qui literas nostras à nobis desuper obtinuerit. Aliaque in praemissis quae ad officium f. tuae, Capitaneale pertinent diligenter exequatur, pro fide debitoque suo et gratia nostra. Cracoviae die xij Octobris 1538 Regni nostri Anno xxxij°

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniae missa ad Conventus particulares terrarum Regni

Salute dicta et gratia nunciata regia Nuncius in hanc sententiam verba faciet.

CVum Sacra Regia Maiestas dominus noster clementissimus memoria teneat in singulos annos recitata iam antea hoc loco esse omnia, quae in commendationem, recte et cum summa laude administrate à se Regni huius Reipublicae pertinerant, silentio nunc praeterire iussit plezaque

ea quæ à se profecta in comodum et vtilitatem subdi-
torum suorum redundaße perspectum habet et explo-
ratum. Nam quæcunque in suo hoc munere Regio fungi-
endo feliciter ceciderunt, non sibi attribui, sed ad so-
lius Dei misericordiam laudem et gloriam referri
censet et optat.

Certo sibi id persuadens quod vel tacente se qui
sunt ex D[omi]nibus vris, aut paulo magis ætate provec-
ti, aut magnam orbis terrarum partem lustrarunt,
h[ominu]m modo æqui ipsi rerum æstimatores non recu-
sent, iudicare et testari satis poterunt, an vnquam an-
te hac Regnum hoc florentius et instructius, vel
apud exteras nationes clarius atque illustrius, si
pax et concordia adeßet, visum à quoque auditumque
fuerit. Voluit semper Regia M[aies]tas, omnem
curam et cogitationem suam in hoc versari, ut for-
tunas salutemque subditorum suorum ab hostium
vi atque impetu defendere queat, vt nulla ambitione
laboret, quæ subditis incomodet, vel illos deserat,
vt nihil ibi appetat unde difficultates Regno inge-
rat, vt nemini bello eiusmodi laceßat, ex quo
pericula Reip[ublic]æ suæ suboriri oporteret, vt denique
Regnum suum florentius multo quam accepit succeßo-
ri suo tradere queat.

Omnes vero nos scimus, quas ex eo tempore quo
regnare cœpit, molestias pertulit, quas difficulta-
tes, quas indignitates perpeßa sit Regia M[aies]tas,
vt afflictis suorum rebus succurrere labantique
reipub[lic]æ opem ferre potuißet.

Et sane nihil mirum fuißet, si illo tempore quo subditorum paulo ante concitatos erga se animos vidißet, omnem quoque tuendorum illorum curam et cogitationem abiecißet. Sed non passus est eam id facere paternus illius Mtis in nos animus, atque innata illi bonitas, satius esse duxit, non vinci à malo, sed vincere in bono malum, mala fata temporum beneficiis suis superanda esse pu-tavit. Cum enim vidit Regnum omni defensio-ne distitutum, direptioni hostium obnoxium esse, illo tempore non vindictam cogitavit, non saevi-bat in quempiam, non durius animadvertit, sed clementia sua servatos nos voluit et ex hostium manibus ereptos. Itaque quicquid in fisco pecu-niae habuit id omne in scribendos milites superio-ri anno convertit, providitque summa cura, ut à quibus ipse non audiebatur, hij ne vel minima fortunarum suarum parte laedi ab hoste poßent. In Conventu etiam praeterito Regni tanta benigni-tate et comitate cum subditis suis usa est Mtas Regia, ut superata omni difficultate, quae rebus bene constituendis obtrudebatur, communi Senato-rum et Nunciorum Regni consilio et assensu, defensionis Regni ratio excogitata fuerit eius-modi ut circiter XX millia hominum publico et privato aere conducta conscriptaque in finibus haberentur.

Quem exercitum nisi tam numerosum habuißemus, et Tartari, fines Regni dudum depopula-ti fuißent, quos iam Boristhenem transiiße con-stabat, et à Valachorum atque Thurcarum incur-

sionibus ac impetu minime tuti fuißemus. Nunc exer-
citus noster solo nominis sui terrore, et haec à nobis pe-
ricula propulsauit, et nullo prorsus districto gladio
Voivodam Valachiae vicit, coegitque ut qui aequiores
pacis conditiones paulo ante repudiabat, is ultro se
postea multo durioribus obligaret

Praeclara haec certe fuit et memoranda victoria. Sed
solet Deus tristia laetis miscere, quod in prospera perpe-
tuaque fortuna bonitatem eius non agnoscimus, cul-
tumque et venerationem non eam quam debemus ei prae-
stamus.
Perveneramus iam cum eo nullo prorsus hominum
nedum occiso in acie, sed ne vulnerato quidem, quo mul-
to fuso sanguine, multisque non solum ex hostibus, ve-
rum etiam ex suis desyderatis, vix alii pervenire
potuerunt.
Nam cuius causa bellum suscipi consueuit pacem ab
hoste extorsimus, melioribus etiam quam initio optaba-
mus conditionibus nostris, sed magna subito facta
rerum nec opinata mutatio est. Qui enim pa-
cem nobiscum pepigerat Petrus Voivoda, is à suis
proditus et desertus, solum vertiße dicitur, praefectusque
est ab Imperatore Thurcorum alius quidam terrae
Valachiae dominus Stephanus Alexandrowicz, qui
quod Imperatoris Thurcorum fidei et religioni se tra-
didit, quod ratum habiturus sit istud cum antecessore
foedus percußum, certum nobis et exploratum
eße non potest.

Certe si fuit aliquando tempus ullum in quo ma-
turo consilio providere oporteret, ne quid Respublica

Regni huius detrimenti caperet, nunc illud esse videtur. Etenim quod magnopere semper nobis metuendum visum est, ne si Valachiam Turci occupassent, gravem vicinum et valde nobis formidandum hostem haberemus, id modo venit, premit eam Imperio suo truculentissimus Tirannus, qui et nostris iam cervicibus iminere videtur.

Quare si unquam antea nunc precipue summo studio nos rationem inire oportet, qua si quam fuerit a tam potente Tirano per Valachiam Tributariam sibi et nobis vicinam provinciam vis illata eam propulsare queamus.

Sed et Tartarus hostis non est nobis negligendus, contra cuius repentinas atque improvisas incursiones necessario semper est exercitus in Regni finibus alendus. ut primum enim intellexerit nudatos esse finis praesidiis tenere se non poterit, quin cladem calamitatemque adferat, ferro atque igni populetur omnia, multos aut per summam crudelitatem interficiat, aut in miserrimam servitutem, eamque perpetuam abducat,

Iam vero cum vicinis Hungaris et Slesitis nihil est adhuc constitutum de damnis et incomodis, quae subinde nobis ex illorum terris importantur, quorum animi exulcerati sunt etiam vehementer edicto sacrae Maiestatis Regiae, quo cautum est, ne qui ex Regno aut suas ad eos merces adveheant, aut ab eis huc deportent. ~

Sed neque hoc in postrema cura habendum est, qua ra-
tione sit providendum, ut ne quippiam ex nostris
qui Valachiae finibus adiacent pro veteri consuetudi-
ne à Valachis nonnulla rapientes, bellum concitent
nobis aliquod acerbum et grave cum novo ab Impe-
ratore Thurcarum in Valachia instituto Voivo-
da Stephano. Nam facile ex l(itte)ris eius apparet,
quas post susceptam provinciam ad dominum Nico-
laum Giskrizki Camenecen(sem) Capitaneum scripsit,
quo a(n)i(m)o erga nos esse velit. Nam nimis pro impe-
rio quodam in illis scribere videtur, ut sit verendum,
ne hos sp(irit)us illi faciat consensio animorum, in quam
Thurcarum et Tartarorum Imperator, et ipse Voi-
voda nuper in Valachia nuper inter se convenerunt.

His itaque et aliis nonnullis de causis faciendum pu-
tavit Sacra Regia M(aies)tas, ut quemadmodum superio-
re anno fuit constitutum celerius solito Comitia hoc
anno ediceret, in quibus cum praescriptis de rebus
tum etiam de his quae ex anno superiore in hunc
reiecta sunt, matura fieret consultatio. Diem
itaque Comitiis Regni constituit Regia M(aies)tas Divo
Andreae sacrum, et locum Piotrcoviae usitatum

Quare hortatur D(omi)n(ation)es v(est)ras, ut una cum Senatori-
bus Regni Nuncios eligant viros prudentes, pacis,
quietis, et tranquillitatis amantes, quibus non pri-
vatae suae, sed Reip(ublicae) rationes curae sint, qui
unacum M(aies)t(at)e sua consilium inire queant, quem-
admodum impenden(ti)a pericula propulsari possint,
reique pub(lica)e etiam in longitudinem certis aliquibus mo-
dis prospici, ne quid detrimenti capere possit.

Id vero inprimis hortatur et monet Regia Mtas
et omnes qui ad Regni Conuentum venturi sunt
ante diem Piotrkoviae adsint, ut ipsa die succe-
dente nulla interposita cunctatione, Comitia de
more initium ab inuocatione gratiae diuinae felici-
bus auspiciis inchoari possint, Factura id Do-
minationes vrae pro sua in Regiam Mtem
et Rempublicam fide atque officio singulari.
Quod vicissim Sacra Regia Mtas simul om-
nibus et singulatim singulis prolixa sua repen-
dere dignabitur gratia.

Bona Regnia Poloniae
Lucae de Gorka Epo Cuiauien

Rnde in Chro pater sincere nobis dilecte.
Cum mitteretur isthuc ad vram Ptem, ac ad alios duos Consiliarios à Mte Regia is eius Secretarius Venerabilis Joannes Bielinski, noluimus eum sine lris nris ad vestram Ptem dimittere, quibus salutamus illam, omniaqz ei læta precamur. Comisimus aut eidem Secretario nonnulla de mente nra Pti vra referre, itaqz postulamus ab illa vt eidem Secretario verba nro noie facienti plenam fidem adhibeat.

Quod reliquum est miramur, quod Ptas vra contra morem vsitatum Conuentum in Piotrcow agi voluerit, quod factum esse quis non videt in diminutiom superioritatis dignitatisqz Regiæ Mtis, quam tamē dignitatem anthoritatemqz Mtis suę vra Ptas tueri debuit vt merito debet, cum ob alias causas plurimas, tum vero quod P. vra multos et amplissimos honores à Mte sua est consecuta, tum etiam nouissime ad Epalem dignitatem ac ad amplas opes est euecta, merito quidem illa propter suam virtutem et merita, tum vero propter eam grām, qua Mtas Regia est vestram P. semper prosequuta, tum vero propter intercessionem nrām. Quæ tamen oia eo animo facta eße meminisse deberet P. vra. vt accepti beneficii memor existens, maiore fide Regiæ illius Mti in omnibus inseruiret, Non erat vlla aut causa cur P. vra subtrahere sese à veniendo huc Cracouiam deberet, non enim id nouum est, vt Conuentus Cracouiæ celebretur, Quandoquidem per hoc omne tempus quo Hic in Polonia sumus, non modo Cracouię sed etiam Thorunij et Varschouiæ Comitia generalia sunt cele-

brata, quod ipsum etiam vra P. ut credimus me-
moria tenet. Sed hoc etiam vra P. non ignorat,
quod multi Reges Poloniae non semper Piotrcoviae
verum etiam in Radom, in Lublin, etiam in Jedlna
ac aliis plerisque in locis Conventus generales celebra-
runt, ad quos tamen omnes Consiliarii non multi ve-
niebant, fieri quidem potest, quod propter causas neces-
sarias iidem Conventus in praedictis locis indicebantur
at hoc idem de praesenti Conventu huc Cracoviam tran-
slato intelligi dicique verissime potest, Non enim ex
quacumque levi sed ex ardua causa, et quae mutari non
potest Conventus prius est huc ex Piotrcow translatus,
nempe propter aegritudinem Regiae illius Mtis quae non
patitur Mtem suam, ulla ratione hinc quoque, ne latum
quidem C ut aiunt D pedem discedere. Perspectum hoc
etiam et cognitum habet vra P. quod Regia Mtas, non
modo ad Conventus istos publicos, sed etiam ad bella ac
ad labores militares Castrensiaque incommoda antea
semper est profecta et non modo sumptibus, sed ne vitae
quidem et saluti suae pepercerit, ut communi omnium saluti
prospiceret. Nunquam Mtas sua aliquam excusationem
attulit, nunquam vel aegritudinem vel aliquid aliud si-
mulavit, ut labores aut incommoda devitaret.

Quin etiam Mtas sua eandem nunc voluntatem reti-
net ut ad Piotrcoviam proficisceretur, ne per se ipsam sti-
tisse videri possit, quo minus sit Reipublicae Regni sui
consultum, verum per aegritudinem et imbecillam
valetudinem suam, qua nunc Mtas sua Deo ita
volente laborat, huic suo et omnium desiderio
satisfacere non potest. Quae res satis Mtem
suam et apud Deum, et apud omnes subditos suos

excusari debet. Meminisse debet vra P. quod ipsa quoque sola P. vra in plerisque Conuentibus Regni non interfuit, nouissime vero cum Mtas sua ex Lithuania in Regnum pro Conuentu Regni veniebat, vra P. misit vnum ex suis ad illius Mtem qui vram P. excusaret, quod videlicet propter ægritudinem suam vra P. ad Conuentum venire non potuisset, indulsit Mtas sua, excusationem vestre P. accepit, et absentiam illius à Conuentu boni consuluit. Ad impossibilia enim nemo cogi recte potest. Idcirco P. vra pari nunc æquanimitate esse deberet erga Mtem suam Regiam, atque cum alacritate ad illius Mtem venire, et alios ad id cohortari diligenter. Decet enim vt ad Mtem Regiam, quæ est supremus omnium nrum dominus, decet, inquam vt cum alii omnes Consiliarii, tum vero P. vra ad Mtem suam à qua vt supra diximus multa bona accepit. Veniat potius quam quod Mtem suam aduersissimo et periculoso itinere in discrimen salutis adducere velit. Proinde P. vra hanc indignã de se suspicionem abstergat atque huc vna cum aliis veniat. atque Nuncii terrestres hoc iter huc veniendi suscipiant, consilio, authoritate, et gratia sua efficiat vra P. Reliqua idem exponet Secretarius, quæ à nobis in mandatis accepit. Cui dicenti vestra P. fidem adhibeat. et recte valeat, Cracouiæ XXIII Nouembris 1538

Oratio inicio Conuentus, in Senatu:
presentibus terrarum Nunctiis in pri:
ma sessione, dicta per Samuelem Ma:
cziewowski Decanum Cracouiensem

I.

Pomievaß aß do tych czassow niebil ten obiczay à to postanovienie, abi bela taka pozyteczna obrona mo; gla biez nalieziona, ktora by i smnieyßech obiezech znoszech poddanich państw iego Krolewskiey Milo; sczi, y stala à pewna biez mogla.

Zaczim Seymi tak czeste á koßdi rok biwacz mu; ßyali. Gdzye iestibi potrzeba bela, à snacz niegdi takowa niebela iako teras iest, czoß terass rosumiecz mamy, mayecz iuß bliskiego nieprzyjaciela, zie go ßye nadziewacz à obawiacz á iakich tesch obicza; iow snkacz a obmislacz potrzebá aby niedbayecz a iako rzekayecz dobrowolnie, a chczecz w upa; desm nieprzeißly

Jego Kro: Mi: wiedzecz te potrzebi, raczel wal; nij Seym ßlozycz, abi namm o potrzebach korun; nich belo radzono, gdzye na Powiatowich Seimich

raczel iego Kro: Milosc, abi zadnij nieviadomo;
szije zakladaiącz ßije, niemogl kazacz przelozicz
poslom svijm, ktore wposrzodek rad y Rizerstwa
poddanich svijch possilacz raczel, te potrzebi kto
re sa, a miedzi wßemi ijnnimij potrzebami to
naviętßa a napotrzebnieischa . Ze Cziessarz Tu;
reczki, ktore przodkowie naschij, a nie ijedno mij
ale tesch y ijnne ziemie Crześcziańskie ßlischącz
iego spossob, sprave, mocz, dzielnoscz, daleko odniego
ßijedzącz iego ßije obaviali, Czoß teras gdi ijusch
Oczakow wziemi ie° Kro: Miloscij dzierßi . Zie;
mie Valaski wielka czescz wßiel, zamki wnieij
budnie, rzekij ijuß wßitkie przeßedl, nietelko
wssamssijeztwie, ale iuß snami wgraniczi ßiedzi
zcego ßije nadziwacz abo ostrzegacz nami, a iesli
iest oczim gorącego a pilnijej radzicz potrzeba abo nie,
to koßdi nietelko madri ale i naiprostnieijschij
povazicz a obaczicz moze

Statari, sktorimi samimi panstwa ie° Kro: Miloscij
dossijcz czinicz mali, teras gdi ijuß roskazanim
Cessarza Tureczkiego ßije sprawnije trudnieij
schij bicz moga

Acz kolwiek nieprzijaciel tak mocznij. gdzie bi
Pan Bog obrona naschą, a pomagacz nam niera
czil, skodlivi a straßlivi iest, a wßakosch iego
Kro: Milosc to baczi i tak rozumie ze to samo

rostargnienie, roznieze, niezgodi, á niedobre przed
ßię misli branie, bij teß ten nieprziaziel niebel,
ktori insch iest, to samo strazież bi nas moglo

A ez wkoßdim zebraniu mosche biez ßli ij dobrzi,
ij niewßisczi iednako rzeczi przed ßię biorę i
niewßitkim ßie iedno podoba á wßakosch ie° Kro:
Milosez temu ßie iednak dziwonal, ze drudzi kto=
rzi te° pomagali, tim ktorzi burzili, mieschali, ó
zle ßię przyzimali, ze ych wezlim nasliadovali,
gdiß to koßdi rozumiecz moze. Ze koßdi vpad
C Panie Boze vchovaij J ktori bi na Coronę przij=
ßedl koßdego bi dotknącz mußial, a zadni bi ßie
temu nie uchilijl á nij przed tim czalo bi ostal, iedno
ze bi to wßiscy iedno staime ßcierpiecz mußeli.

A gdiß vijęcz ie° Kro: Milosez vie ij bacze biez to
rzecz skodliwę á ku sgimeniję naprzetßa á nai=
pewnieißa, aczkolviek do tego zassu sprzijrodzo=
nij lasky á dobrotlivosczi swogtij razel tego vgier=
pijvacz, A wßakosch ~~niechzącz~~ niechzącz biez
wtim vinien Panu bogu i rzeczi pospolitei ij wßem
poddannim swijm, niechce ßię temu dali dziwovag,
á tik ktore ßię kolwie iego Kro: milosez dovije,
ktorzij bi zapomnijawschij wtim Bozeij boijasnij,
powinosczi swiij rzeczi pospolitij, ktori koßdi wedle
swiij moznosczi strzecz powiniem, niedobrę misliję,
swassnij, albo sktorei kolviek przijzinij, o ta=

kowe niesnaski, niesgodi, o' nieposłußeństwo prze-
ziwko ossobie ie^o Kro: miłosci przyczinyącz ßię'
chcieli, ludzie w wielkie dommimamie, w wodzącz,
burzącz, ie^o Kro: miłoscz niesprawiedliwie, nie-
gruntownie ku poddanim, strożącz tim umi-
slem abi iedno swe przed ßię' wßiezie, nicz tim
nielitnyącz upadku rzeczi pospoliti, przewiescz
mogli, że ye^o Krolewska miłoscz ktoß kolwiek
taki bądz, ostrzegayącz, aby przeß to upad
nieprzyßedł, ciorpiecz teo niebendzie raczel, á
takową radą na to weßmye, że takowi kaßdi
ynß dalei takiego złego przed ßyę' wzyęcia prze-
stacz bendzie mußiał, albo bendą mußyeli, y ma
tę nadzieyę ye^o Krolewska miłoscz, o' dobrich á o
wyernich poddanich swoych, ktorich iest dali bog
dosscz wkoruie tey, a wieczeyßych tich, ktorzi
ßyę' o takowe rzeczi przyczimyą, á pokußschayą,
że tego ye^o Kro: miłosci iako milowniczi á iako
dobrzi, wierni, á cznothliwi, poddani, rzeczi pospo
liti radzi a chciwie pomagacz będą, abi rzecz
pospolita niesginęła. A tim tesch mieysce á wia-
ra insch dalei niebiela dana, ktorzi tich błędow
naßiali albo yescze bi dalei czinicz chcieli,
Poniewasch mogą to wßiscy znacz, że iego
Krolewska miłoscz od swego szcżesliwego panowa-
nia, łaskawie, miłosciwie swim poddanim ro-
skozawał, nicz pilniey nieobmyßlał, y dzieß nieobmi-
ślia, iedno to czo rozumiał a rozumie bycz naileppße,

naipoßitecznieiße rzeczij pospolitei, i gdi iego Kro: M. powolnie poddanie mial, iakimi swiezistwi, iakx slawx, rzecz pospolita, i mnozela ßije ij be; la osdobiona po wssitkich postronnich kraiach. Tego iest pamiecz ßwießza. Gdi wijencz odstxpi; li swego swiklego obiczaija á poslußenstwa, zo ßije stalo á ijakij pozitek rzeczi pospolitij to przi; mioslo, snadnie szie pokazacz moze, iże bi bel krol ie^o^ milosz mial to poßlußenstwo, ktore ßlußnie miecz ma ij przedtim mial, gdi v Lwowa roku przeszlego bicz raczel, ze bi belo ktemu snacz nieprzi; slo, kczemu przißlo, albo kczemu przichodzij.

Á tak na potomne zassij ie^o^ Kro: milosz nietilko vpomina ale i ostrzega wssitkie, koßdego swla; scza, abi od takomich rzeczij ktore tu sx powiedzia; ni, koßdi powsczixgal ßie. gdiß bi to insch iego Krolewska milosz, dla dobrego rzeczi pospolitij nieczierpietliwa á niemozna rzecz ku smießienijn bicz mogla.

J to ie^o^ Kro: M. zijßsze bijecze, pomiewasch Seijm tu polozon, prze rzecz á potrzebx pospolitx, ze czij ktorzij powinnj kscimowj, á o rzecz pospolitx ra; dzicz, tak radi iako poslowie, ktorzi ktemu obranij, ze tak dlugo sijachacz ßije zaniedbali, gdiß przi; stoi abi Krol ie^o^ milosz na kogo czekacz mial. gdzie tesch ßie pokazacz to moze. ze ie^o^ Kro: M.

bėdącz zatrudzon cięßkimi chorobami swemi i
takie przeßlich czassow widząc chorobe Krola
ie° milosci mlodego, sina swe° mil°, że iego Kro/
lewska milosc temu wßemu niessolgniącz, po/
trzebi rzeczi pospolitey obmieskawacz po wßitkie
czassi nieraczil. A tak Krolewska ije° milosc,
roskazuije ij miecz to chczie, abi ßie takie rzeczi
na potim niedziali.

A gdisch zatim polozenim ie° Kro: milosci
seijmu na ten czas. ~ ~ wßiscy raczcie
wiedziecz, co za potrzebi ssa, á co insch nad
Corona wißi, á czego ßie insch nadziewacz
a obawiacz potrzeba. Jego Krolewska milosc
vpomina, abi odlożiwßy wßitkie rzeczi nastro/
ne, ktore bi miali przeßkadzacz potrzebom rzeczi
pospolitey, abiscie za powinnosciąą sami, przie swe
dobre, przie zachowanie w pokoiju, zon, dziatek,
statkow, swich, przie zachowanie wiari swięti Crzie/
scianskij, ktora przodkowie wassi mocnie trzij/
mali ij ijej bronili, abiscie wij takiessnaten czass
takie obiczaie namawiali, tich drog schukali, taka
obrona wradzili, oktorei bi bila nadzieia, że bis/
mi sziji nieprzijacielowi bronicz mogli, á ijß bij
nas nieprzijaciel niedbalich, ijako rzekaijącz spia/
cich, niegotowich, albo slie sposobnich nienalasl.
Alboniem gdzie bismi ßije teras tego niepostanowili,
bismi bißto napotim uczinicz chczieli, wießto
Pan bog ijesli że bismi ktemu przijscz mogli. Pomie/



vaß wßitkie rzeczi za czassow a nieporządnie ßie sprawujecz. J ma też wiarecz yego Kro: milosc o was, ze rozumiejecz tim potrzebom y temu nieprzespieczenstwu, ktore Pan Bog ze wchowaj, przisc bi na was musialo, ze tak ßie ktemu przyczyniajacz, tak te rzecz bracz przed ßie bendziecie, iako bi to bilo Panu bogu przodkiem ku chwalie, vam a wßei rzeczi rzpospolitej ku dobremu a ku pozitku.

A iego Kro: M. tak iako zwikl o dobri rzeczi pospolitej przyczyniacz ßie y obmislavacz, ze iego Kro: M. gdi to iedno na wassem nich niebendzie schodzilo, ze yego Kro: M. niczego nieopuscy, co bendzie rozumial nailepsego ku dobremu wassemu, y ku sczesliwemu zachowaniu rzeczi pospolitej a wßitkich panstw yego Kro: M. pana Boga wschechmogacego a yego swiętej pomoczi wzywajacz.

A tak gdiß yego Kro: m. raczili sczi ßlißecz, tij rzeczi abiscie insch raczili poczacz radziecz, pan Bog daj sczeßliwie, a zadobrim poczatkiem bendzie dalibog i sczeßliwie dokanane.

AMEN

Statuta in Conuentu generali Cra:
couiensi condita consentientibus re:
gni ordinibus.

SIgismundus Dei grá Rex Poloniæ, etc. Manife:
stum facimus Vniuersis. Cum in proximis superio:
ris anni Conuentus, terrarum Nuncijs, quędam conces:
simus, quæ magno studio impetrata à nobis cupiebant,
quoniam ex usu cognouerunt ea non esse, æque vtilia atque
prima fronte esse videbantur, abrogari quędam, alia
corrigi et emendari, nonnulla vero clarius per nos
explicari pleraque etiam noua addi petebant. Nos itaque
precibus eorum annuentes, de nra, Senatorumque et
Consiliariorum nrorum sententia articulos hos scribi
fecimus atque authoritate nra Regia confirmamus,
inuiolate obseruari volentes.

Quoniam ita multa sunt vectigalium seu Thelonior
genera per quosuis instituta, vt ijs persoluendis gra:
uiter se nri homines præmi quirantur. Nos eorum
rationibus prospicere atque de omnibus hijs aliquid
imminuere cupientes, certos quosdam nostros Con:
siliarios designauimus, qui vectigalium istorum rom

diligenter inspicerent, et seriem eiusque privilegii super Theloniis pontalibus, aggeralibus adnotarent, ut nos cognitis omnibus et singulis concessionibus cum Consilio Senatorum nostrorum et assensu Nunctiorum terrestrium cum primum eius rei faciende facultas nobis dabitur, qua iusta & legitima videbuntur, ea confirmare: qua contra iniusta ea abrogare possimus, provideremusque ne in posterum onera aliqua imponerentur hominibus, praeter ius et aequum, neve ulle postea similes querimonie ad aures nras pervenirent. Que tamen privilegia exhibita et ostensa esse non poterunt ante Conventum futurum, in Conventu exhiberi et revideri poterunt.

De Moneta

Sed ex eo quoque magnum ad Remp cam Regni incomodum provenire videmus, quod cum nos iam inde ab aliquot annis nummos cudere desierimus. Pruthenii tamen monetam cudere perseverarent. Quare facturos nos recepimus, ut serio mandemus Prussie Civitatibus, ut si velint monetam cudere, quemadmodum privilegia eorum in se continent, vetera ei signa imprimant, nro vero signo uti non audeant. Quod nisi dicto audientes fuerint, edicto nostro cavebimus, ne quispiam, quos ipsi contra voluntatem nostram sub signo nro nummos cuderent, his utatur, eosque omnes e Regno nro eijciendos, atque exterminandos curabimus.

De via publica

De via quoque saepe fuit disceptatum, dum alii seminando alii aedificando partem illius occupare dicerentur, non sine gravi ~~sentium~~ euntium atque agentium ~~gra~~ iniuria. Ut itaque haec quoque de via publica disceptandi occasio tollatur, recepimus nos datis ad Praefectos Arcium et Civitatum nostrarum literis, mandaturos illis, ut singuli eorum adiunctis sibi duobus ex equestri ordine viris industriis et rerum peritis, latitudinem viae ubique constituant, et determinent, secundum Statuti dispositionem de hoc editi.

De Abbatibus

De Abbatibus decretum per nos factum, in Superioris anni Comitiis, ratum sumus et firmum semper habituri. Neque praesentabimus quemquam Loci ordinario, nisi quem Nobili loco natum et secundum Statuti Piotrcoviensis anni 1538 dispositionem, electum comperiemus. Quod si quis non legitime electus fuerit, dabimus operam, ut domini Episcopi electionem huiusmodi nullam esse pronuncient, ac de alio idoneo ut Statutum disponit in locum illius sufficiendo sint solliciti. Certas autem ob causas visum est

nobis, ut in hys Monasterijs quae partem bonorum
suorum extra Regnum habent, quedam fieret
vicissitudo, ita ut alternatim Abbates, nunc Germa;
ni, nunc Poloni eligerentur. Dominis autem Epis.
curae erit, ut in quae Monasteria soli Germani
recipiuntur, in ea Polonis quoque aditus et ingres;
sus pateat.

De Lituania: de Zathorien. Oswiencimen. Ducatibus: deque terris Prussiae ad communia onera ferenda inducendis

CVm varijs exemplis doceamur, vires in unum
collectas multo plus posse quam dispersas, et videamus
quod unita virtus multo fortior est quam divisa, id nos
diligentius nobiscum animo revolventes cum videamus
Regno nostro maiora nunc et graviora quam unquam antea
pericula impendere: quo facilius ea à nostris no;
strorumque cervicibus propulsare possimus, omnia nos
facturos pollicemur, ut quibus possimus honestis ra;
tionibus Ducatus nostros, Lithwaniae, Zathorien;
sem, et Osswiecimen., atque una terras nostras Prus;
siae eo adducamus, ut cum in Regni nostri periculo,
suum quoque periculum agi videant, neque fieri hoc
possit, quin illae terrae eodem labefactatae motu con;
cidant, omnes suas vires cum Regni viribus con;
iungant, quo si potens hostis vim nobis aliquam afferre
conetur, coniunctis armis, et copijs in unum collectis, fa;
cilius eam arcere possimus.

Decretum de vulneribus, quę plebeius Nobili inflixerit. Anno domini 1532 factum, in unum annum prorogatum volumus.

De Mercibus: deqz bobus in commissi causam cadentibus

Gravioribus hominum nrorum iniuriis, magnisqz aliis causis adducti, cunctis Regni nri ordinibus flagitantibus, statutum illud, quo pœna peculatus rei decernebatur, qui vectigal regium, ex bobus debitum fraudantes licenter sine professione boves extra Regnum pellerent, tollimus et abrogamus. Edictum ante huiusmodi promulgari ea in re ad Conventum proximi futurum duraturum fecimus, Ne quispiam in Hungariam aut Slesiam merces vehere, nimirum boves, aut iumenta agere non soluto Thelonio impune posset. Si contra quis faceret, omnia quæ exportasset abegisset ve, pena commissi tolli iussimus, nobisqz loco pene cedere

Quod si publicani aut Thelonatores nri merces aut boves eiusdem assequi non possent, tum vero ut æstimatio fieret decrevimus, ut quanti boves aut res essent fuissent, quas contra nrum edictum evehere aliquis, exportare, atqz abigere ausus esset tantum commissi pena loco nobis sive Publicano aut Theloneatori nro numerari cogeretur.

Sin autem exportasse se, aut abegisse negaret, recenti re non convictus, neqz deprehensus, si Nobilis est, tenebitur iureiurando dato se purgare unacum aliis

duobus æque Nobilibus. Si plebeius, probatio contra illum Theloniatori decerneretur. Et hæc constitutio servari debet usque ad alium Conventum proximi futurum.

De securitate iudiciorum

Quoniam interest omnium, ut ad Judicia tuto venire, atque absque ullo metu versari in illis liceat, cum non alibi pax maior, et tranquillitas requiratur, quam ubi Judex et aliæ publicæ personæ præsunt, alii vero pro iusticia Jus petunt, Volumus hac de re decretum nostrum observari, quod anno Domini 1507 Cracoviæ per nos factum fuit tempore fælicis Coronationis nostræ. Quod vero Piotrcoviæ in proxime præterito Conventu 1538 ea de re factum erat, abrogamus et tollimus.

De bonis et Castris: quæ bona Regina possidet

Plurimum interest Regni huius, ut bonorum eius, immobilium præsertim non fiat abalienatio. Nos itaque in posterum rationibus illius prospicere cupientes, quoniam Serenissima domina nostra, quædam Castra, Oppida, villas in Regno nostro hypothecæ seu cuiusvis obligationis nomine obtinet et possidet, ne usus aliquando venire posset, ut hæc ipsa a Regni corpore divellantur. Statuimus et decernimus, ut Præfecti Castrorum eius Maiestatis non sint nisi Poloni, indigenæ, Nobi-

les, atq hij in ea provincia ubi castrum est, possessio[n]em habentes, qui ita se iuramento nobis successori q[ue] n[ost]ro Regi obstringant, ut non teneantur nisi nobis et successori n[ost]ro Regi pro tempore ex[isten]ti post mortem quae procul absit Ser[enissi]mae Coniugis nostrae cedere

De Gdanensibus

Graviter questi sunt nobis Nobiles Regni n[ost]ri, de magnis difficultatibus, quibus in frumenti venditione premi se à Gedanensibus civibus et subditis n[ost]ris dicebant, qui plerumq[ue] in has eos angustias adducunt, ut quanti ipsi velint, frumenta distrahere cogantur. Dum praecisa est potestas aliis ea q[uam] Civibus Gdanensibus vendendi. Horum itaq[ue] clamoribus assiduis victi, facturos nos polliciti sumus, ut in his quae proxime habituri sumus Comitiis. Gdanensibus exhibere, Iura sua et privilegia mandemus, quibus inniti liberam cui velint frumenta sua vendendi facultatem Nobilibus Regni n[ost]ri non permittunt

De literis et inscripcionibus, in libros Terrestres non inscribendis

Multas et magnas saepe fraudes admitti cognovimus, dum quidam adulteratas l[ite]ras proferentes, ut haec in Libros terrestres inscriberentur obtinuerant, quae simulatq[ue] inscriptae fuerint, exemplar sibi periisse fingentes, exemplum ex actis Terrestribus dari sibi postularunt, atq[ue] ex eo tanq[uam] robur et authoritatem

haben intrepide vtebantur. Quare fraudi huic et calliditati obuiam venire volentes, Statuimus hac lege nra, de Senatorum et Consiliariorum nostrorum senten^a, ut nullæ deinceps lræ in libros terrestres inscribantur, nisi quæ in aliis libris terrestribus inscriptæ esse probari possent. Si enim quas inscribi quis cupit, et alibi inscriptæ non reperiuntur, eas inscribi vetamus, Et si contra constitutionem hanc nram inscriptæ fuerint, eiusmodi lræ, nullas eas pondus habere volumus. Cæterum quæ lræ ex libris inscriptæ sunt, aliquibus ante acceptas esse lræs vti fieri solet, originatr factæ, hæc in Judiciis fidem faciant decernimus.

De homicidiis

Petierunt à nobis Homines terrarum ~~terrarum~~ nostrarum, ut occidendorum hominum pœna non sit eius asperitatis, quæ Piotrcoviensi præterito Statuto circumscripta est. Nos eorum precibus victi, quando hoc illis vt peterent æquum visum est, decretum anno proximo superiori Piotrcoviæ de homicidiis, de nra Senatorumque et Consiliariorum Regni nri senten^a factum inducimus et abrogamus, atque id valere volumus, quod eadem de re à Ser^mo Joanne Alberto fre nro olim Rege fuit constitutum

M

De Regis electione: Dabuntur Nunctiis ex Cancellaria lræ qui proposcerint.

De Iudeis

Qui Nobiles in Oppidis aut villis suis Iudeos ha-
bent, per nos licet, ut soli ex eis fructus omnes
et emolumenta percipiant. Iusque illis arbitratu suo
dicant. Verum ex quibus Iudeis nullum ad nos
comodum pervenit, eos uti Iudeorum iure non per-
mittimus, per nos aut antecessores nrōs concesso,
nisi de iniuriis eorum referri ad nos volumus,
ut ex quibus nullum sentimus comodum, hij nullu
etiam praesidium in nobis habeant collocatum.

De Commissionibus

Constituimus, ut ne deinceps Praefecti Aerarii et
Civitatum nrārum, sed soli duntaxat Nobiles
Comissiones obtineant ad fines terminandos. Ita
tamen ut nihilominus Praefectis sive Capitaneis
nrīs, sicuti veteri more receptum est, et Statuto
cancitur, liceat bona nrā defendere ad declara-
tionē usque finium

De crimine lese Matis

Crimen Lese Matis, ita postulantibus terrarum
Nunciis, volumus nisi in persona nrā locum
habere, et non in alios quantumvis publicas per-
sonas gerens extendi. Si quod ante per quem-
piam facinus vel homicidium fuerit in hijs com-

missum qui extra personam nram, vel Senatoria vel publica aliqua dignitate loco et officio præful; geant, in eum secundum Statutum animaduertetur.

De Saluo Conducti

Vt in vtramque partem circa rationem Salui Conductus, et securitati eorum, quibus inimicitia denunciatur prouideatur, et illi quos pœna manet Salui conductus calumnijs non inuoluatur innocentes. Statuimus vt nullius Salui conductus pœna incurratur, nisi qui fuerit publicatus, et qui se illo palam velit tutari

De Citacionibus cum verbo presertim

Crebris sæpe Subditorum nrorum Nobilium querelis sollicitati, vt in Capitaneorum Judicijs et officijs nihil aliud in illos statuere permittamus, quam quod et deceat, et ad illorum Judicium officiumque in articulis Judicij et officij statuto expressis pertinat: decreto præntis Conuentus sancimus, vt Capitanei, iniurias de rebus minutis, iugero, prato, et id genus particula vniuersitatis bonorum nō iudicent, sicut de violenta expulsione.
Ac vt cesset mos ille scribendi et citandi cum dictione, præsertim, sed officium Judiciumque suum intra metas Statuto de Articulis iudicij et officij Capitanealis expressas tantummō indi;

candis contineat, neqꝫ plus à re Judicata seu scriptu:
ris quibuscunqꝫ iudicialibus exigant. quam quod in Judi:
ciis terrestribus à similibus exigi solet.
Jn districtu autem suo quemqꝫ Nobilem de eo pro
quo citatus erit Capitanei iudicent, et ad aliud
Tribunal remotius non trahant, Nam in consuetu:
dine est, quod Judicia in Districtibus de sex in sex
septimanas in maiori Polonia renouari debent.

Pax cum Stefano Voievoda Valachiæ

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Universis et singulis quorum interest manifestum facimus quod nos adducti precibus Ser.morum Roma.norum et Hunga.ae Regum, dni fer:dinãdi et Joãnis alterius cõsanguinei alterius affinis nri char.mi Mag.co Joanni Comiti in Tarnow. Castella.o Cracowien Sandomirien et exercituum regni nri Capitaneo plenã potestatẽ dedimus de pace transigendi cum Mag.co dño Petro Voievoda Valachiæ qui qui:dem pacem his conditionibus inter nos et illum confecit.

Ut serventur quæ pace confœderationeq facta inter Ser.mos dños Vladislaum avum et Casimirum patrem nostrum Reges Po:loniæ et Mag.cos Stephanum et Bogdanum Vaivodas Valachiæ inter terras utrinq fuerunt cõstituta.

Ut coloni omnes tam nostri quam subditorum nrorum belli tempore capti una cum pecoribus atq omnibus facultatibus suis re:stituantur.

Ut in ditione nra ultra Nestr fluvium in terra M.ti regiæ nemo Valachorum stationes habeat nisi de consensu Capitaneorum aut tenutariorum nrorum. vel fundi dominorum.

Ut molendinorum quæ in terra nra extruxit Voievoda usumfru:ctum tantum habeat ad nostrum aut successorum nrorum benepla:citum.

Ut Conventus in quibus jus administrẽt iuxta morem antiquum celebrentur.

Ut malefactores. pacis turbatores qui damnum dederint: qui furtum fecerint, penas legibus dent.

Ut profugæ neutrobi receptum habeant. sed ijs a quibus fugerint restituantur.

Ut terra Pokuczie ita ut semper fuit propria sit nra succes:sorumq nrorum et hereditaria.

Ut serventur utrinq ea quæ de iustitia administrãda aliis in lr̃is scripta sunt.

Ut in ditione nra Camenecen et Haliciensis Capit.s in Va:lachia vero Chocimen et Czarnowien iuri dicendo præsint atq secundum ea quæ aliis in lr̃is cõtinentur iustitiã admi:nistrent.

Ut mercatoribus utrinq libera sit mercandi facultas.

Ut quibus antiquitus solebant itineribus uti ijs eis nunc quoq libere uti liceat.

Vt non alia vectigalia q̄ prisca nostri mercatores dare necesse habeant.

Vt non alii fines limitesq3 terminentur q̄ qui fuerunt priscis temporibus inter Regnu et Valachia terminati et in priuilegiis sunt descripti.

Vt cętera omnia inter regnu et ditionem nostra terraq3 Valachia contracta, quis hic expressa non sint vtrinq3 inuiolate seruentur.

Has conditiones Petrus Vaiuoda cu Consiliariis suis cunctoq3 ordine equestri se successoresq3 suos sancte inuiolateq3 obseruaturu iureiurando interposito promisit: datis etia lris quas nos ad verbu in hoc diplomate nro describi iussimus quaru tenor est iste.

Nos itaq3 qui ab effundendo Chriano sanguine multu abhorremus in gracia Ser^morum Principu de quibus initio fecimus mentionem pacem qua tanto studio Petrus Vaiuoda a nobis petebat per Mag.cu Joannem Comitem in Tarnow Castellanu Cracouien. Sandomirien. et exercitus Regni nri Capitaneu prescriptis coditionibus ei concessimus. quęq3 ille nomine nro cu Vaiuoda egit ea rata grataq3 habuimus. Quonia vero fato quoda euenit vt non ita multo post in Petri locum sufficeretur Mag.cus dominus Stephanus Vaiuoda Valachię. quandoquidem et is a nobis peciit vt his ipsis conditionibus pacem cum eo firmaremus pro eo animo quo sumus erga illos qui nobiscum vna Christum crucifixu adorant quo amicitia potius coniunctos q̄ aliqua re a nobis disiunctos et alienatos velimus fecimus non inuiti vt dato iureiurando nos successoresq3 nros has ipsas pacis conditiones cum Mag.co dno Stephano Vaiuoda Valachię et successoribus eius sancte inuiolateq3 obseruaturos promitteremus: quod ipsu presenti diplomate nro promittimus. Cui vt fides tanto maior habeatur manu nra subscripsimus. signuq3 nostru apponi iussimus. M D XXX IX XX Februarii.

Foedus inter Regem Sigismundum, Regnumq; Poloniae: et inter Stefanu Voievodam Valachorum

SIGMUND, Z Bozei laski Kroll Polskij vieliki Kxiandz Lithewski. Ruski, etc. Oznaimniem ij iawno zinniem tim nassem listem ze ijschmij ij wssiszi Panowie, rada nascha Ducho; wni ij Swieczi przijssbijegami mijslenn Bogu, ij naczistschej ieo Matce, ij wssitkim swijetim, ij slubniem ij slubilismij, i dawami i dalismi ten list nasch przissbieschm, Vielmoznemu Stephanovi Vo; iewodzie zbozei laski panu ziemie Moldawskij Sinovi stare Stephana Voiewodi ziemi ieo Mol; dawskiej. Natim isch, od, dzissieijschego dnia mami miecz viecznie à pewni i pravi miedzi sobie pokoij, wlasce ij wdobrej przijasnij, poth tim obiczaiem, iako przijssiegal ij smowe vczi; nil, Vielmozni Jan Grabia Tarnowski Castel; lan, Cracowski, Hethman, navischi Coroni Polskiej, ij zijnschijmi pamij radami nasche; mi, za roskazaniem naschijm: zrada ij spa; ni Schlachte ij zboiari ziemie Moldawskiej

y ze wszistkę ziemię Moldawskę, Thim ze obi;
gaiem y mi y Krolestwo nasche y rada Krolestwa
naszego przisszięgami i slubniemy i wszieliśmy
Vielmoznego pana Stephana i Sinow ieo, i Boiar,
i Slachtę iego i ziemię Moldawskę wdobrim
mierze y wpokoyu, y wdobre ssęssieztwo, y
pod swyentę Coronę Polskę, tak iako vische
napissano, i yako tesch bili przothkovie nasschi
sprzotkami iego Pany ziemie Moldawskiey.
Zaden tesch nieprzyiaziel. Stephana Voiewodi nie;
ma miecz zadnieo miesza, any zadnego pozivie;
nya nigdzi wnaschich ziemiach. ktorę trzima;
my pod swemi rękema, pod Coronę Polskę,
y niemamy takonego nieprziiaziela, ani dzie;
rzec, any chowacz, naprzeziwko Stephanowi
Voiewodzie i sinom iego i ziemi Moldawskiey,
ale mami takiego zlowieka znaschich ziem
precz vipędzicz
Graniza tesch ktora iest miedzi ziemiamy Kro;
lewstwa naschego, miedzi ziemię Polskę i Li;
tewskę i miedzi Moldawskę ziemię, ta ma
bicz postarenu miedzi temi ziemiami iako bilo
stara dawna. A opokuczkę ziemi niema szie
nigdi vpominacz na vieki wyecznie ktoschkol;
viek bedzie panem ziemie Moldawskiey any
iey dobivacz, ani zadnich naiasdow nanie nie;
zinicz, gdisch ta ziemia Pokuczka zawsdi
od viecznich zassow Coroni Polskyey wla

sna ij dziedzigzna bila, iest ij ma bicz naviecki.

Kupczom tesch iest volno i przespieczno. zmoldawskiey ziemie chodziez do naschich ziem. takiesch ij naschim kupczom do ziemie Moldawskiey, ij do Turek staradawnemij drogami kupziez ij kupowacz ij przedawacz to zo kto bendzie mial, ij mitha po staradawnemu plaziez, a zaplaziwschij swoie prawe mitho, ij dobrze odprawiwschij sbije, iest i bendzie ijm volno zasbie sbie woroziez do swoijch sbijem drogami ktoremij onij bendo chziecz, ze wssitko maietnoszijo ijch, zo kolwiek kto vssebie mijecz bedzije

Tesch na Granizach zli ludzie maijo bicz kazanij z obu stron po staradawnemu. i Seijmi mami ziniez sobu stron, takiesch postaradawnemu, abi vistepni bili kazani, à dobrim abi tesch volno bilo mieskacz wnaschich panstwach

A Ludzie Vieznije zobudwu stron mami zasbie wroziez, iedno ktorzi bendo prawi rodziece, J nievolnici ijako Cigani ij Tatarowie, ziemie Moldawskiey, takowi ludzie niemaijo bicz przeimowanij wijdziey do ziem naschich, ale zasbie maijo bicz vidanij do swe ziemie, tak iako przisseigal ij zmowe vzinil przezezonim Hethman nasch pan Cracowskij

Tesch ijesli bi schije przitraffielo niektora niesgoda i vzisbnienije na Stephana Voiewodé i na ziemie Moldawsko zego boze nidai, takisbi

niemogl Wziemi wssey vitzwaz, tedi ienm bendzie otfforzono, y niebroniono do naschich ziem przisz, y vinicz, y do zvei ßwe ziemie wroczicz ze wßit: kim svogim skarbem, czo kolwiek przissobie bedzie miecz y zludzmy

Takiesch Wziemi y wpanstwie naschim po obu: dwu stronam rzeki Niestru, tam gdzie bi na: scha abo poddannich naschich ziemia bela, zaden zwolochow pomieskania niema sobie ziniz a my miecz, stady zbidlem ani zepszolami, yedno sdo: swolenieni Starost, abo Dzierzawcz naschich abo tesch tich Panow, zey bibel grunt y dziedzina

Mlinow tesch tich ktore wziemi naschey po obodwu stronach rzeki Niestru Voiewoda vala: skij popudowal abi vziwal Voievoda, telko do vo: ley naschey y potomkow naschich.

A zbiegowie na obiestronie abi niebili przijmova: ny, abi beli vidany zaßie tim od kogo vzie: kaya. Takiesch a bi belo dzierzano na obie stro: nie, to czo okolo zinienija sprawiedliwoszi vin: ßim liszye opissano sto wßitko wißey opissa: no, Slubnijemi Stephanowi Voievodzie, y Boiarom iego, poddanim, dzierzecz, y vipelnicz, vedlug tego naschego zapissu, nawuki wyczne, vedlug tzy y Crzeszianskij vijari naschij, ze wßit kimi pany radami naschimy, iako Duchownij

mi ij Swietzkimi, Przitim bili, Panowie rada
nascha Duchowni ij Swietzzi, Arcibiskup:
etc. Dat w Cracowie na walnim Seijmie
Lata Boszego 1539
Sigismundus Rex Sst

Similes lr[a]s, et eodem tenore: Voiewoda Stephanus
sub titulo et sigillo suo dedit Regie M[aies]ti. Reuersales

Responsum à Sigismundo Rege Poloniæ oratoribus Ferdinandi Romanorum Vngariæ Bohemiæ Regis datum Craconiæ in Conuentu 1538

Grata fuerunt Sacræ Mti Regiæ Do: meo clementissmo ea quæ commemorarunt, D. vræ, tum de animo in illam Serssmi Ro: Regis tum de pactis et foederibus, quibus inter Regnum hoc Poloniæ, et Regnum Hungariæ et Ducatum Slesiæ societas quidam et amicitia deuincta est, et confirmata. Ac de animo quidem Serssmi illius Mtis erga se nihil noui se nunc audiße, sacra Mtas Regia existimat, semper enim explorate illi perspectus fuit et cognitus, ac in eo nunquam non diligentissime elaborauit, Sacra Mtas, hæc Regia vt suum vicißim, summum studium erga Sermam illius Mtem, quacunque re posset declararet, in quo pulcherrimo hoc mutui amoris certamini, principatum semper appetiuit, itaque ad veteres atque auitas necessitudines et ad eam, quæ nra memoria non ita pridem inter Mtes eorum inita est propinquitatem, nouam quandam nuper adiunxit, affinitatem eiusmodi, qua nulla iam potest neceßitudo maior reperiri, effecitque, vt quemadmodum ipsa vnus semper animus fuit, cum illius Mte, ita Serssmus filius hic eius Mtis Rex et Do: meus clementissmus, cum Serssma filia Mtis illius, non solum animus vnus, verum etiam animus

corpus, una caro efficiuntur. Quibus ex rebus facile coniecturam quisque facere potest, cum S. Mtas haec in Serenissimam illius Altem tam suaviter effusa sit, cum tot eam iam ardis, tanque firmis amoris amicitiae propinquitatisque vinclis sibi habeat colligatam, eam facere non posse, ut eos a se alienos existimet, qui sunt Serenissimae illius Mtis potestati ditionique subiecti, Silesios, praesertim & Hungaros, complectitur certe utrosque non mediocri favore, cupitque illis quam maxime comodatum. Caeterum quod edictum fecit Sacra Mtas haec, ut ne quis hominum illius aut hinc ad eos exportare, aut ab eis huc merces aliquas audeat importare. Potest quidem ea res his, qui quo animo inter se sunt Serenissimi Regis ignorant suspitionem dare immutatae eorum erga se voluntatis, sed sancte hoc affirmat S. Mtas haec, nihil se fecisse odio aut malevolentia erga quenque eorum, verum assiduis suorum precibus et flagitationibus si hoc verbo uti fas est, compulsam se esse, et coactam ut suis hominibus, cum Silesiis et Hungaris comercio hactenus interdiceret, ut ne ipsi ad eos proficiscerentur, venientes autem ad se cum mercibus, Silesios et Hungaros humaniter comiterque exciperent, protinus eis permisit, non potuit S. M. Regia tantae voluntati, tam ardentibus suorum precibus, non cedere cum praesertim aequissimis firmissimisque rationibus niteretur. Quas cum ex Senatoribus et Consiliariis eius Altis Do: vra nuper cognoscere voluissent, et illis visum fuit super vacaneum sine Regia Alte eas tum temporis Do: vris recensere. S. M. Regia dedit mihi nunc negotium ut eas D. vris breviter ~~enu~~

enu=

merando recensorem, ut ne quivis quisque possit sine mag-
nis et gravibus causis adductum hoc S. M. Regiam pro-
mulgasse. Quam quidem in hanc mentem impulerunt
graves iniuriae, quibus in Silesia atque in Hungaria merca-
tores affici se querebantur, quorum vocibus et clamo-
ribus ac lamentis aures S. M.tis Regiae assidue perso-
nabant, cum se variis modis spoliatos et vexatos esse
dicerent, nunc a praedonibus quibus infesta fuerunt
itinera, contra quos Ius suum obtinere nunquam potue-
runt, nunc ab aliis quibusdam a quibus tanto sibi mi-
nus caverunt, quod cum nunquam de illis male meriti
essent, amicorum eos non praedonum loco haberent,
atqui ab iis iniquissimo pignorationis iure quas re-
pressalias vulgus vocat, capti quidam et detenti fue-
runt, atque ita duriter habiti ut constet fuisse non
neminem, qui in hac ipsa captivitate insons cum
esset atque innocens, vitam cum morte fuerit commutare
coactus. Saepe de hiis tantis iniuriis, de infestis ~~iniuriis~~ itineribus,
de praedonibus, spoliatoribus, pignorationibus, repressa-
liis, captivationibus questum misit, ad Ser.mam illius
M.tem Sacra M.tas haec Regia, quam etsi dolenter
ista graviterque ferre cognoverat, nihil tamen sibi, ni-
hil suis proficere videbat. Fuerunt aliquoties ab utrisque
M.te Iudices delegati, qui cognoscerent, de praedonum
iniuriis, sed cum ii aut Ser.mi Regis vel aut Wra-
tislaviensium aut principis alicuius fide, quem Salvum con-
ductum appellant venissent, nunquam in quenquam eorum
animadversum est, nunquam in posterum documentum
statutum, ne quis talem amentiam vellet imitari,
Licuit videre grassatores istos et praedones publica
fide munitos, cum Wratislaviae, tum alibi quoque

ora hominum impune aspicientes, atque etiam insultans miseris illis quos vexarant spoliarant, atque omnibus prope fortunis everterant, Quinetiam quo tempore Illustres viri ab utrinque Altè iudices delegati, hanc ipsam praedonum causam Glogoviae disceptabant, illi nihilominus de crudelitate sua nihil remittebant, eoque proruperat cupiditas eorum et scelus et avaritia, ut modo non ante oculos, iudicium clarissimorum virorum nihilo remissius praedas agerent, hominesque Sacrae M. Regiae, ~~cuius cum nummi passim~~ magnis calamitatibus afficerent, vel hi soli satis iustae causae videri possent. Quamobrem suis commertio cum Silesijs et Hungaris. S. M.tas interdiceret. Sed accessit ad hos maior etiam alia causa, gravis contemptus et despitientia, S. M. Regiae. cuius cum nummi passim alibi in Austria, Stiria, atque alijs remotioribus provincijs iustum pretium obtineant. Soli ex omnibus Silesii si quid aliquando apud illos homines S. M. Regiae emere conabantur in eas angustias illos adducebant, ut in singulis florenis trium grossorum intertrimentum facere cogerentur, Vendentes autem nummos Silesios accipere quos et ipsos non sine aliqua iactura permutare liceret. Huc accedunt nova cum Ser.mi Regis nri, tum aliorum quorundam vectigalia, in immensum iam prope aucta, quibus homines S. M. Regiae magnopere se premi, queruntur, Accedunt etiam eorum qui sunt in Silesia mercatorum conspirationes, qui ut advenisse aliquem ex nris cum mercibus audiuere statim conspirant

inter se, ne iustum quisque praemium offerat. Sed mercatores tantisper, dum nostri sumptu exhausti, ad eorum conditiones necessario attendunt, atque eo quo volunt ipsi precio merces distrahant sunt hac quidem et subditorum iniuria nimis ferendo, et contemptio ipsius S. M. Regiae, qua ut tamen ferre possent potuisset, S. M. Regia solius S. Do. Regis Romanorum contemplatione, tum Dei Christianaeque religionis despectus tollerandus non erat, quem esse maximum accepit in multis Silesiae partibus ubi sacra omnia prophanata atque tot Sectae esse dicuntur tam dissectae ut ab earum commemoratione aures abhorreant, ita, ut omnes veri Christianos abhorrere ab eorum consuetudine abhorreat, quibus catu piorum est interdictum, ne quod eis virus afflarent mortiferum, quod eorum non tam corporibus quam animis perniciem adferat, habent iam Dominationes vestrae causas ut opinor satis graves. Quamobrem S. M. Regia suis interdixerit ne vel in Silesiam vel in Hungariam cum mercibus proficiscerentur. Nunc quod petunt. Serenissimi Regis et Domini sui nomine, ut edictum suum S. M. Regia induci velit, et antiquari hac de re cum nihil statuere possit S. M. Regia nisi de consilio sententiaque tum Senatorum Regni et Consiliariorum, tum eorum, qui sunt ab Equestri ordine ad Comitia missi nunciorum, nihil potest adhuc D. vestris certi deliberatique respondere. Est autem nunc gravioribus curis impedita, quam ut hac de re consultatio in praesentia haberi possit, Nam cum gravi quadam Dei indignatione factum sit, ut vicinum habeat potentium illum et Truculentum Caesarem Thurcarum, vias

aliquas et rones prosequi cum suis cogitur, quibus arcere vim posset, si quam ille de improviso afferre fuerit conatus, ne si nos imparatos offendat atque oscitantes opprimat. Ac factura quidem esset S. M. Regia non invita, ut in gratiam Serenissimae illius Maiestatis primum omnium hac de re de qua missa sunt Do: vra ad eos quorum interest referret. Sed quoniam veretur, ne eorum animi re tam subita offensi minus promptas atque alacras se praeberent, ad ea praestanda, quae ad Regni deffensionem pertinent, visum est esse satius ut ad finem Comitiorum consultatio haec reijciatur

Nunciabunt itaque D. vra. Serenissimo Do: Roma: Hungariae, Bohemiae Regi D. suo. S. M. huius Regiae verbis quod quemadmodum, ex causis superius enumeratis invita fecit, ut edictum istud promulgaret, ita pro eo amore, quo Serenissimum Regem vrum summo atque incredibili prosequitur, magna cum animi alacritate in eam curam incumbet, ut sublatis prius e medio causis, propter quas fuit promulgatum edictum, id induci queat, et antiquari.

Quam ad rem si visum fuerit Sermo Regi vestro, Illustres aliquos viros, certum in locum, de quo inter utramque Mtem convenerit mittere, qui causas istas, et controversias arbitrentur et cognoscant, faciet non gravatim haec quoque M. Regia, ut eundem in locum suos etiam Senatores et Consiliarios aliquos mittat, quo tandem aliquando controversiis istis finis imponatur, placatisque animis et sedatis discordiis amor inter vicinos populos utriusque Mtis et fraterna benevolentia coalescat, Sed haec tamen mre cum;

tum Mtas eius praestare nō pot, conatum sibi non de-
futurum pollicetur.

Quidquid aut in utramqꝫ partem actum erit, per
Legatum suum statim, ut absoluta erunt Comitia
Sermum Regem Ro: faciet certiorem. Cuius
Mti, utraqꝫ Regia haec Mtas, cupit per Dnes vras
esse qꝫ maxime commendata, omnemqꝫ illi adeo fae-
licitatem praecatur illud inprimis, ut de potente
isto Christiani nominis hoste crebris victoriis, et
triumphis deportatatis complures annos, optata
pace et tranquillitate frui possit.

Tercio iterum die sequens responsum
datum Oratoribus Regis Ferdinādi

Miratur S. M. Regia. Dnes vras eo responso
contentas non esse, quod nudius tercius acceperūt,
quod quidem eiusmodi esse sibi persuadet, ut nihil du-
bitet, quin id Sermo Regi et Do: vro satisfactu-
rum sit, de cuius animo in se S. Mtas regiā hoc
sibi pollicetur, ut non modo nihil tale in mentem
venturum sit ei, vel cogitare quale Do: vre de-
precarunt. Sed etiam hoc ipsum consilium D.
vrarum minus probatura sit Mtas eius, quam
quod responsum ab hac Mte tulit.

Non praecidit D. vris. S. M. Regia spem inducen-
di edicti huius atque antiquandi, sed cum de ea
re ad ordines Regni sui retulisset, de eorum sententia
se Sermo Regi vro per Legatum suum responsu-
ra promisit, atque omnia facturam, ut ne fallat spem
et expectationem dicti Sermi Regis et domini vri.

Nunc quod facturas se ostendunt D. vrae, ut hic suo
sumptu tantisper commorentur, dum certi aliquid
hac de re S. Mtas Regia constituat. Quod si
operepraecium esse existimaret S. Mtas hoc ut hic
diutius detineret D. vras, eo est erga Sermum Regem
vestrum studio, ea benevolentia nullos ut sumptus
illius gratia facere recusatura esset, Nam quod alie-
norum Legatis saepe facit magno Comitatu venien-
tibus, ut eos humaniter, et prolixe accipiat, cur id
D. vris non praestaret libentius ab eo Rege missis
quo ut nemo est, honoris gradu superior, ita ne
quidem coniunctior quisque S. Mti huic omnibus amo-
ris amicitiae, propinquitatisque vinculis, sed certe ni-
hil causae est, quamobrem D. vrae diutius hic
commorentur, cum omnino decretum sit Mti Regiae
proprium suum Legatum ad Sermum Regem, et
D. vram mittere, per quem et hac de causa quid
fuerit illi deliberatum planum faciet, et alia praeterea
nonnulla explicabit, atque una de viris aliquibus
Illustribus designandis tractabit, qui certo, die, lo-
coque controversias disceptent, Quae sunt inter vicinos
exortae. Quare non est quod aliud iam ullum re-
sponsum hac de re D. vrae expectent, praeter id quod
nudius tercius acceperunt. Verum Sermum Regem

sua utriusque Mtis huius verbis plurimum salvere iubeat,
atque mentem animum huic Mti eius faustum et foeli:
cem precentur, eaque omnia illi de utraque Mte hac polliceatur,
quae promitti possunt, de his, qui studio et benevolentia
erga Mtem eius concedere velint nemini.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum Ungariae
Bohemiae Regi

Ser.me Princeps fr et consanguinee char.me. Acce:
pimus lras Mtis Vrae xv.a Mensis Marcii scriptas,
quibus a nobis flagitat, ut Oratores nros ad vram Mtem
statim a feriis Pascha mittamus, quemadmodum lris nris
nos facturos illi esse receperamus. Nos equidem ut po:
stulationi vrae Ser.mae Mtis satisfaciamus. Orato:
res ipsos nros ad praescriptum tempus mittere, sicut
semel constituimus, non negligemus. modo Mtas vra
ea quae ad eam attulerint, sicuti erunt rom consona,
frno et benevolenti aio accipere velit, Nam nihil no:
bis curae est maiori, quam ut et apud Mtem vram, et
apud eius Subditos, propensam et amicam nram, erga
commoda illorum, voluntatem, testatam, quam maxime
faceremus. Quod reliquum est. Cupimus Mtem V.

recta valetudine, et prolixa vitas in omnibus fortuna uti. Cuius nos amori, et beneuolentiae fraternae Commendamus. Datum Cracoviae, XXIIII Mensis Martii Anno domini. M° D° XXXIX

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniae ad Ferdinandum Romanorum, Hungariae Bohemiae Regem: Magnifico Ioani de Tenczin Castellano Voinicen. Marschalco Curiae Regiae: et Ioanni Vilamowski Cantori Crac. Secretario regio data

Principio Ser^m Do: Romanorum Regem verbis nostris, quam poterint officiosissime salutabunt, omnemque adeo foelicitatem precabuntur, ac studium erga Mtem eius nostrum eiusmodi declarabunt, ut cuncta sibi de nobis polliceri possit, quae de fratre et consanguineo charissimo cui res rationesque Mtis eius non minori quam suae ipsius curae sunt.

Postea narrabunt fuisse apud nos Legatos Mtis eius, qui magno studio à nobis contendebant, ut aedictum illud induci iuberemus, et antiquari, quo sancitum est per nos proximis superioris anni

Comitiis. Ne quisq́ nostrorum hominum, aut de Re-
gno nro, in Slesiam et Hungariam exportare, aut
inde in Regnum merces aliquas auderent importare.
Nos vero aliis gravioribus curis districtos non
potuisse Legationi eorum certi quidq́ et deliberati
respondere, Neq́ enim de tanta re, quae vnanimi
ordinum oium consensu in Comitiis fuit constituta,
diversum aliquid statuere nobis licebat, nisi de hoc
ipso prius vtrum aliquid diversum statuendum esset,
ita Mte eius a nobis postulante ad eosdem ordines
quibus approbantibus fuit decreta retulissemus,
Referre aut tunc temporis non potuimus, nesdum
capiti mederi, nos prius opporteret reduniam cu-
rasse videremur.

Cum enim instet cervicibus nris potens et truculen-
tus Chriani nois hostis, quem superiori aestate gra-
uem et molestum nobis vicinum nacti sumus, etsi nullu
nobis cum eo bellum est indictum, quoniam tamen non
est is, cui credi quidq́ opportiat, Primum ante omia
providere nos opportuit, vt ne quid Respca Regni
nostri detrimenti caperet, viasq́ et rationes aliquas
persequi quibus arcere vim possemus, si quam ille de
improviso afferre conatus esset, ne si nos imparatos
offenderet, nec opinantes atq́ oscitantes, vt ille ait,
opprimeret, Ad quam rem periculum erat, ne praepro-
pera consultatio ~~consultatio~~ de inducendo edicto
aliquid nobis impedimenti adferret, nunc propter ea
minus alacres se praeberent nri homines ad ea
praestanda quae ad Regni deffensionem pertinerent

Hiis rationibus adductos fecisse nos dicunt, vt

absq3 certo aliquo responso. Legatos Mtis eius di=
mitteremus, quibus nos summo studio aduros receperamus, vt sub exitum Comitiorum quo ad eius fieri
posset Regni ordinibus persuaderemus, vt aedictum
hoc in gram Mtis eius atignari liceret, Quo tamen
loco illud q3 testati sumus nos hac in re euentum
praestare non posse, conatum vero nobis minime defu=
turum

Caeterum simul atq3 absoluta essent Comitia, missu=
ros nos Legatos nostros, qui, quicquid vtramq3
in partem ea de re actum esset, Mtem eius faceret,
certiorem

Sub finem itaq3 Comitiorum fecisse nos dicunt omia,
neq3 quidq3 intentatum reliquisse, quo adduci possent,
Regni ordines, vt aedictum id abrogari vellent, cae=
terum irritos cecidisse conatus omes.

Rogabunt Mtem eius, vt ne durius id acipiat,
si voluntati nrae non respondit euentus. Quae enim
res cunctis ordinibus Regni flagitantibus fuit con=
stituta, eam nisi ijsdem consentientibus et approbatibus,
rescindi fas non erat.

Dicent aedictum hoc, non odio aliquo erga Mtem
eius, aut erga populos illi subiectos promulgatum
fuisse, Quae enim potest esse amicitia illustrior, plu=
ribusq3 ac maioribus rebus testata, q3 quae cum
Mte eius nobis intercedit, cum qua preter veteres
atq3 auitas necessitudines, preter etiam eam pro=
pinquitatem, quam nepti nrae in matrimonium acepta

ante aliquot anos inierat, post hoc ipm edictum pro-
mulgatum nouam affinitatem contraximus, atque
eiusmodi affinitatem, qua nulla iam arctior necessitu-
do reperiri potest. Perfectum enim est opera nra, vt
quemadmodum ipsi semper vnus animus fuimus, cum
Mte eius, ita et Serenissimus filius nr, cum Serenissima
filia eius, non solum sit animus vnus, verum etia
vnu corpus, vna caro efficeretur.

IAm vero populos Mtis eius Hungaros, et Silesios
odisse qui possumus, cum in Serenissimum Regem, et dom
eorum tanta voluntatis nrae inclinatione perpen-
deamus, quorum amore, magis quam odio aliquo edi-
ctum hoc a nobis promulgatum, esse videri potest,
Cum enim multis magnisque iniuriis nris ab illis
homines afficerentur, caueri aliqua ratione no
poterat, quin magnum aliquod dissidium oriretur, nisi
edicto isto promulgato, eius et hec certe fuit no
postrema causa, vt tolleretur omis inimicitiarum
occasio, ~~vt finis fieret aliquando~~, vt finis fieret
aliquando querimoniarum, quae quottidie fere gra-
uis afferebant, De spoliatis & misere vexatis in
Hungaria et Silesia hominibus nostris, Sed et hoc
magnum argumentum esse potest, nihil esse a nobis
odio et maleuolentia factum, quod etsi nris edixi-
mus, ne in Hungariam et in Silesiam cum mercibus,
aut emendarum mercium causa proficiscerentur, illis
tamen vna cum rebus eorum & mercibus aditum,
in terras nras patere, comiterque eos et humaniter
excipi voluimus. Quibus ex rebus perspicuum esse
potest nullo odio, neque erga Mtem eius, neque erga
populos illi subiectos, sed beneuolentia, potius quam

edictum hoc fuisse promulgatum.

Atq ut intelligat Maitas eius inimicos licet nos et recusantes non potuisse tamen assiduis nostrorum hominum precibus et flagitationibus non cedere, cum eas aequissimis firmissimisq rationibus niti videremus. Exponent Mti eius atq enumerabunt causas propter quas edictum hoc facere nobis fuit necesse.

Primum quidem graues nimisq ferendas iniurias commemorabunt, quas in Slesia et Hungaria mercatores nri accipiebant, quorum vocibus et clamoribus ac lamentis aures nre quotidie fere personabant, cum se variis modis spoliatos et vexatos esse quererentur, nunc à praedonibus, quibus infesta fuerunt itinera, contra quos Jus suum obtinere nunq potuerunt, nunc ab aliis quibusdam, a quibus tanto sibi minus cauerunt, quod cum nunq, de illis male meriti essent, amicorum eos, non predonum loco haberent, atqui ab his quoq iniquissimo pignorationis Jure, quas repressalias vulgus vocat capti quidam et detenti fuerunt, atq ita duriter habiti, vt constet fuisse non neminem qui in hac ipsa captiuitate insons cum esset, atq innocens, vitam cum morte commutare fuerit coactus. Saepe de his tantis iniuriis questum ad Mtem eius misimus, quam etsi dolenter ista grauiterq ferre ad nos fuit allatum, nihil tamen nobis, nihil nris proficere videbamus.

Fuerunt aliquoties et à nobis et à Mte illius

Judices delegati, qui cognoscerent, de prædonum iniuriis, sed cum hi aut Maiestatis eius, aut Wrathislauiensium, aut Ducis alicuius fide venissent, Quem Saluum conductum vocant usque in quemque animaduersum est, usque in posterum documentum Statutum, ne quis talem amentiam vellet imitari, Licuit videre grassatores istos, et prædones, cum Vrathislauiæ, tum alibi quoque ora homi:num impune aspicientes, atque etiam insultantes mi:seris illis, quos vexarant, spoliarant, atque omnibus prope fortunis euerterant, quin etiam quo tempore Illustres viri à nobis, et Maiestatis eius delegati Judices hanc ipsam prædonum causam Glogoviæ disceptabant, illi nihilominus de crudelitate sua nihil remittebant, eousque prorumpebat cupiditas, eorum, et scelus, et auda:cia, vt modo vt non ante oculos iudicum clarissi:morum virorum nihilo remissius prædas agerent, hominesque nostros magnis calamitatibus afficerent,

Has vel solas causas satis esse iustas dicent, quam:obrem nostris comercio cum Slesitis et Hungaris inter:diceremus. Sed accesserunt quoque alias nonnullas. Nam cum Vrathislauiam nostri veniebant, merca:tores Vrathislauienses conspiratione inter se facta, tantisper nullas ab eis merces emebant, dum ipsi moræ pertesi, atque ~~simplicibus~~ sumptibus exhausti ad eorum conditiones et pacta descenderent, neque quanti res esset, sed quanti emptores vellent, distraherent.

Huc accedebant quædam noua vectigalia quibus gra:uiter premebant. Accessit et eorum nummorum, qui sunt à nobis percussi contemptio, cum enim nummi nostri passim alibi in Austria, Stiria, atque aliis remotioribus

prouincijs iustum precium obtineant, soli ex omnibus
Silesita, si quid aliquando apud illos mercatores n̄ri
emere cupiebant, in eas angustias illos adducebāt,
vt in singulis florenis trium grossorum, intertrimen;
tum facere cogerentur, vendentes aūt numos Si;
lesios accipere, quos et ipsos non sine aliqua iactura
permutare licebat. Quae res non solum, cum iniu;
ria nostrorum hominum, verum etiam cum n̄ra contume;
lia coniuncta videbatur, Numis enim n̄ris contem;
nendis, Silesii, nos contemnebant,

Quae n̄ri contemptio, si ferre potuissemus, quae cer;
te ferenda non fuit, Dei tamen Christianaeque religio;
+ dispectus nis contemptus, ferendus non erat, qui in multis
Silesiae locis magnus esse dr̄, vbi sacra om̄ia propha;
nata, atque tot sectae esse feruntur, tam dissectae, vt ab
earum commemoratione aures abhorreant, ita, vt
om̄es veri Christianos refugere consuetudinem eorum
oporteat, quibus caetu piorum est interdictum, ne sce;
ris virus afflet mortiferum, quod eorum non tam cor;
poribus quam animis perniciem afferat.

Has esse causas dicent, quamobrem instantibus atque
vrgentibus eiusdem Regni ordinibus edictum hoc
fuerit promulgatum. In quo promulgando, si Reip^cae
Regni n̄ri vtilitatem secuti essemus, si Ciuium et
mercatorum nostrorum com̄odis prospicere voluissemus,
non essemus tamen iure reprehendendi, neque id alterum
eius iniquiori animo ferre oporteret, cum suorum quisque
potius, quam alienorum rationibus prouidere teneatur.

Liberum aliquando erat n̄ris hominibus ex Italia

per Viennam merces vehere, nunc praecisa est ea potestas, ut primum Viennam aliquid advectum est, aut ibi divendi necesse est, aut manus illico mercibus iniiciuntur, coguntur[que] nostri mercatores magno suo incommodo, atq[ue] ingenti sumptu longis quibusdam et devijs itineribus merces ad nos ex Italia advehere.
Quod licet aliis Christianis principibus, salva amicitia nostra, cur id nobis quoq[ue] non liceat? cur nos deteriore quam illi conditione esse debemus?

Nos vero ea spe esse et fiducia de Maiestate eius, eam pro prudentia sua animiq[ue] aequitate, proq[ue] ea necessitudine, quae nobis cum Maiestate eius summa intercedit, nostrum hoc responsum boni consulturam, cum non ex odio et malevolentia, sed pro amore potius et benevolentia nostra, tum erga Maiestatem eius, tum populos sibi subiectos sit profectum. Quemadmodum id satis copiose paulo ante fuit ostensum.

Aliis in rebus facturos nos libenter ea omnia quae velle Maiestatem eius intellexerimus, quoad licitum nobis fuerit, hanc potestatis nostrae non fuisse, neq[ue] fas nobis fuisse, tam consentienti, tamq[ue] constanti omnium Regni ordinum voluntati non cedere.

Quod si obiectum Legatis fuerit, promisisse nos quod responsum, ut Maiestatis eius Legati dicebant, affirmativum daturi essemus. Respondebunt nos non aliud dare nunc, quam affirmativum. Affirmantes enim nos edictum nostrum ratum et firmum habituros, veterem eam sententiam nostram numquam fuisse, ut nos inducturos esse nostrum edictum reciperemus,


Cum nobis id recipere integrum non fuerit, re ad Regni ordines non relata atque eorum voluntate non exploratâ.

Quod si viderint offendi Mtem eius legatione hac magnoque studio in id incumbere, vt circumscribatur aditum hoc nostrum, tum vero dicere poterint aditum hoc, in annum tantum esse prorogatum, non ita sancitum, vt nullo vnque tempore abrogari possit.

Quod si Mtas eius viros aliquos Illustres delegari velit, qui de damnis atque iniuriis cognoscant, nos idem facturos, si sarcita fuerint dam̄a nostris hominibus. Si de iniuriis satisfactum, si controversiis istis finis impositus, fortasse placatis aı̄s et sedatis discordiis, quæ postulauit Mtas eius, ea in proximis sequentibus Comitiis, facilius impetrata iri, si præsertim diligenter cautum fuerit, vt in posterum quoque, neque oneribus insolitis premantur, neque iniuriis vllis nri afficiantur.

Expostulabimt etiam cum Mte eius, quod cum annos iam plus decem terram Masouiam teneamus, tamen in nullis literis Mtas eius, tot amoris, amicitiæ, propinquitatis vinculis nobis adstricta, de iusto titulo nrō detractum velit aliquid. Cum hæc iniuria nō solum ad nos, verumetiam ad Mtis eius liberos redundatura esset. Quid enim aliud est Serma filia eius, quam Regina Poloniæ, domina Mazoniæ? ex qua qui nascentur filii, eos quoque Reges Poloniæ, dnōs Mazoniæ, futuros spes est. Non est tam aspera atque inhumā Mtas eius, vt liberos suos, quos nemo est parens tam durus, vt non maxime honestatos velit,

~~Verte sex chartas sequentes et in septima vide finem huius Legationis penes tale signum~~



hoc honore spoliatos cupiat, cum praesertim terra Masoviae non postrema sit inter eas quibus nos summa cum potestate praeesse Deus voluit. Itaque nos plane existimare, eorum hoc errore fieri quorum opera Mtas eius in scribendis l[ite]ris utitur, qui cum n[ost]ro alium fortasse in vetustis suis Libris titulum reperiant, fieri potest, ut ignari etiam huius accessionis non adscribant nobis id quod iure optimo adscribi deberent. Postulabunt a M[aiesta]te eius, ut eos admoneat, ut ne in eundem postea errorem incidant.

Adiicient haec quoque si res ita postulaverit. Mazoviam terram ab initio semper Poloniae Regni ditionis potestatisque fuisse. postea Ducibus in feudum datam esse, qui cum decessissent om[n]es mascula prole non relicta, ad Regni corpus, unde avulsa fuerat eam rediisse, atque optimo iure a nobis possideri.

Quod si obiectum ab illis fuerit, non pauciores neque leniores iniurias, aut a n[ost]ris hominibus aut in Regno saltem n[ost]ro Slesitas accepisse, quam quot et quantas ipsi n[ost]ris intulisse dicuntur, Respondebunt, nos summa semper cura providisse, neque quid Slesitae detrimenti caperent in Regno n[ost]ro, graviterque in eos animadvertisse, per quos aliquid ad illos incom[m]odi pervenit. Argumento ei rei possunt esse, Ressel, et alii nonnulli qui cum n[ost]rorum se amicos essent professi, neque vel verbo quemque eorum laesissent. Sed Slesitis solis inimicitias denunciassent, nos in Regno n[ost]ro receptum eis dare non permisimus, sed capti n[ost]ro iussu sunt, et extremo supplicio affecti. Cum interea qui Regno n[ost]ro inimicitias indixerunt, hii liberi in Selesia

vagentur, atque receptum ibi habeant, magno nostrorum hominum malo quos, multis calamitatibus affecerunt.

Commemorabunt etiam certas quasdam Decimas deberi ab hominibus Ser[mi] Do: Ro: Regis, fertonum ut vocant Rmo dno Posnaniensi Epo, quae antecessoribus eius à multis annis datae non sunt. Rogabunt Maiestatem eius nro nomine, ut iubeat reddi quae sunt Caesaris Caesari, quae autem Dei Deo. Rem et Christiano Rege dignam, et nobis valde gratam factura.

Nunciabunt praeterea Mti eius, quae detulerit ad nos, Explorator nr ex Turcia nuper reversus, certum id esse et indubitatum, quod sit in Valachiam proxima aestate rediturus, atque omnes quidem Tartarorum vires, in nos Regnum nrum convertere statuit, ut ne cuique suppetias ferre possimus. ipse vero aliis bello distentis, propriis vero universo Exercitu suo in Hungariam impetum facere decrevit, Nos Chro nobis opitulante posse nos nris copiis vim Tartarorum à Regno nro arcere confidimus. Sed quoniam solet Thurcarum Tyrannus ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accomodare, nullius rei praeterquam privatae suae comoditatis ratione habita, non possumus non anxio esse et sollicito animo, ne quo casu ipse Turcarum Tyrannus, cum universo Exercitu suo in nostrum se Regnum inmittat, Quod omen procul à nobis Deus avertere dignetur, Sed si quid eiusmodi acidat, praeter spem et opinionem nram admonebat, Ser[mum] Do: Ro: Regem, si quod nobis periculum impendebit, id Mti eius nobiscum commune futurum, Neque alia

fol 258

nos causa nos in discrimen adductos iri, quam ut pateat per Regnum nostrum aditus in Slesiam et Moraviam Turcarum Tyranno. Ad commune incendium restinguendum omnibus viribus opus esse.

Quod si eodem in loco presens adfuerit Serenissima domina Regina Romanorum, salutabunt eam Regie nostre utriusque et Regalis Maiestatis nomine, Serenissimamque filiam eius Serenissimi filii nostri sponsam, omnium nomine quo poterunt officiosissime amantissimeque salutabunt. Et quo magis prolixa sibi a Deo optare vellent, illis precabuntur,

Quod si qui futuri essent Germani principes, qui si necessitas Regni nostri postularet, adiutos nos copiis suis vellent, petent a Maiestate eius nostro nomine, ne patiatur eos aliqua in fraudem ex eo incurrere, neve permittat odium cuiusque suorum in eos exprimere, et privatas inimicitias persequi, dum illi Reipublice Christiane periclitanti subvenire, atque commune incendium pro virili sua restinguere fuerint conati.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Gabrieli: Stephano: Emerico, Antonio
Drugetts de Hummona

Magnifici sincere nobis dilecti. Quod S. vrae ad
nos scribunt Capitaneos nros, subditos illarum de-
tinere, et affligere. Id nos mirabamur vehementer, si
Capitanei nri sine causa, ad iniuriam subditorum
S. vrarum, facere aliquid debuissent. Et inquisivi-
mus diligenter factum ut id esset, ab aliquo Capi-
taneorum nrorum, hoc quod apud nos S. vra et scribunt
et queruntur, Invenimus ante Sanocen Capitanei
officium detinuisse quosdam ex Hungaria, a quibus
vel ab eorum dominis, homines et subditi nri, multa
in personis, plura in bonis eorum, sunt perpessi.)
Nescitur tamen, an detentorum aliquis sit S. vrarum
subditus. Quamobrem ita constituimus cum nro Sa-
nocen Capitaneo, ut si vrae S. aliquem suum in Sa-
nok miserint, et suum aliquem illic cognoverint, qui
nullam iniuriam hominibus nris intulerit, eum
dimitti ab officialibus suis mandet. Et quicquid
iniuriae in utramque partem admissum esse indicatum
fuerit, illud sarcietur. Nam nos minime iniuria
afficere hominibus nris permittimus, et si quam intu-
lerint sarcire iubemus. Sed cum vicissim nobis et
subditis nris vexatis de iustitia non respondetur,

cogantur aliquando Capitanei nri Iure repressaliorum uti, ut subditos nros à damnis et iniuriis quacunque possent tandem ratione vindicent, Quod nos nunquam permissuri essemus, si peræque ab aliis atque à nobis liber; tas et ius hominum mutuo, in vicinia commercia habentium custodiretur, Bene valeant .S. vrã Dat Cracoviæ xxii die Mensis Marcii, M° D° xxx° ix°

Sigismundus primus Rex Poloniæ, Ioanni de Tenczin Castellano Voinicen: Marshalco: Ioanni Vilamowski secre: tario: Oratoribus

Dedimus lrãs ad Serenissimum dominum Romanorum Re: gem, et Mtem eius precimus, ut Magcos Hunnienses, ne patiatur iniurias afficia ab eis, qui eiusdem Mtis Im: perio subsunt, Deinde verò, quoniam postulauit à nobis Altas eius ut aliquos designaremus, qui de iniuriis cognoscerent, quibus suos homines à nostris in Comitatu Scepusien afficia queritur. Rx ndimus illi, nos id tanto magis libentes facturos, quanto nobis hoc est exploratius, nostris potius ab illius, quam illius à nostris hominibus iniuriam fieri. Caete: rum, quòd ad quartum Nonas Junii cognitionem hanc haberi vult, visum est nobis temporis id non satis esse opportunum, propter generalem expeditionem bellicam, qua utinam uti necesse non sit, Sed in Septembrem Mensem rem reiici postulamus.

Erit itaque curæ S. et F. vestris ut postulationi huic nostræ satisfiat; Quæ etiam Humienskii causam nris verbis comendabunt, Datum Cracoviæ XXVJ die Mensis Aprilis. M° D° XXX IX°.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Ferdinando Regi Romanorum Vngariæ Bohemiæ

SErenissimi Princeps domine frater et consanguinee noster charissime, et honorande, Quod cupit Mtas vra desi: gnari per nos aliquos, qui cognoscant de iniuriis, qui: bus in Comitatu Scepusien, à nris hominibus suos affici queritur, Id nos tanto facturi sumus libentius, quanto certius id exploratum habemus, nullas essi: minias hominum Mtis vræ, si cum his confe: rantur, quas nri ab illis acceperunt. Quare gra: tum est nobis id vltro à Mte vra offerri, quod nos ipsi ab eadem postulaturi eramus. Caeterum, quod disceptationem hanc ad quartum Nonas Junij haberi volt. Id tempus nobis non satis est comodum, Quottidie namque nuncii ad nos veniunt, de magno hostium contra nos apparatu, qui etiam fines Regni nostri iam attigisse feruntur, Itaque ediximus cun: ctis qui sunt Equestris ordinis, vt in procinctu

sint, praesto nobis futuri ad hostilem impetum pro;
pulsandum, Cupimus itaq; in Septembrem Mensem
revia. Quod vram Mtem, cum ita Regni nri rones
postulare videntur, non gravatim esse facturam nobis
persuademus, Queruntur Magci Hungerson, cum in
fide sint Mtis vrae, magnas tamen ab iis iniurias sibi
fieri, qui et ipsi sunt, sub Mtis vrae ditione, Itaq;
eorum rogatu, petimus a Mte vra, ut edicat suis,
ne quis eos ulla iniuria afficere audeat, Rem et
nobis gratam, et cum Iustitia aequitateq; coniun;
ctam factura, Datū Cracoviae XXVI Mensis Apri;
lis M° D° XXXIX°

Responsum a Ferdinando Rege
Ioanni de Tenczin Castellano: et Ioanni
Vilamowski Secretario datum. Pra;
ge Anno 1539

Sacra Regia Mtas Ro: Hunga: Bohemiae etc. dnus
noster clementissimus, intellectis his causis et ronibus
quas domini Oratores Serni Regis Poloniae satis longa
et diserta oroni exposuerunt, Nempe cur in abrogan;
da, relaxandaq; constitutione Piotrcoviae iam dudū
promulgata, qua cautum est, ne subditi Regni Poloniae,
cum rebus et mercibus in Hungariam et Slesiam pro;
ficiscantur, Mtis Regiae Romanorū etc. postula;
tioni idem Rex Poloniae hactenus satisfacere non

potuerit, cum recenti memoria teneret eas ipsas causas ma-
iori ex parte tum nuper Mtis suae Oratores et Commis-
sarios, tum ante quoque Wratislaviae in praesentia Nun-
tiorum Serenitatis suae refutatas, pluribusque adeo argumen-
tis et rationibus demonstratum fuisse, cur istiusmodi edi-
ctum, contra receptam et approbatam consuetudinem
pugnans, ac mutuae bonae vicinitatis incremento prorsus
contrarium iam tandem aboleri, rescindique debuisset,
idque eo magis, quod cum celsitudinis suae Oratoribus anno
superiori in Mense Junio generalis pacificatio, unio
et confoederatio pro utriusque Regis dominiorum et Re-
gnorum istorum tranquillitate et bona vicinia conser-
vanda, proque grassationum et diffidationum dissidiis
tollendis consultata et in scripta redacta, ac per Re-
giam M. rata grata et suscepta fuerit. Non potuit
Mtas sua non plurimum admirari, quod Serenissimus Rex Polo-
nie istius constitutionis relaxationem adhuc longius diffe-
rendam duxerit, nolens nimirum acquiescere, tot ra-
tionibus, tot causis gravissimis per Mtis Regiae Ores
non semel explicatis. Quamobrem Interdictum illud
alendis viciniatis incrementis longe magis officeret,
quam quod ullum fructum vel Serti suae vel ipsius Regnis po-
pulisque afferret comodaretque. Quae quidem causa merito
Sertem suam adducere debuissent, ad tollendas illas
tam incomodas et ab omni bonae viciniatis Jure alienas
constitutiones, Praesertim cum Sertas sua ob eam rem
a Mte Regia toties fructu monita et interpellata
fuerit, adeo ut nihil causae videretur amplius,
cur post articulos novam firmam et perpetuam con-
foederationem inter ditiones istas complectentes, qui
Vratislaviae ut supra dictum est confecti, et absolu-
ti fuere, tam inconvenientis edicti promulgatio

iure defendi potuerit, ac non potius abolenda veniret,
Nam quod domini Ora(tor)es praeter grassationis, et iniuriarum
causas non dubitarunt addere alias causas, nempe
de nummis, à Ser(enissi)mo Rege Poloniae percussis, quos
à Silesitis contemni et nonnisi maximo cum merca-
torum polonorum detrimento recipi solere asserunt, deque
depravatis in Religionis et fidei n(ost)rae Catholicae sensu
moribus et varijs sectis, quibus multas Silesiae partes
contaminatas esse dicunt, propter quos errores, illo-
rum populorum consuetudinem, refugiendam censet,
ne veluti contagione inficiantur.

Primum quod ad monetam attinet M(aies)tas Regia illam
quam usque prohibuit, et in Silesia et in Lusatia sec(un)-
dum iustum valorem recipere solere arbitratur, usque
indignum videri putat si populi isti aliquando renuerent
eos nummos recipere, quos leviores precii esse constet.
Atqui M. Regia illis mandatura est, ut qualem
valorem nummi isti obtineant, tali precio ab omnibus
sumantur

De Religione vero, quod allegatur M. Regia non
putat satis iustam et sufficientem causam esse.
Quare si qui minus recte aut forsan impie de fide in
Silesia et istis partibus sentiant. Propterea, Emporia,
Mercatus, et publica comercia prohiberi et occludi
debeant, cum tamen Serenissimus Rex Poloniae in Prus-
sia, et alibi locorum, ubi non minus de religione
disceptatur opinionibus; haereses que inuecte dicuntur,
mercatus et pub(li)ca comercia haberi permittit,

Caeterum M. Regia cognoscens, animoque revolvens

quanta incomoda, inimicitiae, damnaque enasci queant, si diutius Regna et dominia inter se vicina, mutua contrahendi negotiandique exercitatione careant, Unde (ut facile quidem colligi potest) non solum mutua coniunctio et bona vicinitas incrementum non capit, sed plus offensae existet, et ob id etiam atque etiam cupiens ista insolita mandata citra moram dilationemque deleri, adhuc in has vias et rationes cogitandum sibi omnino putavit, Quibus, quae ea necessitudini et coniunctioni, qua Sertis sua ar:ctissime multis adeo nominibus copulata est, conque salus, quies, et tranquillitas inter utriusque subditos retineri et conservari possit. Quare Alti sua consultum videtur, ut circa festum Divi Galli, cum plena potestate et mandato transigendi, tractandique suffulti Comissarii Glogoviam utrinque expediantur, Quorum maxima pars ex his esse debeat, qui Slesiam Lusatiam et Regni Polo: loca his proxima et finitima incolunt, ut tanto melius depositis privatis affectibus, et semotis his quorum interest, negotium complanari queat, et quod dicti Comissarii cum ita convenerint, omnibus quibus potuerunt rationibus viis et modis curent, ut iniuriae subditorum utriusque Regni ibidem resartiantur, et de eis iudicium fiat, Deinde vero dent operam, novae confoederationis et pactorum capita, et articulos inter se componere et concludere et alia quae ad sedanda dissidia, et contentiones mutuas tollendas requirentur, et in medium adducentur, inque disputationem venient, atque ad stabiliendam concordiam, constituendaque bonae et pacatae viciniae fundamenta pertinere existimabuntur superaddere, et cum prioribus

pactis à M^te^ R. ceptis et firmatis coniungere, ita ut
sublatis iniuriis subditorum communium, tanto facilius
et maiori cum benevolentia edictum Ser^mi^ Regis Polo^niae^
tolli et abrogari valeat, Omniaque demum, quae ad futu-
ram concordiam benevolentiam et pacem pertinebant, sub-
lata et abrogata constitutione praefata in opus expli-
centur et integre observentur, atque debitae executioni
maturo consequuto effectu effectu demandentur, petens
proinde M^tas^ sua Regia à saepe dicto Ser^mo^ Rege
Poloniae, ut ex parte sua, aliquot idoneos et nullis
affectibus (quod ad hanc causam attinet) obnoxios
Commissarios ad tempus ante nominatum certo Glogo-
viam amandare velit, Id quod vicissim M^tas^ Regia
curabit, nempe ut ex Regnis Hungariae et Bohemiae
ac ex Marchionatu Moraviae personae deligentur, et
aliqui ex Lusatia et Slesia tantummodo propter rerum
noticiam et meliorem informationem adhibeantur,
SI vero Interdictum in futura dieta Regni Polo^niae^
non tolleretur et rursus ad generalem Regni Poloniae
Conventum reijceretur, quod tamen M^tas^ Regia ob
suprascriptas causas, et praesertim quia Ser^tas^ sua,
simul et Regni ordines de contractu qui Vratislaviae
susceptus est, nihil scivisse asseruntur, minime futurum
sperat M^tas^ sua, eo casu, quicquid Glogoviae per
Commissarios de praenarratis pactis, et confederationi-
bus, inter Regna Bohemiae et Poloniae et dominia
eis subiecta, decretum compositum et conventum fuerit,
ad deliberationem suam reservat, ita ut nihil firmi-
ter conclusum, aut compactatum videatur, Donec
sublatis edictis, consueta itinera patefacta, et ad
antiquam frequentiam restituta fuerint, Simul atque
vero constitutio aboleatur M^tas^ Regia impense eu-

pit, ut omnibus & singulis hiis quæ tum inter Commissarios agentur tractabunturque concordi consilio, et pacificationi suprema manus imponatur. Namque Mtas sua Regia, ut nihil antiquius maiusque habet, illo sanguinis, amoris, benevolentiæque vinculo quo Sermo Regi Poloniæ coniuncta et recenti adeo affinitatis copula astricta est, ita magnopere optat et studet prospicere procurareque, uti pari modo, inter eorumque subditos perpetua tranquillitas, concordia, amor, fidensque vicinitas non modo extet conserveturque, verum etiam in dies magis magisque augeatur et stabiliatur. Ad quod opus perficiendum, omnem operam et studium suum libenter collocare pollicetur, et Serm Regem vicissim erga Mtem suam facturum esse prorsus persuasum habet. Tantum iterum hortans repetita seria monitione, ut Sertas sua, Interdicti abolitioni utriusque populis comodis et rationibus quoque primum consulere non negligat, Quo quicquid est dissidiorum seu altercationum inter subditos utriusque, reliquum, eo melius & felicius componi complanarique possit.

Quod si ne sic quidem aliquid proficeretur, et relaxatio siue abolitio constitutionis præfatæ nullo modo obtineri posset (quod tamen Mtas Regia fore non putat) certe Mtas sua etiam inuita cogeretur ad quærendos modos, et inueniendas rationes, quibus vice versa ad subditorum suorum instantiam, similes et regnis et dominiis suis, aut maioris momenti arrestationes per edicta fierent, quæ Sermi Regis subditis, non minus quam Mti suæ fidelibus, in exercendis comerciis, graues et intollerabiles futuræ essent, Dum nimirum Mtas sua impelleretur ad occludendas vias, et alia remedia

obijcienda isti constitutioni, per qua forsan necessario ad abrogandam illam, abigatur, tum Mtas sua, tum Regni Ordines. Quae aut mala et incomoda si contingat eminere et sequi possint, Mtas sua Serm͞o Regi Poloniae consi-derandum relinquit.

IN causa vero diffidatorum, eodem praescripto loco et tempore Mtas Regia, actiones diligenter suscipi opor-tere existimat, vt illa iam tandem ad bonam composi-tionem redigatur. Inter quos cum sint praecipui, Joannes Schlegell, et Missßka, qui a compositione minime non ab-horret, petit Mtas sua, vt duobus illis detur a Ser^mo^ Rege Poloniae publica fides, sive Salvus conductus, vsqz ad festum S. Trium Regum duraturus, eius vigore ad locum & Diem antedictum secure comparere queant, et de compositione tunc laboratum possit.

AD Mandatum S. Regiae Mtis proprium

A. D. Carolus

Concordia et pax inter Ferdinandum et Ioannem Reges super Regno Vngariæ

IN nomine domini sanctæ et individuæ Trinitatis. Patris & Filii et Spiritus sancti Amen.
NOS Joannes electus Archiepiscopus Lunden, Episcopus Roschilden confirmatus, Cesareæ et Catholicæ Maiestatis Domini mei clementissimi Domini Caroli, Diuina fauente clementia, Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniæ Hispaniarum, vtriusque Siciliæ Hierusalem. Hungariæ, Dalmatiæ Croaciæ Regis, etc. Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, Brabanciæ, Gerliæ, etc. Comitis Haspurgi, Flandriæ, Tirolis, etc. Consiliarius, ac per Germaniam et Hungariam Orator, quam Serenissimi et potentissimi Principis, domini, domini Ferdinandi Diuina similiter fauente clementia, Romanorum semper Augusti ac Germaniæ Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ Croatiæ, etc. Regis. Infantis Hispaniarum, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ Slesiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Virtembergæ, etc. Princeps Sueuiæ, Marchio Morauiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, etc. Langraui Alsatiæ, etc. Mandatarius, et Comissarius. Memoriæ commendamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis. Quod cum Regnum inclitum Hungariæ ob ea bella, quæ post interitum diuæ memoriæ Serenissimi quondam domini Ludouici Regis Hungariæ et Bohemiæ

inter Ser^mum^ Principem dominum Ferdinandum, ac Serenissimum ac potentissimum Principem dominum dominum Joannem Dei gratia. Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, simul Regem fuerunt, variis calamitatibus et erumnis ita laboraret, ut parua admodum spes superesse videretur eiusdem conseruandi, vel in aliqua pristina forma redigendi, Belgrado primum praecipuo tunc Reip: Christianae propugnaculo adempto, paulo post ipso Lodouico Rege cum vniuerso fere iuuentutis, et militiae Hungaricae flore extincto, Buda Regni Metropoli bis in hostium redacta potestatem, Regno fere toto, ferro et igni hostili perua: stato, Intestinis etiam odiis, rapinis caedibus ita afflicto, ut hostibus etiam ipsis miserandum videri posset,

ita Cum itaque res Hungaricae se haberent, et iam aliqui Principes Christiani non modicum laborem assumpsissent ut hos duos praedictos Reges ad concordiam inducerent, et tot calamitatibus finem imponerent, verum cum omnes huiusmodi conatus frustra cecidissent, Serenior tandem metu et clementia diuina rebus Hungaricis illuxit dies, re tota per ipsum Serenissimum do: Joannem Regem Hungariae in praesentiam praefatae Sacratissimae et inuictissimae Cesareae et Catholicae Regiae Maiestatis deducta, missis Oratoribus suis ad eius Cesaream et Catholicam Maiestatem, Reverendissimis in Christo patribus dominis, Francisco de Frangepanis Bachien et Colocen Ecclesiarum Canonice vnitarum Archiepiscopo, et Episcopo Agrien, necnon Stephano Brodarico Episcopo Varien suae Regiae Maiestatis Consiliariis, tanquam ad caput vniuersae Reipub: Christianae, et ad eum Principem, cui nihil magis est cordi, quam Christianos Reges et Principes concordare et Christianam Rempublicam in pace et tranquillitate opera sua videre, Quae ad dicti Serenissimi domini Joannis Regis instantiam, dignata

est me mittere Oratorem et Comissarium suum ad utrasque

partes, pro hac pace conficienda, Quae licet in hunc usque

diem prolongata est, Nunquam tamen hmoi pacis tracta-

tus intermissi sunt, donec tandem ante duos Menses,

demo ad similem instantiam dicti Serenissimi domini Joannis

Regis Varadinum pro continuanda et concludenda hmoi

pace cum pleno mandato tam Caesareae et Catholicae, quam

Romanorum Regiae Maiestatum praefatarum, domino-

rum meorum clementissimorum redijssem, Quorum

tenores de verbo ad verbum in hunc qui sequitur

modum sunt tales :

CArolus quintus, Diuina fauente clementia Roma-

norum Imperator Augustus, ac Germaniae, Hispania-

rum, utriusque Siciliae Hierusalem, Hungariae, Dalma-

tiae, Croaciae, etc. Rex Archidux Austriae, Dux Burgun-

diae, Brabantiae, etc. Comes Habspurgi, Flandriae Tyrolis etc.

Recognoscimus et notum facimus tenore presentium Vniuersis,

Quum hactenus studia nostra in Beneficium Reip. Christianae

libenter impenderimus, et ob id pacem atque unionem inter

Christianos Principes quantum in nobis est procurare et

promouere et omnes contentiones ac dissidiorum cau-

sas e medio tollere summo desiderio cupiamus, animaduer-

tentes quantum detrimenti Hungariae Regnum (alioqui

Christianorum fortissimum propugnaculum) non solum ex

incursionibus Thurcarum subinde illud inuadentium,

Verumetiam ob differentias inter Serenissimum Principem

do: Ferdinandum, Romanorum, Hungariae, et Bohemiae

etc. Regem fratrem nostrum charissimum, et aduersam

eius partem occasione eiusdem Regni iampridem exci-

tas acceperit, Cupientes propterea ipsius Regni paci

tranquillitati, et incremento consulere, et partes no-

stras pro componendis hmoi controuersijs interponere

atq3 ea, quæ iam inter utramq3 partem tractari cœpta
sunt, prosequi et Deo dante ad effectum deducere, de fide,
legalitate, prudentia, industria, et rerum experientia
Venerabilis deuoti nobis dilecti Joannis electi Archiepi
Lunden, & Roschilden Epi Consiliarii et ad Roma:
niam Oratoris nostri plenam fiduciam geren, Eundem
electum Archiepm Lunden, Sponte et ex certa nra
scientia, animoq3 deliberato, fecimus, constituimus, et de:
putauimus, et tenore presentium facimus, constituimus, et de:
putamus nostrum uerum & legitimum Commissarium, Pro:
curatorem, Actorem, Mandatarium, et negotiorum gestorem,
dan eidem Electo Archiepo Consiliario et Oratori nro
plenam liberam et amplissimam facultatem et omnimodam
potestatem, nro noie interueniendi tractandi, capitulandi,
componendi, transigendi, et concludendi, inter præfatum
Sermum frem nostrum Romanorum etc Regem et quos:
cumq3 alios Principes et personas quacumq3 dignitate, præ:
eminentia, authoritate, et titulo etiam Regali Ducali,
Marchionali, Comitali, aut alio quocumq3 fungen, seu
alterius cuiusuis gradus, status, et ordinis existentes.
Qui ad dictum Hungariæ Regnum ius prætendunt, vel quo:
uis modo prætendere volent, Eorumue Oratores, Procuratores
seu Mandatarios, ad id legitimam potestatem habentes
simul uel separatim, Veram, syncerram, puram, et per:
petuam pacem, concordiam, amicitiam, unionem, et con:
foederationem, seu inducias ad certum aliquod tempus,
et donec ad perpetuæ ac veræ pacis media deueniri
possit, ac huoi pacta conuenta et conclusa pro parte
nra firmandi, et literas ualidas et efficaces tra:
dendi, sub illis obligationibus formis et conditionibus
punctis, et clausulis, prout eidem Consiliario et Ora:
tori nro conuenire, et esse e dignitate nra, & prædicti

Regni Hungariae, usu, et tranquillitati videbitur, aliasque similis effectus et vigoris obligationes et litteras petendi, et illas ac quascumque alias res et loca nostro nomine et sub nostram manum recipiendi, et generaliter quaecumque omnia alia agendi, faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, procurandi, et concludendi, quae in praemissis et circa ea necessaria et quaecumque illis annexa vel connexa seu ab eis dependentia fuerint, seu quomodolibet opportuna, et quae nosmet si huiusmodi tractatui coram praesentes essemus agere, facere, dicere, gerere, transigere, et concludere possemus, etiam si talia forent. Quae mandatum exigerent magis speciale quam praesentibus est expressum, promittentes in fide Caesarea et Imperiali nostro verbo. Nos habituros perpetuo ratum, gratum, validum, ac firmum totum id, et quicquid per eundem Oratorem, et Mandatarium nostrum, in praemissis et eorum occasione, actum, factum, tractatum, transactum, pactum, et conclusum fuerit, et contra ea vel eorum aliquod, nihil unquam quovis quaesito colore vel ingenio, attentare, dicere, vel facere velle, dolo et fraude semotis. Harum nostrarum litterarum manu nostra subscriptarum, testimonio et Sigilli nostri Caesarei appensione munitarum. Datum Romae die decima octava Mensis Aprilis, Anno domini Millesimo, Quingentesimo, trigesimo sexto. Imperii nostri decimo sexto et Regnorum nostrorum Vigesimo primo.

Ferdinandus Divina favente clementia Romanorum Rex, semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Sclavoniae etc. Rex, infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, etc., Marchio Moraviae etc. Comes Tyrolis, etc. Recognoscimus et tenore praesentium profitemur, Quod

nos dñi Rx. p̃ris devoti sinceri nobis dilecti Joannis Ar-
chiepi Lunden et Epi Roschilden Sacre Cesaree et
Catholice Regiæ M^tis fris et domini nri charmi, Con-
siliarii, et per Germaniam Oratoris, simul et Magnifici
fidelis nobis dilecti Leonardi Baronis in Vels Con-
siliarii, Camerarii, Supremi Curiæ nrẽ Marschalci
etc, et generalis in Hungaria Capitanei nri personis
dignis et idoneis, eorumq3 fide indubia, legalitate, indu-
stria, prudentia, et integritate, rerumq3 agendarum dex-
teritate, et multiplici earundem experientia plene con-
fisi. Sponte et ex certa nra scientia, animoq3 bene
deliberato, ac omnibus melioribus, modo, via, iure, causa,
et forma, quibus magis melius validius et efficatius
de iure potuimus et debuimus, ac possumus et debemus,
Eosdem nros veros legitimos et indubitatos Manda-
tarios et negotii infrascripti, gestores speciales et gene-
rales, et quicquid melius di iure dici potest et debet,
nominavimus. creavimus, fecimus, constituimus, et ordi-
navimus, prout tenore prñtium, nominamus, creamus,
facimus, constituimus, et ordinamus, ita tamen, q
specialitas, generalitati non deroget, nec contra solos
et in solidum spẽr et expresse, dantes et concedentes
eisdem Oratori Cesareo et Leonardo a Vels tanq3
veris et indubitatis Mandatariis nostris plenam et
omnimodam facultatem authoritatem et potestatem nro nõie
loco et vice cum adversarii nri Consiliariis et Commissa-
riis ad negotium tractande pacis inter nos, et cum de-
putatis et ordinatis, vel deputandis et ordinandis super
eodem negotio pacis et concordie simul et divisim agendi
proloquendi, tractandi, capitulandi, transigendi, paciscendi,
pacemq3 unionem et concordiam quamcunq3 equam
licitam, honestam, et rationabilem, Nobisq3 et Hunga-

ria Regno et incolis eiusdem utilem et bona cum ad;
uersario nro vel Consiliarijs et Comissarijs eiusdem præ;
fatis libere vel sub conditionibus, quibuscunqz licitis et
honestis, aßumendi et acceptandi, eamqz promittendi, con;
cludendi et firmandi, et superinde pro obseruatione, aße;
curatione, et executione eiusdem vel tractatorum oim
adimplendorum, in animã nostram, Iurandi et generlr
oĩa alia et singula, dicendi, agendi, faciendi, gerendi
et exercendi. Quæ nosmet agere, dicere, facere, gerere, et
exercere possemus, si præmissis omnibus prñtes et personalr
interessemus etiam si talia forent, quæ Mandatum exi;
gerent, magis speciale qz prñtibus est expreßum, pro;
mittens insuper et pollicentes in verbo nro Regio, pro
nobis heredibus et successoribus nostris Nos id totum
perpetuo, ratum, gratum, et validum habituros, Quicqd
per dictos Oratorem Cesareum et Leonardum Barro;
nem in Vels, in præmissis seu quolibt præmißorum,
actum, dictum, factum, gestum et procuratum fuerit, Re;
leuantes nihilominus eundem Oratorem Cesareum &
Leonardum à Vels, ab omnibus oneribus, quæ eos mi
et prædictorum causa quomõlbt accipere et sustinere con;
tigerit, dolo et fraude remotis. Harum testimonio lrarũ
Sigilli nri appensione munitarum. Datum in Ciuitate nra
Vienna die vigesima octaua Mensis Octobris. Anno
domĩ Millesimo, Quingentesimo Trigesimo septimo.
Regnorum nrorum Romani Septimo. Hungariæ unde;
cimo, Bohemiæ vero duodecimo

NOS igr prædictus Joannes Archiepus, præfatarum
Mtum Mandatarius et Comißarius, Sperans in Dño
Deo, virtute et opera præfatæ Cesareæ et Catholicæ Mtis
domĩ mei clementißimi, hoc ipm Regnũ non solum e;

faucibus hostium eripi, sed et in pristinum statum et florem
breui restitutum iri, ad laudem et gloriam Iesu Chri Sal-
uatoris nri ad honorem eius genitricis Virginis Mariae
dicti Regni patronae, pro consolatione et quiete tot affli-
ctorum et oppressorum, pro salute ac deffenssione ac libe-
ratione huius incliti Regni ac libertatum eiusdem con-
seruatione, pro exaltatione eiusdem vniuersae Reipublicae
Christianae, ex certa scientia, animo bene deliberato, noie
dictorum Caesareae et Romanorum Hungariae et Bohemiae
Mtum, virtute dictorum mandatorum cum praefato
Sermo dno Joanne similr Hungariae Rege, amicitiam
pacem, fraternitatem, confoederationem, tam diu exoptatas
fecimus, firmauimus, conclusimus, et stabilimus, in
hunc qui sequitur modum.

IN primis Quoniam Caesarea Mtas et Catholica prae-
fata suasponte et ex singulari sua erga Sermum dictum
dnum Ioannem Regem beneuolentia et charitate simul
cum fre suo praedicto. Sermo domino Romanorum Rege
ipsum Sermum dominum Joannem Regem in frem ado-
ptiuum medio nri accepit, Ideo sua etiam Regia Mtas
vtramque Mtem in fres adoptiuos et confoederatos suos
accepit, Ita vt inter eorum Mtes sit firma stabilis
et perpetua Dno Deo fauente pax, confoederatio,
amicitia et vera ac sincera fraternitas pro conserua-
tione Regnorum, dominiorumque et prouinciarum
communium, pro salute et libertatione huius afflicti
Regni Hungariae ac totius Reipublicae Christianae
contra quoslibet hostes et inimicos communes tam ex-
ternos quam intestinos

Item, quod Caesarea Mtas simul cum fre suo Sermo

d[omi]nus Romanorum Rege l[itte]ris eorum mediantibus et
aliis modis, quibus poterunt firmioribus ipsum Ser[enissi]m[um]
dominum Ioannem Regem et Regnum hoc suum Hungariae
aßecurent, curam et diligentiam, quanto maiorem po:
terunt gerere et adhibere, De Regni huius Hungariae
partiumq[ue] ei subiectarum tutela et deffensione, et inter
alia ut Cesarea M[aies]tas iuxta sua[m] oblatione[m] Oratoribus
ipsius Ser[enissi]mi dom[ini] Ioannis Regis proxime Neapo:
li per suam Cesaream M[aies]tem factam, de recuperatione
Belgradi cum auxilio Dei singularem curam gerat.

Item q[uod] sua Regia M[aies]tas, ob eam causa[m] renunciavit, ex:
nunc omnibus confederationibus et amicitiis, quas cum
quibusuis Regibus et Principibus et aliis quorum no[m]i[n]a
hic pro expreßis haberi voluit, contra Cesaream et
Romanorum Regiam M[aies]t[at]es huc[us]q[ue] habuit, nec in
posterum habebit aliquas confederationes, contra eas
M[aies]t[at]es, et hoc idem facient ambae M[aies]t[at]es erga suam
Regiam M[aies]tem. Sed quia sua Regia M[aies]tas cupit
satisfacere honori suo, cum suis confederatis et ami:
cis quos huc[us]q[ue] habuit, et ut Regnum hoc Hunga:
riae et Resp[ubli]ca Chr[ist]iana communibus viribus et auxi:
liis defendatur, liceat sua[e] M[aies]t[at]i admonere ipsos con:
federatos, et amicos suos, de hac pace et confederatio[n]e
cum Caesarea et Romanorum Regia M[aies]t[at]ibus inita, et
hortari eos, ut et ipsi hanc confederatio[n]em Chr[ist]ianae
Reip[ubli]cae defendendae, cum eisdem M[aies]t[at]ibus amplectantur,
cum consensu praefatorum Cesareae et Romanorum Regiae
M[aies]t[a]tum

Item q[uod] à modo deinceps Cesarea Romanorumq[ue] Regia
M[aies]t[at]es in l[itte]ris eorum et alias ubiq[ue] ipsum Ser[enissi]mum
do[minu]m Joannem Regem fr[atr]em eorum et Hungariae, Dal:

matiæ Croatiæq Regem, etc. scribant et nominent, et hoc sua quoq Mtas erga utramq Mtem, ac eorum filios et haeredes faciet

Item quia Oratores Serenissimi domini Joannis Regis per sua Mtem tertio ab hinc anno ad Cesaream Mtem Neapolim missi dixerunt sua Mti, ipsam Cesaream Mtem medio domini de Granvellis, primi Consiliarii sue Mtis, se ad hoc præfatæ Mti Regiæ obtulisse, ut si sua Regia Mtas, ex Dei munere filium habuerit, una ex filiabus Serenissimi domini Regis Romanorum illi desponderi debeat, ideo sua Regia Mtas propter maiorem firmitatem et stabilitatem amoris et benevolentiæ mutuæ, inter præfatas Cesaream et Romanorum Regiam Mtes et Sermum dominum Joannem Regem, hanc oblationem suæ Cesareæ Mtis, ipsa Mtas Regia benevole acceptat, et hoc ita fieri exoptat

Item Quod Cesarea Mtas illam quam præfatus Sermus dominus Joannes Rex in uxorem et consortem acceperit in filiam adoptivam et filios, vel filias ex ea nascituras, similiter in filios et filias adoptivas, propter maiorem et solidiorem inter omnes ipsas Mtes mutuam coniunctionem acceptat.

Item quantum ad Regni Hungariæ statum et eius administrationem attinet ita ordinatum et conclusum est, ut tam Rex ipse Romanorum, quam Sermus Rex Joannes, eam partem Regni et provinciarum ei subiectarum, Quam nunc de facto tenet libere cum omni Regiæ potestatis plenitudine teneat et possideat, sub limitibus per octo homines Hungaricæ nationis.

Intro ligator variavit Septemdecim

Verte chartas octo sequentes: et in nona vide reliquum huius concordiæ penes tale signum ♀ . π .

Qui situm ac terminos et Conditiones Comitatuum simul
per utramque Maiestatem eligendos ponendis, Sclauonia cum
Croacia et Dalmatia in manibus Serenissimi Regis Ro-
manorum, Transiluania vero, sub ditione potestateque
Serenissimi Regis Joannis permanente, et hoc vita eius
durante.
Ex quo autem nunc Serenissimus dominus Rex Joannes et
uxore et liberis careat, postque Dei vocatione, ex hac
luce decesserit, etiam si filium tunc haberet, ob respe-
ctum tamen salutis huius Regni et Reipublicae Christianae.
Quae ex hac pace et confoederatione annuente domino Deo cer-
to sperat, et ut per hoc tot malis, quae ~~etiam inter status~~
~~suos utrosque~~ hoc Regnum per hos Annos superiores iam
undecim et amplius perpessum est, finis iam tandem impo-
natur, volens sua Maiestas in hac parte, decus suum et fa-
miliae suae, posterorumque suorum saluti publicae postponere ad
hoc condescendit, ut post mortem suam, etiam si ut supra-
dictum est filium haberet, universum Hungariae Regnum
cum omnibus Regnis, Provinciis, ac partibus ei subiectis,
et cum omni plenitudine iuris Regii, administrationeque Regni
et Provinciarum suarum in praefatum dominum Romanorum
Regem, vel eo interitu praemortuo in filium suum. Quem
Regnum hoc communi consensu in Regem eligere tenebitur,
et illo quoque defuncto in eius legitimos haeredes ac
successores ex filiis ac haeredibus eorum legitime de-
scendentes, et illis quoque e medio sublatis et deficientibus
in Caesaream Maiestatem et ipsius filios et legitimos hae-
redes devolvatur, et condescendat, devolutumque ac
condescensum habeatur eo facto.

Item ad roborandam huiusmodi successionem, ut de ea
dominus ipse Rex Romanorum filiique sui simul,

cum Caesarea Mte, eorumque legitimi heredes certiores et securi reddantur, universi domini Prelati et Barones Magistratusque et Officiales, quocunque noie censeantur. Imo etiam potiores Nobiles, insuper Magistri Civium ac Iudices, Iuratique Cives liberarum Civitatum totius Regni, et Provinciarum ei subiectarum teneatur tempore publicationis huius confederationis et pacis, homagium seu fidelitatis iuramentum in casu praemisso observandum praefato dno Regi Romanorum, filiisque et heredibus suis ac Caesareae Mtis sub conditione de Ducatu Scepusien inferius declarata coram ipso vel suis Oratoribus praestare, et lras etiam super hoc dare, Domini quidem Seculares pro se et suis heredibus, Civitates vero pro se et eorum successoribus.

Item quoticunque Prelatum aliquem decedere, aut Prelatum vel Magistratum seu Officialem quempiam mutari quovismodo contigerit, totiens novus Prelatus sive Magistratus, vel Offtis, ante dignitatis sive Magistratus aut officii apprehensionem, simile iuramentum fidelitatis praestare et inde similes etiam lras dare tenebitur, et lrae huiusmodi per Sermum do: Joannem Regem dabuntur vel mittentur, ad manus praefati Sermi do: Regis Romanorum, vel eius Oratoris, sive Oratoris Caesarei, si tunc in Regno fuerit, et hoc intra duos Menses a tempore praestiti iuramenti.

Civitates aut liberae, teneantur dare similes lras per Sermum do: Joannem Regem, dicto Serenissimo domino Romanorum Regi mittendas, vel eius Oratori dandas, de quinquennio, in quinquennium, Si ita Caesareae Mti et Serenissimo Romanorum Regi videbitur.

Filii aut Barronu et Principaliu Nobilium azaz haben;
tium, quando mortuo prẽ in hereditatem pñam et domi;
niu successerint, in etate legitima exntes, Praestabunt simi;
le iuramentu et dabunt similes lrãs. Quae etiam intra
spatium sex Mensiu per Sermu do: Regem Ioanem mit;
tentur, ad manus Serᵐⁱ do: Regis Romanoru vel
eius Oratori dabuntur

Item si Sermu Do: Regem Ioannem Dei benignitate
filiu habere contigerit, extunc et eo casu, totum pĩmo;
niu sue Regie Mtis, vniuersa vzt Castra, Castella,
Ciuitates, Oppida, ville, Possessiones, pradia, et quelibet
iura, possessionaria, vbilibet intra ambitu Regni huius
Hungarie, partiumqz et Prouinciarum ei subiectarum, habi;
ta et existen̄, quocunqz noie vocitata tam paterna &
hereditaria qz etiam per sua Mtem acquisita et legi;
time acquirenda, alia etiam oĩa, quae loco pignoris
à Sermis do: Hungarie Regibus vsqz ad tempora
disturbiorum post mortem et interitum Sermi do: Ludouici
Regis sequuta, pacifice sua Mtas possedit, vsqz ad tempus
redemptionis in filiu sue Mtis deuolui et condescendi de;
beant, deuolutaqz et deuinata habeantur ipso facto, et
quo quidem pĩmonio Cesarea Mtas nouum Ducatum sub
titulo Scepusien, quo sua Mtas antequ ad hoc Regimen
Dei munere aßumpta esset vsa fuißet, cum Iurisditione Co;
mitatus Scepusien, pro filio sue Regie Mtis, erigere
instituereqz debeat et teneatur.

Patrimoniu vero totum tam vzt sub Serᵐⁱ domi Ro:
Regis, qz Serᵐⁱ dni Regis Ioannis potestate exñs
et habitum comuni huius Regni et partium ei subie;
ctarum, contributione, prout in generali dieta publicande

pacis ambabus Mtibus et Regno Hungariæ visum fuerit, de manibus illorum, apud quorum manus nunc existit redimi debeat, huiusmodi autem redemptio infra spatium duorum annorum fieri debeat effective a tempore publicationis pacis.

Item, quia pars illa patrimonij quæ nunc est sub potestate et ditione Serenissimi Regis Ro: sit in manibus Cæsareæ Mtis non ut Sequestri tanquam apud manus communes usque ad tempus successionis prenotatæ.

Item, quod dominus ipse Rex Ro vel filius suus, aut heredes prædicti, Regimen et possessionem Regni interim nequeat, pro se vendicare, nec domini Prelati et Barones Nobilesque et Civitates, ac filij suprascripti, ad obedientiam eis exhibendam teneantur, Donec Ducatus ipse Scepusiensis unacum iurisdictione prædicti Comitatus Scepusiensis, et alijs bonis prenarratis in manus et Potestatem Ducis ipsius filij scilicet Serenissimi domini Ioannis Regis fuerit assignatus, et pro maiori securitate consequendi, huiusmodi Ducatus ipse Iuramento, Quod Sermo Dno Romanorum Regi in eadem dieta publicanda paci præstabunt. Teneantur Sermo etiam dno Ioanni Regi super hoc iurare, Quod non aliter observabunt iuramentum ipsi dno Regi Ro: vel filio eius præstitutum, nec aliter obedientiam eis exhibebunt, Nisi prius Ducatu ipso ad manus filij sui assignato. Cum primum tamen Ducatus ipse, cum ceteris bonis prenarratis filio suo restitutus fuerit, eo ipso dominj, Prelati, Barones, Nobiles et alij suprascripti teneantur ad omnia præmissa fideliter observanda, et hoc eo modo intelligendo et interpretando, Quod uno et eodem tempore consignato Ducatus in

manus filii Serenissimi domini Ioannis Regis, et consignatio Regni cum omnibus Arcibus et attinentiis suis in manus Serenissimi domini Romanorum Regis aut heredum prædictorum fieri debeat.

De Posthumo Quoque filio hoc idem quod præmissum est intelligatur, Quo tandem Ducatu ipso consignato et restituto Cesarea Maiestas et ipse dominus Ro: Rex ac eorum heredes præfatum Ducem, filium videlicet Serenissimi domini Ioannis Regis illiusque heredes in dominio et Possessione præscripti Ducatus, ac patrimonii, Ciuitatumque Oppidorum, et Possessionum prædictarum contra quoslibet legitimos et illegitimos turbatores ac Impetitores successiuis semper temporibus defendere atque conseruare teneantur.

Item Quod si Serenissimum do: Ioanem Regem prole uirili destitui contigerit, ob hoc ut Cesarea Maiestas maiorem habeat ad hoc Regnum ~~tuendum~~ tuendum et defendendum affectionem et propensitatem, Integra totius medietas patrimonii suæ Cesareæ Maiestati sub conditionibus tamen infrascriptis cedat, alia integra medietate, ad dispositionem suæ Regiæ Maiestatis, siue in vita siue in mortis articulo libera sibi remanente.

Item Quod remanente post mortem suæ Regiæ Maiestatis Regina consorte sua superstite absque liberis, eo tunc directa medietas patrimonii suæ Maiestatis, ea videlicet quæ in sortem Cesareæ Maiestatis cedere debebit censeatur eidem dominæ Reginæ, ita obligata ac inscripta esse, ut quousque ipsa ad secunda vota si non transtulerit, possideat eandem medietatem, cum omni fructu et utilitatem

perceptione, teneaturq; Maiestas sua Caesarea in eo casu ma-
nibus suis illam medietatem assignare. Quae quidem Re-
gina ubi ad secundas nuptias se contulerit, deposito so-
lutoq; ei dotalicio suo centum scilicet Millibus florenis
Hungaricalibus in auro teneatur Caesareae Maiestati vel fi-
liis vel heredibus eius. Regina ipsa medietatem ipsam
pacifice remittere atq; resignare

Item ubi super huiusmodi dote seu dotalicio suo ipsa
viventi satisfactio impensa non fuerit, extunc in testa-
mento quoq; suo liberam de eo habeat prout voluerit
disponendi authoritatem.

Item si serenissimus dominus Rex Ioannes filias habuerit
Regia Maiestas Romanorum, vel filius suus successor
scilicet eius et heredes ipsorum teneantur post mortem
ipsius Serenissimi domini Joannis Regis, si interim sua Maiestas
eas matrimonio non locaverit, decenter et honeste,
tanquam filias Regis Hungariae nuptui dare.

Item ubi ad successionem praemissam ventum fuerit, antequam
Serenissimus dominus Romanorum Rex vel filius aut heredes
praedicti, Regimen et possessionem Regni Provinciarumque
et partium ei subiectarum suscipiat, super observandis
libertatibus, decretis, legibusque, et consuetudinibus Regni
more divorum Hungariae Regum teneantur iuramen-
tum reale sollemniter praestare.

Et quia Serenissimus dominus Romanorum Rex ante tempore suae in
Regem Hungariae electionis promisit, iura et liber-
tates Regni Hungariae observare et super hoc litteras
etiam Regno et illis, qui tunc ei adherebant.

dedit. ideo similes literas etiam illis, qui post obitum Ser^mi^
do: Ioannis Regis, et sequuta successione, in eius obedientia
sunt venturi, tempore publicationis huius pacis et iuramenti
ipsorum Regnicolarum dare teneatur, Et si utrique Principi
visum fuerit aliqua alia in dicta publicandae pacis addere,
hoc in arbitrio eorum erit

Item Quod in eadem dieta tractari debebit de quinque Ca;
stris Rozt, Workenstayn hoc est Frakno ferrea Civi;
tate, kys. Markhon appellata, ronß, kewoßik dicta,
kobolsdorff. kabol nominata et Rekniz hoc est Re
honcz,

Item Quod sequuta successione Serenus do: Rex Ro:
aut filius vel heredes praedicti metas Regni Hungariae
à parte Austriae et Moraviae Regnorum vero Croatiae
ac Slavoniae, à parte Carnioli, Carinthiae, et Stiriae
rectificabunt.

Item Quod omnes iniuriae et universa damna, inter
Serenos do: Ferdinandum et Ioannem Reges tempo;
ribus horum bellorum sequuta penitus aboleantur, et abeat
in oblivionem / similiter illa, quae subditi alterius partis
in alterum Principum, hisdem bellorum temporibus
commisissent, ea etiam, quae Subditi unius Principis
in subditos alterius Principis ijsdem bellorum tem;
poribus hostiliter intulerunt, similiter aboleantur, et
ultio super eis nulla sequatur

Item Quod omnium Subditorum utriusque Principis
nemine prorsus excepto, etiam externo cuiuscunque
dignitatis fuerit, omnia bona tam Ecclesiastica quam

Secularia, post obitum Ser^mi Principis domini quondam Ludouici Regis ad haec usque tempora propter hostilitatem inter ipsos Principes habitam violenter occupata Donationibus seu venditionibus, utriusque Principis, Super eisdem bonis hactenus quibuscunque datis vel factis non obstantibus, publicata pace, de facto illis quorum fuerunt pacifice remittantur.

De Castro autem Saaros cum Spectabili et Magnifico domino Petro Pereny per Regnum concordari debebit, absque praeiudicio et aliquo onere praefati Ser^mi domini Regis Romanorum.

Item Quod omnia bona, et omnes prouentus omnium Ecclesiarum per haec eadem disturbiorum tempora qualitercunque et per quoscunque ab eisdem Ecclesiis hactenus violenter occupata et adempti fuerunt, eisdem Ecclesiis, quarum ab antiquo sunt et fuerunt tempore publicationis dictae pacis de facto pacifice possidendaque, percipiendique, remittantur, Et quod bona Ecclesiastica de manibus secularium excipiantur

Item Quod nullus Principum in sua ditione permittat fieri diffidatores. Si qui vero temeraria insurgerent teneantur ambo Principes mutuis auxiliis illos confestim exterminare

Item Quod subditi utriusque Principis, nequeant desciscere, seque conferre cum bonis suis in una vel altera partem, et nec per alterum Principem acceptentur, quin potius mutuis auxiliis, siue Praelati siue Barones cum Nobilibus, siue Ciuitates, vel alii quicunque exi-

stant, qui id facere attentarent, illi cui Principum an-
tea parebant rursus subiectioni cogantur.

Item, Quia omnes Captivi per hostilitatem ultro citroque
capti, ex nunc liberi dimittantur

Item Quod omnia Castella et fortalicia aliaque munitiones
inter haec disturbia per subditos utriusque Principis quomo-
dolibet et ubicunque erecta et constructa, penitus di-
struantur, et publicata pace demoliantur.

Item Quia donationes et privilegia utriusque Princi-
pis sub iurisditione cuiuslibet eorum rite legitimeque con-
fecta, et emanata, ac in futurum quoque conficienda
& emananda rata semper maneant atque firma

Item Quia universa litterae et quaelibet literalia instrumenta
seu Privilegia, patrimonium Serenissimi domini Joannis Regis,
et alia quaecunque bona suae Maiestatis praenarrata, aliorum
etiam quorumcunque subditorum utriusque Principis
intra ambitum huius Regni existentia tangentes &
concernentia, per haec disturbia impacataque tempora
in Castris vel ubicunque locorum violenter ablata
et retenta, Statim publicata pace illis quorum fue-
runt, effective reddantur.

Item Quia illi, qui tenentur dare rationem uni vel
alteri Principum rationem administrationis officiorum
aut proventuum, cuiuscunque status et conditionis exi-
stant, et apud quemcunque horum duorum Principum sint,
ad reddendam rationem debeat esse obligati et ad hoc
compelli possint iuxta Regni consuetudinem

Item Quod ad eos qui huic paci et mutuae confoederationis Principum, ordinationique consentire et obedire nollent domandos atque castigandos, deputentur ab utroque Principe statim pace mille equites et totidem pedites, Pixidarii, vel quot videbuntur necessarii Et Capitanei utriusque Principis cum huiusmodi Gentibus cogant illos et per omnia remedia compellant, Ea quae per ipsos Principes mutuo ordinata statutaque sunt rebelles ipsos inviolabiliter observare.

Item Quod quandocunque Exercitus aliquis Generalis vel particularis Navigio, aut super terram, in Hungariam de partibus ~~Hungariae~~ Germaniae descenderit atque venerit ipsi Serenissimo domino Joanni Regi et huic Regno Hungariae damnum violentiamque non inferat, sed absque omni dolo, fraudeque et damno procedant.

Item Ordinatum et conclusum est. Quod Civitates Montanarum, cum ipsis Montanis et Mineris, Item Castra antiquum Zolium Owar, Munkach, et Hwszth, cum cameris. Salium et alia bona universa quaecunque Serenissimae Principi dominae Hungariae Mariae, etc, Reginae temporibus Serenissimorum quondam dominorum Vladislai et Lodovici Regum, inscripta sunt iuxta formam inscriptionum vita eius durante, illi maneat illesa, Et si quae essent ablata, tempore publicationis pacis restituatur. Ita tamen, quod de Castro Diosgyewr modernus possessor vel via Juris vel concordiae per ipsam dominam Reginam, contentetur, et tunc Castrum illud restituere teneatur, et ea mortua, bona praescripta ad Serenissimum dominum Romanorum Regem, et eius haeredes in Regno successores praedictos devolvantur.

Item quod Sal Transsyluan. non nisi in dominio et sub ditione Serenissimi domini Ioannis Regis vendatur et dispensetur, e converso autem Sal Maromorosiense in subditione solummodo prædicti Serenissimi domini Ro: Regis venditioni exponatur, et in vsus necessarios convertatur sub pœna perditionis salis

Item quod facta pace, nemo Principum nova vectigalia hoc est tricesimas aut Thelonea in ditione sua in præiudicium ditionis alterius principis imponat

Item si Hostis communis contra ambos Principes vel alterum eorum interim quo pax ipsa publicabitur, expeditionem generalem vel particularem faceret, extunc iuxta temporis exigentiam tanquam fratres et amici mutuo se se iuvabunt.

Item quod nemini subditorum vtriusque Principis, Castra, Castella, Civitates munitas. vel alias munitiones sub pœna perpetuæ infidelitatis, per ipsos ambos Principes irremissibiliter exequenda furto, proditione, aut alia quavis arte subintrare et occupare liceat, Et si qua ablata erunt, his quorum erant restituantur. et damna refundantur

Item quod nemini Subditorum vtriusque Principis, cuiuscunque status et conditionis existat sub pœna in generali decreto huius Regni Hungariæ expressa, vllam monetam cudere vel cudi facere ipsi Principes patiantur.
De moneta autem sub nomine eorundem Principum cudenda soli mutuo concordabunt.

Item Quod medietas Castri Thokay, ex quo alia medietas nunc est in manibus Sermi do: Joanis Regis & Castrum Regecz tempore publicationis pacis sua Regia Mti re: stituatur, iustis tamen debitis et inscriptionibus, qua ad dicta Castra facta esse dinoscuntur, primitus persolutis. Ita quod prafatus Sermus do: Rex Joanes, non teneatur soluere nisi pro media parte inscriptionis Castri Thokay, ipsum autem Castrum Thokay, quousque predicto Sermo dno Joani Regi integre fuerit eliberatum, maneat in: terim in eodem statu in quo nunc existit.

Item Quia tota Sermi domi Joanis Regis intentio tendit ad hoc, quomodo hoc Regnum conseruetur et liberetur, Et simul cum tota Respca Chriana saluum permaneat, Et quia habeat eam fidem et spem in Sa: cratissima Cesarea et Catholica Mte: Quod ipsa Ma: iestas Cesarea, nihil tale in hoc negotio decernet, nisi quod manifeste cognouerit esse ad salutem huius Re: gni et Reip: Chriana, nec tale aliquid Serm dom Ioannem Regem facere volet, per quod sequeretur Rui: ruina et excidium huius Regni. Ideo sua quoque Mtas Regia, tam publicationem ipsam pacis, quam publicam hostis declarationem et nominationem hostis communis, reijcit et remittit ad declarationem sua Cesarea Mtis, cuius etiam declarationi, propter pramissa stare pollicetur. Simul etiam vires suas, et Subditorum suorum, pro pos: se ad defensionem et eliberationem huius Regni ex: tendere, ita vt Sermus etiam do: Ro: Rex idem faciat, quo communibus viribus Regnum istud ab hostium infestatione saluetur et liberetur. Et si opus esse vide: bitur, rursus tunc prasentes lrae renouabuntur, cum expressione nominis ipsius hostis communis.

Item Quod in casu quo Caesaream Mtem ac ipsum do: Ro: Regem, in semine masculino deficere contingerit, extunc successio Regni praenarrata, revolvatur in filios et haeredes ipsius Ser^mi do: Joannis Regis, si qui Deo favente tunc superstites erunt, illis vero non extantibus libera Regni electio rursus apud Gentem Hungaricam iuxta eius pristinam Legem atque libertatem maneat.

Item. Quod si propter amicitiam Caesareae Mtis et Ser^mi do: Ro: Regis. Serenus do: Ioannes Rex de hoc Regno per hostes exturbabitur, Quod Deus procul dubio avertat, tunc in eo casu Sacratissima Caesarea et Ro: Regis Mtes teneantur ipsi Ser^mo dno Ioanni Regi de statu honesto et condecenti et tali quidem, ut tam sua Regia Mtas honestam vitam agere, quam etiam dominis et servitoribus suae Mtis, Qui eam sequuti fuerint commode providere possit.

Item Quod unus per totum Regnum communi voto Palatinus iuxta vetustam legem atque libertatem Regni in Dieta seu Conventu generali publicanda paris eligatur, alios autem honores seu Magistratus puta Cancellarium, Judicem Curiae, Magistrum Thavernicorum, ceterosque Judices ordinarios, ac prothonotarios, quilibet principum per se habeat ~~per se habeat~~, quemadmodum inter se convenient.

De aliis ad bonum et quietum statum Regni pertinentibus in ipsa Dieta generali tractari debebit.

Nos igitur Ioannes Archiepiscopus Orator et Commissarius praefatus, nomine praedictarum Sacratissimae Caesareae et Catholicae ac Ser^mi Romanorum Hungariae

Bohemiae, etc. Regni Altum, dictorum Mandatorum vir-
tute omnes articulos praescriptos et omnia eorum conten-
ta approbamus, ratificamusque et confirmamus, promit-
tentes in fide nostra Christiana. Quemadmodum super hoc
reali etiam ac corporali iuramento in animam praefata-
rum Altum coram praefato Sermo dno Joanne similiter
Hungariae Rege et Consiliariis eius praestitimus, omnia
ac singula praemissa firmiter et inviolabiliter praefatas Altes
observaturas omni dolo et fraude sinistraque machinatione
remotis. IN Cuius rei memoriam firmitatemque perpe-
tuam praesentes litteras nostras Sigillo nostro impendenti, et sub-
scriptioni manus nostrae communitas duximus concedendas.
das. Datum Varadini in festo beati Mathiae Apostoli
Anno Domini 1538.

Legatio à Ioachimo Marchione Brandebur:
gensi Electore et ab Hedwigi eius uxore ad
Sigismundum primum Regem Polonię

Deditiss: quięz filius communiat obsequijs delatis et fiducia
lrīs datis. Ita Legatus verba faciet.

Non ignorat Regia Mtas Legatos Serᵐⁱ Principis
et domī dnī Ioannis Regis Hungarię, qui in Nuptiis
Illᵐᵒ dnō Ioachimo Marchioni nouā hanc affinitatem
gratulatum, propensamqz voluntatem domī sui declaratū,
ac in omnium fœlix et faustum ominatum venissent, eam
dedisse significationē, Statuisse Regiam Mtem do: suam
breui insignem Legationem mittere in Marchiam ad
Neptem suā charissimā, et ad dominū Marchionem
coniugem eius affinem suū, Quę de communibus suis
et illorum negotiis maximis, actura et transactura
esset. In Cuius rei expectatione ipsorum Illustr.ᵗⁱˢ
fuerunt hactenus, nondum tamen quicqz actum est.
Non potuerunt se tamen Illᵐⁱ Principes continere, quū
ipsis in mentem veniret, necessitudinis, affinitatis,
atqz voluntatum coniunctionis, quę sibi cum Serᵐᵒ
Rege Hungarię intercedit, quin ad ipsius Mtem cum
non leuis momenti scriptis Generosum Nicolaū Spigel
Regię Maiestatis et suū Aulicum amandarent, quod
is periculoso isto tempore aliquoties ad eundem Re:



gem Hungariae, Regia Altas iussu iter illud emensus
esset, Quicquid aut is responsi inde retulerit, si sic
usus postulabit, transmittent id Illes Principes mei ad
Regiam Altem, ut eius exacto et prudenti consilio
utantur. Quod vero eam rem distulerunt tam diu,
rogant ne Regia Altas in ea partem accipiat, quasi id
negligentia ac non potius quibus dictum est de causis factum
sit. Quoniam aut haec est horum temporum conditio, meri-
to ut omnia suspecta esse debeant, et Illmi Principes mei
acceperunt, proxime transacto Novembri foedus sancitum
esse inter Sermos Reges Romanorum et Hungariae. Quod
ad Hungariam attinet, et Legatos ea de re ad Caesaream
Altem ab utroque missos esse, ut illius arbitrio et volunta-
te foedus hoc firmetur stabilitaturque. Verentur ac suspi-
cantur Illmi Principes mei in eo foedere sanciendo a
Sermo Rege Romanorum si non transactum certe tractatum
esse, quid Comitatui Scepusiensi et aliis bonis haeredi-
tariis Sermi Regis Ioannis fieri oporteret, quod for-
tasse Illmis Principibus meis haeredibusque eorum, quos
sperant fraudi damnoque esse posset.

Haec ut bene promissa sint. Rogant Illmi Principes mei, atque
obsecrant etiam atque etiam, si quid Regia Altas de con-
ditionibus huius foederis certi habet, velit id uti pater
amatissimus et beneficentissimus cum ipsorum Illtibus per
hunc Legatum communicare, consiliumque suum Regium
atque prudentissimum, quid ea de re porro faciendum sit, ad-
iungere.

Porro cum Regia Altas procul dubio in recenti habeat
memoria, quibus legibus atque conditionibus filiam suam
charissimam, dno Marchioni in matrimonium promiserit

& collocarit, in quibus vna erat illa, quod Regia Mtas
vltro ac benignè recepit et promisit, se adiuturam et cura;
turam esse, ne ab Illmis Principibus meis & liberis eorum
aliquid quod naturali Iure successionis ad ipsos deuolui
deberet auerteretur abalienareturque, sed quomodocunque res
et vsus postularent, pro virili sua, neque consilio, neque au;
xilio ipsis defuturam, vti pactis et Conuentis istius matrimo;
nij continetur. Quare cum Illmi Principes mei confidant
et certò certius sibi pollicentur Regiam Mtem velut
dominam & parentem suam pientissimam, perinde atque alias
omnes, quae ipsis bono et comodo esse possent, libenter
et accurate facturam esse.

Eam ob rem petunt Illmi Principes mei à Regia Mte
velut obsequentissimi liberi à domina & parente suo, si
qua habet ipsius Mtas, vti certè habet, conuenta pactaque
prioris matrimonij sui cum eodem Sermo Rege Hungariae
nouae sororis ipsius, quibus proculdubio cautum est, ac
transactum, quid huiusmodi haereditariis successionibus atque
bonis fieri oporteat, cum idem Sermus Rex Hungariae,
quem Deus longe seruet saluum et incolumem decessisset.
Eorum itaque, conuentorum spectatae fidei exemplum, ad
se per hunc legatum mittere dignetur, & intuitu tam
illorum conuentorum, quam huius matrimonij inter dominum
Marchionem & filiam suae Mtis contracti, intuitu
etiam promissionis suae Regiae, et quae debet esse erga
Illos Principes meos, velut liberos suos, voluntate
et propensione, negotium hoc quam comodissime tran;
sigatur, curae cordique sibi esse, velit, diligenterque consilio
prouideat, ut certa sit Principibus meis liberisque eorum
communibus nascituris successio eorum bonorum quaecunque
Sermus Rex Hungariae, cum Scepusiensi Comitatu

Habet etiamnum propria et haereditaria quaeque empta
et bono titulo vel quasi possidet fixa mobiliaque.
Qua spem certissima Illmi Principes mei, sibi de Re-
gia Mte parente suo pientissimo concipiunt, ac neutiquam
dubitant Regiam Mtem si ipsi consultum et operae pretium
videbitur, itidem ut ipsis videtur, missuram esse legationem
ad Serenissimum Regem Hungariae, quae hoc negotium apposi-
tissime diligentissimeque substernat et imoneat, sic ut
nihil earum rerum, quae ad certitudinem et confirma-
tionem huius negotii facere ipsius Mtas ad animum
revocabit, quid filiae et genero suo charissimo, atque ipsorum
communibus liberis, velut sanguini suo certissimo ex usu
futurum sit, ut nihil deinceps in ea re molestiae, difficul-
tatis, atque detrimenti experiantur, sed ipsam istam succes-
sionem certam et indubitatam habeant, et in sua Mte
Regia, sicut consilio opus sit sine auxilio certum prae-
sidium sibi in posterum constitutum esse intelligant.

+ indicaverit praetermittatur, cum ipsius Mtas

ORant etiam Illmi Principes mei summa qua possunt
animi demissione, velit ipsos Regia Mtas Regio et
paterno consilio suo impartire, quo pacto quave ratione Illmo
dno Marchioni tutorio nomine uxoris suae, cum Sermo
Rege Hungariae affine suo, his de rebus agendum sit,
ut is Nepti suae charissimae, & legitimis eius liberis
nascituris, de successione. Si quid ipsi humanitus acci-
derit, quam diligentissime et optime consultum esse
velit, et prospectum secundum sanctiones et consuetu-
dines Regni Hungariae. Deinde quomodo apud Romano-
rum Caesaream & Ro. Regiam Maiestates perficiendum
et obtinendum sit, ut ea conventa quae facta fuerit
rata et firma esse iubeat, ut omnibus difficultatibus,
Controversiis, et incommodis, quae inde aliquando possent
+ ~~indicaverit, praetermittatur, cum ipsius Mtas~~ +

emergere, rite conventum, nihilque silentio et taciturnitate vel negligentia praetermissum sit.

Postremo si Regia Mtas necessarium esse vel expedire iudicabit, vel Illmi Principes mei, pariter cum Regiae Mtis Legatis, Legatos suos ad Sermum Regem Hungariae mittant, sane quam lubentes id facient. Nam Illmus do: Marchio ea est voluntate, ut Illmae Coniugis suae, atque eorum, qui eum ea necessitudine aliqua coniuncti sunt causa, nihil non facere velit, quod ad illorum emolumentum vel dignitatem pertinere possit. Itaque permittunt Illmi Principes mei Regio arbitrio, quoscunque et quomodocunque Legatos ipsorum cum suis coniungere et quo itinere eos simul proficisci velit. Ac nihil ambigunt, in his omnibus Regiam Mtem sese ipsis, ut domino et parenti benignissimo amantissimoque convenit exhibituram esse. Id vicissim ipsorum Celsitudines de ipsius Regia Mte, summa observantia, summoque studio, quacunque ratione poterunt, etiam ditionibus et hominibus suis non parcendo, se promeritos esse recipiunt. Nunc Regiam Mtem cum filio et filiabus suis charissimis Dei Opti maximi protectioni atque praesidio, iterum atque iterum commendant, cupientes ut divina benignitate longum felices regnent, ac perpetua valetudine & incolumitate corporis et animi perfruatur, seque postremo Regiae Mtis paterno amori commendant.

Contractus matrimonii inter Isabellam filiam Regis Poloniae: et Ioannem Regē Vngariae

SIgismundus Dei gra Rex Poloniae. etc. Vniversis et singulis Quorum interest testatum facimus: Quod cum venissent ad nos Legati et Oratores à Serm̃o Principe dn̄o Ioanne Dei gr̃a Rege, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. March: Morauiae, et Lusatiae, ac vtriusq; Slesiae Duce, affine et tanq; filio nr̃o charissmo, cum plena authe et sufficientibus mādatis vzt. Rendus in Chr̃o pr̃ dn̄s Stephanus Brodericus Epũs Vacien: & spectabiles ac Mgci Petrus de Peren Comes perpetuus Comitatus Abauarien, partium superiorum Regni Hungariae Capitaneus generat, et Stephanus de Verbewcz summus Regni Hungariae Secretarius et Cancellarius, postulatum à nobis, vt Sermam filiam nr̃am Isabellam, ipsi Serm̃o domino Joanni Hungariae Regi in m̃rimonium daremus. Nos pro eo amore, quo semper Mtem illius complexi sumus, non potuimus, qn̄ eorum voluntati cederemus. fecimusq; valde libenter, De cuius virtute tam praeclare Deus indicavit, vt eum multis procellis et tempestatibus diu multumq; iactatum atq; agitatum, tanq; aurum in igne probatum, nō solum qui emergeret aliquando ex istis fluctibus dignum duxerit, verum etiam in optato tranquillitatis portu, Regno suo firmitem collocaverit, vt nos quoq; nō recusaremus, quin Dei de illo iudicium secuti, vnam omnium Mtem illius dignissimam censeremus, quam nobis generum. Serma

filie nre maritum ascisceremus, Veterem illa affinitatem que nobis cum illius Alte intercedit redintegrantes, Vt quemadmodum ille Sororem nobis suam, sic nos vicissim illi, nunc filiam nram, ex altera Serma coniuge nra nobis na; tam, matrimonio iungeremus. Quo ista quasi vicissitudine coalescere magis posset et corroborari mutua int nos et Re; gna nra beneuolentia. Quare, quod foelix faustum forma; tumqz Deus esse, cum vtriqz nrum et domui ac familie nostre, tum Regnis et populis vtriusqz nostrum imperio ditioniqz subiectis Sermam virginem Isabellam, filia nostram charissima, Sermo dno Ioanni Regi Hungarie despondemus hiis conditionibus, que paulo post scribentur, De quibus inter nos et Sermi Regis Hungarie Legatos ita conuenit, vt vtriqz sancte nos eas et inuiolate obser; naturos, ea fide receperimus, qua Reges tanto seruare decet impensius, quanto magis ceteris mortalibus di; gnitate prestant.

Principio conuenit inter nos et Legatos Sermi domini Hungarie Regis, Quandoquidem abduci nunc Serma Sponsa atqz in Hungariam commigrare debet, vt de dote atqz An; tipherna, quam alii contra dotem vocant, hiis illi rationibus caueatur.

Quoniam dotis nomine Parapheinorumqz, in gemmis auro et argento, estimatorum et ponderatorum Septuaginta Millia ducatorum per nos dabuntur, auri boni, puri, et iusti ponderis, in hac pecunie summa, et in aliis Septuaginta millibus aureorum Hungaricorum, auri boni, puri, et iusti ponderis, Que contra dotem nomine assignabuntur, inscribi Serme dne Isabelle debent et obligari, Arces, seu Ca; stra, Ciuitates, Oppida villa, que et nobis et Serma

filia nrae noie loco et proventibus satisfacere possi: dotis et contra dotis nomine videbuntur.

Quoniam vero inscriptio et obligatio Arcium huiusmodi et Civitatum, non esset firma satis et stabilis futura, nisi ad eam faciendam, Caesareae et Catholicae Mts, et Sermi Ro: Regis consensus accessisset, tenebitur Sermus do: Rex Ioan: intra sex Menses, a Domica Invocavit computandos à Caesarea et Regia Ro: Mtibus diplomata expedire, quibus Mtes eorum consentiat, ad Arces, Civitates, Castra, Oppida et dotis et contradotis nomine, inscribendas et obligandas, quae summam dotis et contradotis exequare vectigalibus et redditibus suis possint annuis, quae nulli servituti sint obnoxia, sed libera prorsus, nec cuiquam obligata, quorum fructus et proventus et tuto et absque ullo negotio possint colligi, quae denique huiusmodi sint, ut iudicio nro probentur, nobisque & Sermae nostrae filiae prorsus satisfaciant.

Ac praefecti Arcium praedictarum iusiurandum dare tenebuntur, Si quid humanitus accederet Sermo dno Ioanni Regi superstesque illi fuerit Serma dna Isabella Regina, se in illius fide, potestate authoritateque futuros. Hoc idem et Nobiles et Cives praestabunt.

Omnes aut Arces hee, et Civitates, sive dotis, sive contradotis noie inscripte, hac lege et conditione obligari debent, ut si prior e vita discedat Sermus do: Rex Joannes vivumque sit Sermae Reginae Isabelle renovare nuptias, non possint Arces ille et Civitates, singillatim et seorsum, sed simul tantum oes et coniunctim redimi pecunia suma, quae tam dotis quam Contradotis noie debebitur, semel commemorari.

Quod si forte adduci non possent, Ces: et Ro: Mtes ut ad obligandas Arces et Ciuitates praedictas, consen: tirent, tunc infra duos Menses post lapsum sex Men: sium, tenebitur Serenissimus Rex Joan: secundum tenorem cautionis et obligationis, quam nobis vigore mandati sui, eius Oratores Ill[ustr]is datis fecerunt, Septuaginta millia Aureorum contradotis et viginti sex millia et quinque aureos Hungaricos, quae ex tota summa, tam dotis quam paraphernam in Hungariam secum abduxit Serenissima filia nostra Izabella, vt apud nos Serenissimumque filium et coniugem nostram charissimos, aut apud Illmum dominium Venetorum, aut apud Fuggaros in seque: stro deponere, in auro, argento, bene numerato, vel ad valorem dictorum omnium quae deponi debent pondo: rato, Quae omnis pecunia ita deposita, et reliquum dotis, quod apud nos erit retentum non prius mouebitur quam aliquod fuerit post modum idoneae cautionis genus excogitatum, quo prospici possit indemnitati securitatique Serenissimae filiae nostrae Izabellae, tam de dote quam de contrado: te inscribenda

Simulatque vero ita haec transacta fuerint, tum nos et ea quae retinuimus, et si quae alia deposita erunt apud nos versus Hungariam omnia ab eo tempore quo nobis cautio dotis et contradotis Serenissimae filiae nostrae facta proba: ri coeperit, et quando illam ratham habuerimus, Nos Serenissimus filius, et Serenissima coniunx nostra, infra duos Menses si in Regno fuerimus, si vero in Ducatu nostro Lithuaniae infra tres transmittere tenebimur, et in manus eorum qui mandata ad hoc habuerint, vel cir: ca Podolin, vel circa Liblo consignare, neque impedire quaminus, si quam in Sequestro pecuniam Serenissimus

do: Ioannes Rex alibi quam apud nos deposuerit tollat, tum enim nobis aliud restituendum, et hac ratione ut scriptum est mittendum versus Hungariam non veniret, quam quod ipsi de Septuaginta millibus dotis et Paraphernis retinuimus.

Quod quidem sedulo nos facturos unacum Serenissimo filio nostro promittimus et spondemus presentibus literis nostris

Postquam vero Serenissima Sponsa domina Isabella filia nostra charissima ad Serenissimum dominum Ioannem Hungariae Regem maritum suum traducta, copula carnali cum illius Maiestate coniungetur, tenebitur tum in presentia Oratorum nostrorum, qui illius Maiestatem deducent abdicare se omni Iure hereditario sive paterno in Regno dominiorum, [illegible] nostrorum omnium, sive materno earum possessionum, quas Serenissima mater habet, eaque tenebitur, per se et Serenissimum dominum coniugem suum, neminem amplius aut illius aut Serenissimi coniugis sui nomine, sive dotis, sive quocumque tandem alio nomine, aut a nobis, aut a successoribus nostris quidquam petituram,

Quod si absque liberis Serenissima filia nostra, quod omen Deus procul avertat, decesserit, Dos et paraphernaa hoc est Septuaginta millium summa, ad nos Serenissimum filium nostrum, et Illmas filias nostras redire debebit, Nisi fortassis secus aliquid ea de re statuerit Serenissima filia nostra, cui et testandi de summa hac, atque cui velit, dandi, donandi, et legandi, potestatem esse volumus, tam inter vivos quam causa mortis

Dotis nomine triginta duo millia sunt assignata aureorum Hungaricalium, auri puri boni et iusti Ponderis

Data sunt vero Parapheznorum nomine, gemme, magaritha,
monilia, reliqua Cimelia, quae summam triginta octo millium
efficiunt: Ut universa Dos cum Parapheznis estimata aureos
efficiat Hungaricos in auro bono septuaginta millia.
Quae quidem Parapherna, quod tanti precii data sunt sciri
debet, non id factum esse, de more et consuetudine regni Hung
nostri, sed magis adeo ex abundantia quadam amoris nri
& Serme coniugis nre erga Sermam filiam nram.
Nam nos quidem bonam partem earum rerum ultra dotem
datarum, supra id auximus, quod dari filiabus nris et prae-
decessorum nrorum consueverat. Et Serma Coniunx nra
multo plus etiam earum rerum ipsi filie nre ex singulari
sua liberalitate, non ex debito ullo dono dedit et assignavit.

Haec sunt Conditiones, de quibus inter nos & Legatos Sermi
do: Hungarie Regis convenit, quas Mtem illius ratas, gra-
tasque habituram, similibus reversalibus lris datis in manus
eorum Oratorum nostrorum; qui Sermam filiam nram de-
ducent, Legati, vigore Mandati quod habent sub pena
Centum Quadraginta millia aureorum Regem obligaverit

Qui ipsi, verbum regium quoque Serm Regis sui Hungarie
interposuerunt, quod Mtas illius loco doni nuptialis seu Do-
nationis propter nuptias, Morgengap appellant Germani,
assignatura sit duo millia flor Hungaricalium, Census annui
~~annui~~ in Censu sancti Martini Saxonum Regiorum in Transil-
vania. Quem in singulos annos Serma domina Regina Isa-
bella filia nra charissima percipiet, quoad Sermo domino
Regi et coniugi illius vita suppeditaverit, atque in usum
suum converterit. Quin & hoc polliciti sunt, iidem Legati,
se diligenter operam navaturos, ut ille Census Serme domine
Regine aliqua occasione locupletetur.

Quo plus aut roboris et firmitatis habeant pacta haec, promittimus in verbo nr̃o Regio, cum Ser^mo filio nr̃o, et Serenissima coniuge nr̃a, inquantum se obligavit, rata, grata atq; firma habituros, sub pœna Centum quadraginta millium aureorum Hungaricalium quos absq; ulla recusatione merare tenebimur, si intra tempus praescriptum fidem nr̃am non liberaremus. Quod si nos pœnam quam in non adimplendis pactis pn̄tibus, transgressi meruerimus, solvere neglexerimus, vel etiam recusaverimus, extunc fieret fieriq; debet libera facultas Ser^mo Regi Ioanni, Ducatus, Provincias, terras, Civitates, Oppida, Castra, Arces, villas, tam nr̃as Regias, quam alias quascumq; Spūalium et Secularium subditorum nr̃orum, ubicumq; in ditione et dominijs Regni nr̃i Poloniae, seu in alijs Provincijs existentes ad solutionem dictorum Centum quadraginta millium ~~Har-carum~~ aureorum Ungaricalium, artare, cogere, im̄o bona omnia quaecumq; praefata in eodem Regno et Provincijs nr̃is consistentia, mobilia et im̄obilia, invadere, occupare, et detinere, tamdiu donec de praedictis centum quadraginta millibus aureorum Hungaricalium Ser^mo Regi Ioanni satisfactum nō fuerit, Et in tali casu, nos et nr̃i posteri, non debebunt, neq; etiam iuste poterunt praedicto Ser^mo Regi Ioanni resistere, aut succensere, contradicere verbo vel facto, per se vel submissas personas, publice vel occulte, directe vel indirecte, Sed illius M^tis propositum et actiones, tales, quascumq; contra nos, aut posteros, dominia et subditos nostros ~~fecit~~,

fecerit approbare, com̄endare, et ratificare, nulla arte, dolo, vel ingenio, premissis, contravenien actis, contractibus, et inscriptionibus, ac paci com̄i Regnorum et terrarum, in suo nihilominus robore remanen, quibus per actiones quascumq; praefati Ser^mi Regis Ioanis in repetitione pœnae, seu vadii huiusmodi centum quadraginta millium

ut præmissum est intentatas et commissas non poterit, neque cen-
sibitur in aliquo derogatum esse. In Quorum omnium et sin-
gulorum fidem et euidens testimonium dipplomati huic, sigillum
nostrum appendi iussimus, manuque nostra subscripsimus. Datum
Crac. die Purificationis Mariae 1539 Regni nostri 33

Similes literas reuersales Legati dederunt Regi, sub suis titulis
& Sigillis —

Oratio concluso Matrimonio dicta per Rndum dominum Samuelem Macziejowski Epm Chelmen Vicecancellarium

Grata fuit et iucunda Sacrae Mti Regiae dno meo clementissima legatio, quam Sermi domi Hungariae Regis nomie, Rma ac Spectabiles et Magci Dnes vrae, hesterno die obierunt. Nam re vera ita esse intelligit ut dixit heri Rma do: vra. utrique parti praeclare consultum iri, si Sermus dns Hungariae Rex desiderii sui compos efficiatur. Nam et illius Mti quid potest esse comodius, quam ut matrimonio sibi iunctam habeat eius Regis filiam, quem patris semper in loco eum habuerit, nunc magis etiam quam antea paternum illius animum perspectura sit, Posteaque ad veteres coniunctiones, haec tam arcta accesserit, ut nulla iam arctior esse queat. et Sacris Mtibus hus quid esse potest honorificentius, quam à Sermo Do: Hungae Rege, qui Principem cum paucis inter Christianos Reges locum obtinet, Serma filiam earum in coniugem postulare. Quae cum ita se habeant quod foelix faustum fortunatumque sit, Sacrae Mtes hec prompto atque alacri aio, ad ea se paratas offerunt, quae Serma Regis sui nomie vrae Dnes petierunt, non aliud spectantes quam quod in deligenda sibi sponsa hac Sermus do: Hungariae Rex spectavit, cuius ut virtus atque integritas, fama cum adeo obscura non fuerat, ut ad aures usque Sermi dni Regis nri pervenerit, hoc ipm existimare debent Dnes vrae de suo quoque Rege, tam esse claras, testatasque omnibus multas excellentes Mtes illius virtutes, ut si nulla affini-

tas, neq; ulla preterea necessitudo Sacris bus Mtibus, cum Mte illius intercessisset, sola tamen admiratione tantarum illius virtutum libenter factur fuerint, ut tam honeste illius postulationi locum darent. De quibus quidem Sermi Regis vri virtutibus, non hominum solum mortalium, verum et Dei imortalis ea fuere indicia, ut cum magnis fuerit sepe periculis conflictatus, non passa tamen fuerit eum diuina Mtas tantis procellis et tempestatibus opprimi, sed dignum duxerit, qui non emergeret modo aliquando ex istis fluctibus, quibus tantopere iactatus fuit atq; agitatus, verum etiam ad inclitis Regni Hungariae gubernacula ita sederet, ut clauum adhuc rectum quod aiunt teneat. Quod ut diuturnum sit, non solum precibus Sacre Mtis bee à Deo optimo maxio impetrare conatur, Verumetiam omni consilio atq; auxilio suo, pro eo ut debent Sermo dno Hungariae Regi filio suo charmo semper sunt adfuturae. Quod superest, quando visum erit Dmibus vris per verba ut di de pnti Sermi Regis noie matrimonium ut contrahant licebit, sacre Mtes bee non renuant, quin fiat quod petitur ita ut petitur.

SPONSALIA

Nos Oratores Sermi Principis domi Joannis Dei gra Hungae etc. Regis, vigore pleni et sufficientis mandati, accipimus te Sermam virginem dnam Jsabellam, quin etiam Rex ipse medio nrum accepit in uxorem sibi legitimam, et spondet in persona nra, nosq; pro illo iuxta formam Mandati promittimus, quod quoad diu vixerit, Mtem tuam nunq; deserat. Sic eum et nos tanq; Mandatarios illius adiuuet Deus, Omnes scti eius. Et haec sancta Dei Euangelia.

B. Qua sit Sacramenti huius vis, quae dignitas, nil attinet in praesentia commemorare, Quibus enim id hoc tempore confer:tur eorum prudentia atque intelligentia maior est, quam ut admo:neri a me necesse habeant. Qui quidem quanto sunt ma:gis insignes, quantoque caeteris dignitate praestant, tanto eos omnia diligentius observare oportet, quae pro ingenij sui captu ad honorabile Connubium thorumque immaculatum pertinere intelligunt. Quid enim aliud Reges sunt, quam qua:si quidam in terris Dei vicarii. Qui si quid offendunt, tan:to id habetur gravius, quod non solum ipsi vitia concipiunt, verum etiam in eos quibus praesunt, ea transfundunt, neque obsunt modo quod corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, et persaepe plus Exemplo quam peccato nocent. Sed haec in:breviter admonuisse sufficiat, de more magis et consuetu:dinis, quam quod id ulla postulat necessitas.

SPONSALIA

A Ego Izabella Serenissimi Regis Poloniae filia, recipio eum cuius personam gerunt D. vestrae vigore mandati sui, Serenissimum dominum Ioannem Hungariae Regem in meum maritum legitimum iuxta morem S. Romanae universalis Ecclesiae, et spondeo, quod ad mihi vita suppedi:taverit, non me illum deserturam, Sic me Deus adiuvet, et omnes Sancti eius, et haec sancta Evangelia Dei

276 / 291

Oratio in discessu Oratorum per Rdum do: Samuelem Maczieiowski dicta

Vtraque Regia Mtas, atque vna Rmis Mtas, domini mei clementissimi, Rmi, Spectabili et Magci Dmibus viri iter hoc foelix et faustum à Deo precantur, quo possint Serma filiam carum, huius vero Mtis sororem charissima ita vt nunc illis traditur, ad Sermum Sponsum incolumem perducere, rebus illius omnibus saluis atque integris. Quam cum Sermo sponso Deo bene iuuante saluam reddiderint, Postulant Sacrae Mtes hae à Rma, Magca, et Spectabili Dmibus vris, vt eam Mti illius, que officiosissime, diligentissimeque comendent, Quod enim habent in terris pignus charissimum hoc nunc Mti illius mittunt, Quod dum mittunt, se quoque vna mittunt, Et si enim corporibus hic relicti videbuntur, peregrinabitur tamen animus Sermi Pris, Sermi fratris, Serma mris cum filia charissima cum sorore dulcissima, Non est quod existimet Sermus do: Hungariae Rex cum hac Mti eius Serma Sponsa traditur quam solam videbit, eam solam tradita iri, tradentur vna hee tres Mtes, quocunque ierit Serma sponsa, traditur quam solam videbit, tres hae comitabuntur, per aspera ~~quidem~~ licet ~~it~~ et confragosa loca, sequentur tamen, neque vnquam à latere filiae charissmi sororis dulcissimae vel digitum quod aiunt latum discedent, Vbi ~~erunt~~ erunt ibi non erit animus earum † In Hungaria perpetuo versabuntur cum filia charissima, cum sorore

† vbi non erunt, ibi erit animus earum

dulcissima, hanc absentem perdiu vigilabunt, hanc no-
ctibus somniabunt, hanc cogitabunt, cum hac peregrina-
buntur, cum hac toto corde, meliorique sui parte, cum
hac semper habitabunt. Quare ita se paret Serenissimus dominus
Hungariae Rex, ut se in una hac duos Reges, totidem
Reginas suscepturum intelligat, In quorum enim horum corpo-
ribus non est nisi unus animus, Quemadmodum hanc
Serenissimam sponsam acceperit, ita se tres quoque reliquae
Maiestates acceptas esse putabunt. Quicquid huic benigne fe-
cerit, sibi id esse factum interpretabuntur, omnem de-
nique huius fortunam quaecunque tandem ea fuerit, suam
esse fortunam existimabunt. Meminerit Serenissimus dominus
Hungariae Rex eam sibi virginem collocari, cuius et
magnus olim pater eius, et non ita pridem fratres patrueles
corpora sua telis hostium obiecerunt, et pro inclito Regno
Hungariae, non modo sanguinem profundere, verum etiam suam
vitam ponere, non dubitarunt. Meminerit eius sororem
prius in matrimonium dederat, eius nunc se filiam in Coniu-
gem accipere. Notius autem est, quam ut in praesentia commemorari
pluribus oporteat, quo loco, quoque numero habuerit Serenissima
Maiestas haec Serenissimi domini Hungariae Regis sororem Barbaram
Reginam, eodem itaque loco numeroque ut vicissim
nunc habeat Maiestas eius Serenissimam sponsam hanc suam,
Id vero hae tres Maiestates, quarum animus unus, unius in
Serenissimae sponsae corpore habitat, magnopere contendunt,
Qua de re coram disserent, hii copiosius quibus dedu-
cendae in Hungariam Serenissimae virginis provincia est
mandata. Quare quod initio precatae sunt Sacrae Maiestates
hae id nunc iterum precantur, neque precari unquam in-
termittunt, cupiunt iter hoc Dominationibus vestris feliciter con-
venire, cupiunt Serenissimam Sponsam ad Serenissimum Sponsum in-
columem perduci, rebus illius omnibus salvis atque inte-

gris, cupiunt Pignus hoc suum charissimum quo nullum ha:
bent thesaurum praeciosiorem, Mtti illius q3 maximi cha:
rum esse et comendatum, Meretur hoc virtus Sermae Spon:
sae atq3 integritas singularis, Meretur maiorum illorum
in Regno Hungariae facta praeclara, Meretur, deniq3 ea
necessitudo, qua magna constituta est Sermae Mtti huic
cum Sermo dno Hungariae Rege, multis etiam officiis au:
cta & confirmata. Quod superest Deus author matrimo:
niorum, Matrimonium hoc fortunet vt aduentu Sermae
sponsae huius inclitum Hungariae Regnum, multos iam con:
tinuos annos caedibus, incendiis, rapinis, miserandum in mo:
dum affectum, atq3 afflictum, vigorem rursus incipiat &
reflorescere atq3 ad pristinam suam ~~salutem~~ dignitatem redire, vtq3
Sermus do: Hungariae Rex, magis iam deinceps q3 antea
propitia fortuna vsus, videat filios filiorum suorum &
pacem super vniuerso Regno suo .

Instructio data Legatis ad Ioannem Regem Hungariæ cum sponsa missis

Deduxerunt autem illam Stas Tarlo Eps Przemisln
Petrus Opalenski Castell Gnesn. idem Curiæ Magr
Regis Iunioris

SAlute dicta, Serenam Sponsam Mti illius quam poterunt officiosissime comendabunt, rogabunt vt sic illam tractet, quemadmodum tractari decet, sororem Regis, vxorem Regis, filiam Regis, atque eius Regis filiam cum quo Mti eius non solum propinqua affinitas intercedit, verum etiam multæ graues aliæ magnæ necessitudinis causæ.

Deinde postulabunt à Mte eius vt quo exemplo datum hic est Dyploma à Mte Regia in quo descripta fuerunt conditiones et pacta quibus matrimonium hoc est initum, eodem exemplo illius quoque Mtas lras isthic scribi faciat, et dominis Legatis huc perferendas det.

PEtent etiam alias lras sibi dari quibus caueat Mtas illius, neque se, neque Serenam vxorem suam, neque quemque alium cuius petitio sit, aut à Serena Mte Regia, aut à Sermo filio eius, aut ab heredibus, et Regni successoribus vel dotis vel Paraphernarum, vel quocunque alio nomine amplius quicque petiturum, Quibus etiam renunciet, omni Iuri Serena Regina, Si quod illi competeret, aut Sermos

parentum, aut ad eminuscumque tandem alterius in Regno hoc haereditatem obtinendam.

Excusabunt quoque S. M^tem Regiam, quod cum Legatis huc missis non tractaverit de foederibus inter haec vicina Regna renovandis, Etenim angustia temporis non patiebatur, cum domini Legati magnopere festinarint in deducenda M^ti eius Ser^ma sponsa. Sed facturam tamen M^tem Regiam ut paulo post legatos suos mittat, Quibus hac de re mandata dabit.

Sigismundus primus Rex Polonie
Hieronimo Cardinali de Ghinuciis

Non novum nobis videtur, si nunciatur nobis, alicui eorum quem Dni vra Rma comendamus, benigne ab ea factum. Etenim cum iam pridem eiusdem Dnis vrae Rmae, animu erga nos perspeximus, ut quos nobis cordi esse intelligit, eorum propugnationem non minori qz nos ipsi, cura suscipiat, quo sumus aio magis tranquillo, quoties Servitoris alicuius nostri causam Rmae D. vre. comendamus. Jam enim hoc certo persuasum habemus quecumqz possint à R.D. vra in illum officia proficisci, eorum nihil eam permittere. Ac multum debemus, eo noie Rmae. D. vre. qua etiam in hac Secretarii nri causa, Venblis Benedicti Isdbienskij Canci Crac. cognitum nobis pridem & perspectum studium erga nos suum abunde declaravit, cui quod Michael tantum exhibet negotii, molestius nobis est, qz credi facile possit, hac enim hominis illius importunitas, magnos in Equestri ordine motus excitavit, cuius clamoribus ut cedamus aliquan necesse est, nisi ille ad officium sanitatemqz redierit, Et certe hiis ipsis in Comitiis aliquod in eum documentum statuissemus, Sed visum erat prius dominos Epos commonefacere, ut si qua possent honesta roni providerent, ne nos necesse habeamus, secundum Regni leges, in hos legum violatores animadvertere, Sumus hii qui iura Sacerdotum inviolata esse cupimus: neqz libenter nra in eos potestate utimur. utcumqz id nobis facere per ipsam sanctam Sedem Apo-

stolicam licet. Sed si perget homo iste controversus contra leges Regni nri facere, necessario cogemur nos, secundum Regni leges et Summorum Pontificum Privilegia, quae nobis sunt dudum hanc ipsam ad rem concessa, poenas de eo sumere, ut contra quas leges deliquerit, his legibus exemplum in eum edatur. Qua de re hortatu nro scripsisse arbitramur, ad R. D. vram. dnos Epos a qua nos quoque petimus, ut gram et authoritatem suam interponat, quo Ecclia Cra potius auth. Michael in Officio continuatur, vel ad officium potius revocetur, quam ut nos nra in se Regia potestate uti compellat. Plura Rma. D. vra. ex D. Eporum lris cognoscet Dat. Crac. vij Marcii. Mº Dº xxxº viiijº

Sigismundus primus Rex Poloniae
Antonio Cardinali Pistoriensi

Quantas iterum turbas excitaverit in Regno nro homo ille controversus Michael de Parzanow, intellexit procul dubio R. D. vra. ex lris Do: Eporum, quas hortatu nro ad illam scripserunt, Vellemus si fieri posset contineri eum istic in Officio ab iis quorum iurisditioni subest, ne si nos iure nro Regio per ipsam Sedem sanctam Sedem apostolicam nobis concesso, uti in contemptorem hunc legum nrarum velimus, gravius aliquid in eum consulere, necesse habeamus, Scit ipse per Constitutiones Regni nri ad nullam Eccliam Cathedralem

aditum sibi patere, et tamen inmitis omibus in contemptum quodamodo nostrum legumqz urarum conatur id quod assequi nulla ratione potuit, ut in oculis nris inter Crac. Cancos locum teneat, idqz exturbato servitore et Secretario nobis grato et probato Venbli Benedicto Isdbienskj Canco Crac. Mirum in nos importunitati hac sua de mentis nre statu dimoveat, atqz aliam ab illa qz natura nobis imposuit personam nos induere cogat, Etiam atqz etiam rogamus, R. mam. P. V. eraqz ipsa ut potius insolentiam hominis comprimat, quo necessi nobis non sit, id quod cunctus Equester ordo a nobis flagitat postulat, mre in illum nostro potestatiqz Regia uti. Quae autem nra sit hac in re voluntas, ex duorum Eporum litis R. P. vra fusius cognoscet. Cui Causam hanc Secretarii nri diligenter comendamus, ut ad eum modum transigatur, prout Dni Epi scripserunt, etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

BEatissime Pater: Meminimus nos cum ad Sanctitatem vestram tum ad eos, qui ante illam summe huic dignitatis locum tenuerunt identidem scribere, magnisque precibus contendere, ut Beatus Hijacinthus in divorum numerum referretur. Cuius vita sanctitas, et dum adhuc in terris versaretur, magne omnibus fuit admirationi, et ex quo tempore, ex vita huius diversorio in celestem domum migravit, multis in dies magis atque magis insignis est miraculis, ita ut Cineres eius et ossa, que sita sunt in urbe hac mea Regia in ede Sanctissime Trinitati dedicata, magna cum religione a multis visantur, neque mediocri sunt apud omnes veneratione. Ac obtinuimus nos quidem a Clemente vij Pontifice max°, qui proximus ante S. vestram ad universalis Ecclesie gubernacula sedebat, ut is dies beato Hijacincto sacer esset, qui est postridie eius diei, qua virginis matris in Celum assumpte memoria celebratur. Sed quod in eodem Clementis diplomate ascriptum fuit, ne per hoc dictus Hijacinthus Canonisatus et sanctorum Cathalogo ascriptus censeatur, id voluntati desiderioque nostro minus satisfecit. Quamobrem proficiscitur istuc hac ipsa de causa Beati Hijacinthi venerabilis et Religiosus in Christo pater Martinus Sporn Provincialis Regni mei Sacre Theologie professor, in quo cum doctrina certat integritas, ut neutra alteri concedere velle videatur. Eum Sanctitati vestre diligenter commendamus, atque ut benignas ei aures pre-

beat rogamus. Deusque tota hac re ea statuat et decernat, que ad Christi gloriam et beati huius honorem putaverit pertinere, vna eademque opera, et apud Deum gratiam initura et, non mihi modo, Verum etiam cunctis Regni mei Ordinibus rem valde gratam factura, Qui vt causam hanc Beati Hyacinthi Sanctitati vestre diligenter comendarem magno studio à me contenderunt. Comendo me iterum atque iterum vnacum populis mihi subiectis in gratiam Sanctitatis vestre, Cui à Deo precor omnia prolixa in valitudine diuturna euenire. Crac. vij Marcij 1539 Regni mei Anno 33°

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

Etsi non mei est istud officium in vitam et mores clericorum inquirere, cum tamen dolenter mihi questus sit Reverendus dominus: Ioannes Dantiscus Episcopus Varmiensis, de magna impuritate vita Alexandri cuiusdam Sculteti Canonici Varmiensis, qui toties ab eo admonitus ad officium sanitatemque redire, atque in Episcopi sui potestate esse recusat, quod se autho; ritate sancte Sedis istius Exemptum esse dicat, non abs re me facturum existimam, Si Sanctitati vestre supplicarim, vt exemptionis istud Priuilegium, quod ei fenestram aperuit, ad omnem nequitiam, induci faciat et antiquari, Eo enim audacie atque amentie prolapsus esse dicitur

Alexander iste spe impunitatis atque exemptionis fiducia,
ut contentus eo non sit, quod flagitiorum suorum nullas
penas det, verum etiam premio ea affici atque ornari
velit, Et ad quascumque in Ecclesia Varmien. dignitates
aspirat, quasi non aliis in Romana Curia facilior ad
eas aditus pateat, quam hiis qui impuritate atque impie-
tate ceteris prestiterint. Que res quanta sit cum sancte
Sedis istius indignitate coniuncta, in opinione Stis
vre relinquere, quam in Epla hac mea ponere malo.
Quod si salvum esse vult ordinem Sacerdotum, ita ut
velle debet, et vult procul dubio, has labes atque pestes,
propter quas totus sepe ordo male audit, ut arceat ab
honoribus Ecclesiasticis necesse est, Hii enim sunt, qui sum-
mum odium atque invidiam conflant, etiam bonis atque
innocentibus sacerdotibus. Quare quod in Scheda supplica-
tionis scriptum est, Que Rdi dni Epi Varmiensis
noie Sti vre offertur, vehementer peto id ut faciat,
petitionique eius subscribat. Cetera nomine meo nar-
rabit Rmus do: Cardinalis Protector, Cuius preces
pro nobis interponendas, ut benigne audiat.
Stas vra. quaeso.
Preterea, etiam magnopere quaeso, ut qua pro Vuli
Samuele Maciejewskj, Procancellario Regni mei
Ventis Andreas Czarnkowskj noie meo rogabit, ea
a se impetrari patiatur, Id ego Sti vre observancia
mea promereri diligenter curabo, Cui me et Regnum
meum etiam commendo, ex Crac. X die Mensis
Maij 1539 Regni mei 33o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Stephano Voievodae Valachorum

Magce dne, Amice et vicine sincere nobis dilecte.
Cum nunc in Aulam Caesaris Turcorum mittendum nobis
esset, noluimus nuncium nostrum aliud iter, forte, quam per
dominia Magcia vra, quippe quod isthac tuto illum
iturum et rediturum nobis persuadebamus, pro ea quae
nobis cum M. vra amicitia intercedit. Quare commi
simus ut nuncius nr apud M. D. vram se repraesentaret et
veret, et nro nomine illi verba quaedam in signum
benivolentiae faceret, Et proinde cum mandata vra
referet, Postulamus ut illi Magcia vra, fidem in-
dubiam habeat, et provideat, ut tuto iter suum per-
sequi possit, Factura id pro debito officii sui amici
Quam bene valere optamus. Dat. Crac. xii Marcii
MDXXXIX°

Legatio ad Solimanum Caesarem Thurcorum
per Iacobum Vilamowski missa 1538

Przodkiem powie poszel od nas Cessarzowi Tureczkiemu
Posdrowienie ij braczkie ij szcziesliwie przyiasni.

Potim bendzie mowiel. Krol ie⁰ milosz, Pan moij
przislal mije na Dwor waschei Cessarskiei miloszi,
abich namiedziel imieniem ijego miloszi, sdrowie wasz
Cessarski miloszi, ktorego sdrowia ij wssistkiego
szcziezia, waschei Cessarskiei m.ci zicżi, ijako bra
tu, ij przijacziijelowi swemu mielu, nadlugie zassi.

Zatim dawssi listh bendzie dzijekowal Cessarzo:
wi ie⁰ M.ci, isch Voiewodziu Valaskiemu Oldowi:
kowi swemu roskazal abi szije wmierze ij wpoko:
ijn zachowal, bo to nam sam Voiewoda Valaski
osnaimiel, ijsch to ma roskazanije od Cessarza
ie⁰ m.ci, Mi tesch zaszije chczemi szije przeziwko
Voiewodzije Valaskiemu wprzijazni ij wpokoijn
zachowacz, a i teraz chczecz im przijasn okazacz.
Prossi waschei Cessarskij miloszi. Krol ie⁰ milosz
Pan moi abi go wascha Cessarska milosz zatho:
wacz raczel przitich poliach ij graniczach zie:
mie Valaskij, iako gie przedni Voiewodowie Va:
laskiei zijemie dzijerzeli, abi on mogl latwiecij
zlussiecz, ij dan tee ktore powinijen, wasszeij

Cessarskiei milosczi davacz, gdisz tezas lata przeszle
viele szie ludzi rozbiezalo, y vielika szye szkoda
stala Valaskiei ziemij przes voiska rozmaitich lu;
dzi a zwlascza Tatarskie.

Dalei powie Possel. Krol ieo milosczi, Pan moij
milosczivi pamyętayącz nato, iesch wprzemiernim
liscie. Vascha Cessarska milosczi, napissacz y przes
Posla Pana mego wskazacz kniemu raczil, abi ieo
M. Pan moi Sczarzem Tatarskiem pokoi chowal,
gdiesch on iest vichowaniecz y przyiaczyel vaschey
C. M. ~~dossijcz vczinicz~~, Vczinicz chczącz, Pan moij
volij vaschey C. M. dossicz vczinicz, chowal pokoi
y miez dobri S czarzem Tatarskim, nadzievając
szye tesch od nieo przyiasnij y pokoyu, ale gdi Pan moi
naviecze y obesspiezel szye na zachowanie pokoyu, te;
di Cessarz Tatarski slal ludzie swe, przi ktorich y
Turci biwaya, voiowacz ziemie ieo M. Pana mego.
A gdisz to ~~wszilko~~ kylko razow skodi czinil, po vczinio;
niem przimierzu z waszą Czessarską mczią, Pan
moi kazal mi to Vaschei Cessarskiey mczi powie;
dziecz, abi vascha C. M. napominącz, y wsczią
gnącz raczil Czarza Tatarskiego, zebi szye wpzesa;
sznij a wpokoyu zachowal, S krolem ieo milosczią
Panem moijm milosczivim Przyiaczielem vaschei
C. M. bo iesli bi tego vascha C. M. nieopatrzil, tedi
bi krol ieo milosczi, Pan moi mussial bronicz, ziemie
y ludzi swoijch, od voiowania Tatarskiego

Przitim tesz Pan moi kasal vaschei C. M. powie;
dziecz, yesch Przeciwko vmowie, y Przymierzu, lu;
dzie vasszei C. M. Turci, stoyą s ovczami svoimi

ij Sbaramij, ij Passe ije wziemi Krola ie^o milosczi Pana m^o, A tak Pan moi kasal vaßei C·M·ze: dacz, iako przijaczela swego, abi vascha C·M· dla zachowania przimierza, ij dla vchronienia zwadi miedzi ludzmi naschemi, ij takiesch tesch zlodziej: stwa, roskazacz ludziem swoijm, abi nie chodzili na ziemie Krola ie^o m^{ci} Pana mego S owczami ij sbaramij swemi, beß dozwolenia ludzij ij starost Pa: na mego.

Powie tesch Posel, Krol ie^o M· Pan moi milosczivi kazal vaschei C·M· powiedziecz, ijsch gdi kniemu przijachal Possel vaschei C·M· Kierdei zaijdbek dowiedvijącz ßije o Piotrze Woiewodzie Valaskim. Tedi Pan moi powiedzial mu, to czo bela prawda, ijsch go wpanstwie ije^o kro: Milosczi niebelo, Ale Thadora brata Piotra woiewodi, Staroste Chozim: skiego, ij z zone ijsdzijeczmi ij zewßitkim skarbem ije^o, tak iako bel do Pana m^o zijemie vczekl, vi: dacz kierdeiowij kazal, ij przesenie v. C·M· poslal, ste nadzieije swe ij zaobietnicze Kijerdeijowe ijsch ijm nieniało nicz bicz, A wßakosch ßlißi Krol iego M· pan moi ze bi ijm gardla belij pobrane.

A iazbaschei ij ijnßi Baschei posdrowi Possel od nas a bendzie ijch zedal ijmieniijm naschim, abi ßije przicinili do Cessarza o richle ij o dobre wize: czach naschich odprawie, A przitim teß bendzie zedal ich, a zwlascza Aiazbaschei, abi nam wßit: ko dobre v Cessarza ie^o m^{ci} przijaczela nasche^o ijednali, ij oto stali, abi ta przijasn miedzi Cessarzem a miedzi nami stroni Cessarskiej bela ~~zwlascza~~

wzalosczi zachowana, bo mi bescho takiesch stroniy naßei przeziwko Cessarzowi ij^o M. chiemi ijx nieporozuißenie zachonacz

Iesze powie Possel Cessarzewi ie^o M. iseh naßex zadanie nasche, przes ostatniego Posla naschego, ktoregosmi v Cessarza mieli, razil dacz listi miastam naschim ktore wewloschich ma Krolewa ijej M. Malßonká nascha, ktoremi bi ßije szizicz miali Ludzium Cessarskiem, abi ijch nievoiovali. Ale ijsch naimie iednemu Miastu, Capuesche, przepomnial Possel lista wzijcncz, bendzie nasch Possel teras prossil, abi temu miastu list takiesch iako ij ijnnim dano, Cessarz roskazacz dacz raczel

Bendxli Posla pijtacz o nowinij niema niez powiedacz iedno zo^bi belo nießkodno,

Iesli bendx Posla pijtacz o Turkij, ijsli bi^{ijm} Owze beli wrogom, Niechai tak Powie isch Pan moy wßitki Owze kazal wrozicz, ktore od zlodziegi beli odbithe, ij zlodziejie pokazacz. Ale Owicz tich niechzieli bracz Turci, a tak wiele ijch Posdichalo.

Krol ij^eo milosz Pan moi niechzial bi bijz wtim winien, gdi ßije Turci, nie opowiadaijx, starostom ij^eo M. a dopuszczenija, paßeij niezxdaijx.

Sigismundus primus Rex Poloniae Iacobo Vilamowski ad Turcarum Imperatorem

Generose fidelis dilecte, Graecus ille Carcocadda, iterum hic nunc nobis magnam molestiam exhibuit, in vectigalium solutione à Mercibus, quarum circiter viginti Millibus aestimatio est facta. Exhibuit lrãs Imperatoris commendatitias, quibus fretus, volt ut liber sit à vectigali, quod ascendit supra mille florenos. Fert aũt res quae non videntur ulla roñe usui Imperatoris convenire, Sic iam multoties vectigalia nrã ab illo absorbentur et nescimus qua grã. Nos nunc ob Imperatoris amicitiam condonavimus ei vectigal, id aliquin non facturi si res ipsius Andreae et non Imperatoris, esse certo nobis constaret. Quare, et hoc tu insinuabis per medium Bascha Imperatori, et percontaberis diligenter an ista ad usum, & necessitatem Caesaris emuntur tam multa, et tam crebro, et an cum voluntate Caesaris eiusmodi lrã scribuntur, quibus ex facultatibus poscitur aliquid, Veremur enim, ne ista abeant in posterum Tributi necessitatem et consuetudinem, ~~Cuius~~ cum nos id non ex necessitate, sed ex mera erga Imperatorem amicum & vicinum nostrum faciamus voluntate, Quicquid aũt ftas tua, ea in re expiscabit, nos de hoc per commodiorem quamque occasionem faciet certiores, Quod si in futurum quicque eiusmodi rerum pro usu Caesaris comparari debeat, vellemus

vt non Graecus is, sed alius quispiam mittatur, et vt,
vel res describantur quae sunt emendae, vel suma, quam
dabit sua causa Imperator Mercatori, ubi enim etiam no
esset, Graeci huius molestiam ferre, et vectigalium no:
strorum detrimentum pati non possumus. Dat. Crac.
XXIXa die Mensis Martii Mo Do XXXIXo

Sigismundus primus Rex Poloniae Ioanni Hungariae REGI

SErme, Quod postulat a nobis Mtas vestra, vt aliquan:
tisper Legatum nrum ad Caesarem Turcorum mittere dif:
feramus, dum certis quibusdam de rebus suis, ad nos prius
referat, Id pro mutua nra necessitudine libenter factu:
ri fuissemus, nisi iam ante complures dies, Legatus is
noster in viam se dedisset. Ac dolemus quidem, quod
non aliquanto de hac voluntate sua nos Mtas vestra fece:
rit certiores. Caeterum, cum quod factum est id infe:
ctum reddi non possit, Iamque Legatus nr Turciae
fines attigerit, vt ne reuocare quidem eum e cursu
suo possumus si maxime vellemus, Mtem vram
animum hunc nostrum gratificandi illi, boni consul,
turam confidimus, Quam Optamus diu esse incolumem
et quam foelicissime rem gerere. Dat. Crac. die XI
Mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingen:
tesimo, Tricesimo nono.

Iacobo Vilamowski ad Imperatorem Turcarum

Vilamowski. Po twim wyiachaniu, gdi sam do nas przyia:
chali Poslowie Zwiegiyer, zxdali nasz od Krola Iana
Wiegierskiego, syna naschego miliego, abismi iego wprziasn
Cessarskx zaleczili, A tako roskaznyiemicz abi thi
S Cessarzem od nas mowiel, y Sbaschamy wtey rzeczy
naten Sposob. Naprzod, powiesch, ysch my wyedzxcz,
y znaiyxcz przyiasn, y dobre sassiedztwo, ktore ma przes
wiele lat krol Jan s Cessarzem J°. M. à ysch tesch Ce:
sarz wyele listow do nas pissal, zaleczaiyxcz go nam, à
ò powiadaiyxcz, ysch yest yego Przyiaczel, Dalismy yemu
Dziewke nasche za Malzonke, ktorxsmi barzo mylowali
Maiyxcz te nadzieye, ysch tam bendzie mieschkala wpo:
koiu dobrim, za tx przyiasnyx ktorx ma Cessarz J°. M.
ku krolevi J°. M. wegierskiemu, Potim powiesch,
ysch gdy szye yusch tak stalo, zxdami Cessarza
yego mczi. abi thei przyiasniy, y braczkiy milosczi kto:
rx ma dawno przeciwko krolowi Janovi, odmie:
niacz yey mieraczel, J ò wsszem dla naschei przyiasny
y braczki mczi, bi wyetsza iesze teras przyiasn jemu
okazowacz raczel. Gdismi my dziewke nasche wnadzieye
przyiasni Cesarskiy yego mczi iemu za Malzonke dali.
Bo gdi yemu dobreyprzyiasny y sassiedztwa dobrego
okaze Jego C. M., to myemnyey przyimowacz bendzie:
my yedno yako bi nam samim szye tam dzialo.
A to chczemi abi pilnie wedle roskazania naschego powie:
dzialsy sprawiel, pod laskx nasszx. Crac. 14. April 1539
Regni nri xxxiij°

Legatio data Iacobo Vilamowski ad Ioannem Hungariae Regem

Is Vilamowski, legatus ex Turcia ante aliquot dies in Poloniam redierat. Ideo vero ad Joannem Regem missus fuit ut Regi ipsi Ioanni ea quae in Turcia de ipso Rege dici audierat, referret, ut Rex Ioannes contra Turcorum molimina tempori sese prepara: ret, aut Turcam placatum sibi redderet.

Principio Sermum Do: Hungariae Regem nostro nomine salutabit atque omnia fausta et foelicia illi precabitur.

Hoc idem faciet apud Sermam Do: Coniugem eius, filiam nostram charissimam cui et ipsi salutem et incolumitatem re: rumque omnium prosperitatem verbis nostris precabitur.

Deinde qua causa missus sit narrabit, atque ea omnia recensebit, quae de Sermo dno Rege Hungariae cum esset apud Ce: sarem Turcarum dici audivit, quod quae scire Mtem eius interesse putaverit, de eo neutiquam celabit.

Postremo rogabit, ut Mtas eius, quandoquidem instaret ~~iam~~ tempus illud quo fieri Dotis inscriptionem oportebat, ut ne quid ei rei morae interponat, atque ut primo quoque tempore legatum suum mittat, tum ut informatio Dotis fiat, tum ut auferatur ea pecunia, quae dotis et Paraphernorum nomine Mti eius debetur.
Petet etiam a Mte eius se primo quoque tempore di-

mitti. Nam et illius et nostra plurimum refert, quanto citius te ad nos reverti.

Causam quoque Valeczka viduae commendabit, ut quae marito illius debebat, Serenissimus Ioannes Rex Hungariae ea illi dissolvi iubeat.

Sigismundus primus Rex Poloniae Antonio Cardinali Pistoriensi regni Poloniae Protectori

Reverendissime in Christo pater etc. Renunciatum est nobis esse isthic quosdam homines nostros, per quos nulli licet ullum sacerdotium satis tuto possidere. Qui eo etiam progredi feruntur audaciae, ut ne iis quidem periculum creare dubitant, qui per nos, aut Serenissimam Coniugem nostram, ex concessione Sanctae Sedis Apostolicae, sunt nominati. Quorum nobis importunitatem hanc, et nostri quasi contemptum, facile refrenari liceret, nisi contra hoc genus hominum (qui vitam tam essent Spirituales, quam et nomine et Privilegio Spiritualium uti gaudent) prius omnia experiri statuissemus, quam a iure nostro, potestateque Regia praesidium mutuati essemus. Quare Reverendissimam Paternitatem vestram, rogamus, ut eos ad se vocatos diligenter admoneat, quo se nostros homines esse meminerint. Neque impune se esse laturos, sibi persuadeant, Si nominatos per nos, aut per Serenissimam Coniugem nostram, negotium facessere perrexerint, Denique quibuscunque modis Reverendissima Paternitas vestra, eos a vexandis litibus Nominatis nostris deterreat, Quod si haec non processerint, alia

rem aggrederemur via, Dabiturq; à nobis opera, vt Har;
pias istas rapacitatis aliquando sua importunitatisq; poe;
niteat. Optamus R. P. vram diu eße saluam et inco;
lumem. Datis Crac. secunda die Mensis Aprilis. Anno
dni M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Lando Duci Veneciarum

Illme Princeps, et dne amice charissime. Pergratum
nobis fecit Illa vra: quod lris suis nos reddit certiores
sibi Reipubcae Venetae gubernacula comissa, atq; incre;
dibili omnium consensu, se Venetiarum Principem, esse re;
nunciatum. Non potuit quisquam Nuncium nobis adferre
laetiorem. Quo plura enim allata sunt ad nos, de multis
praeclaris virtutibus, et meritis, erga inclytam Rempcam
hanc Illis vrae, hoc maiorem ex eo voluptatem percipimus,
Quod qui iam olim fructus illi debebatur, is tributus tandem
sit, hoc ad Illem vram honore amplissimo delato, Quem
quidem illi ex animo gratulamur, Deumq; vt fortunet
precamur, Si quid erit, in quo nos, vel Illi vrae, vel
inclitae huic Reipcae Venetae comodare possimus, ea
omia de nobis vt firmiter sibi polliceatur, licebit, qua
de eo, qui cum in illam, tum in Remp: illius quam sua;
vissime sit effusus. Qui ante Illem vram, ad
inclyta Reipubcae, istius gubernacula sedebat, Illis
dnus Andreas Gritti, aliquot Eptis ad nos scriptis
comendauit nobis causam Ciuium quorundam Venetorum,
qui Vincentium Lasocietum huc miserant, ad nonnulla

F venditas esse fatebatur, et ab eodem Alexandro Judeo t
suo nomine exigenda. Is cum vocasset in Jus hominem
quendam nrum Civem et Mercatorem, Crac. reiq3 vendi-
tione, cum eo expertus esset, Quod cum se certas merces
quas Abramo Judeo F misissas, accepisse diceret: Respondit
homo nr, se merces istas in solutum accepisse, à Lazaro
et genero et socio Alexandri, atq3 id multorum testimo-
niis confirmavit. Caeterum cum ipse fateretur actor, Mer-
ces istas Abraamo venditas esse, negavit eum rei ven-
dicatione secum agere posse: qui dns earum rerum, quas
vendicaret, esse desiisset, Cum rei vendicatio non com-
petat, nisi dno, contra possessorem, neq3 possit agi ex
vendito in rem, sed in personam tantum et in praecium
Quarum se istarum Mercium fuisse possessorem, quintum
annum agi, cum possidere caeperit, ut si Actori actio
competeret, vel sola praescriptione tutus esse posset.
Cum et haec, et multa praeterea alia à Reo dicerentur,
quibus causam sua ita firmaverat, ut et nobis, et
assessoribus nris, iustissima viderentur, de nra, Sena-
torumq3 et Consiliariorum Regni nri, sententia decre-
vimus. actionem Pasculeto, contra Hectorem non com-
petere, Ac priusq3 decretum hoc esset promulgatum.
Ne queri possent Cives veneti, nos studio quodam erga
hominem nostrum, decretum id fecisse. Optionem dedi-
mus Pasculeto, à nobis ne potius sententiam ferri, an
in venetiarum urbe cognosci causam hanc suam vellet:
Res mira accidit, quod non nolle reus videbatur, id
modis omnibus detrectabat Actor, seq3 nram potius
sententiam audire velle dicebat, quam ut Venetis
Judicibus causam disceptandam permitteret. Nos id
quod Decretum iam semel erat, pronunciari fecimus, Nullu
habere agendi Jus Pasculetum, non dubitamus, quin
ipsa Jllts vra, non aliter fuerit iudicatura, Quo magis

etiam confidimus, quod factum est à nobis, id eam in optimam partem acceptura. Cum enim Judicis officio fungeremur; non licuit nobis commendationis potius cuiusque, quam fidei nrae, et religionis rationem habere. Optamus Illm. vram diu esse saluam et incolumem. Dat. Cracoviae tertia Aprilis Anno Domini. M° D° XXX° ix°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Archiepiscopo Gnesnensi

Rme etc. Accepimus binas lras P. vrae, In unis accusat nos, quod in terra Ravien. cohorti Militum eum praefecerimus, qui ex eo territorio oriundus non est, neque ullas inibi habet possessiones, Itaque contra Regni nri Constitutiones nos fecisse queritur, id quod tum à nobis factum videri posset, si eum professus esset apud nos aliquis nomen ad eam rem suum, reiectus à nobis fuisset, Caeterum cum ex eo Territorio, nemo hanc sibi à nobis dari Provinciam peteret, cumque iam instaret tempus, quo educi contra hostes exercitum opporteret, ne quid periculi mora adferet, officii nri esse putavimus: id quod etiam fecimus, ut qui nobis idoneus visus esset, eum cohorti Raviensium Militum praeficeremus. Quod factum nrum si quis reprehendit, sibi imputet, quod non tempori nos certiores fecerit esse in Territorio Ravien, qui munus hoc sibi mandari postularet. In alteris lris hortatur nos P. vra. atque obtestatur: ut firmis praesidiis Arcem Camenecen muniamus, neve ullis



ea in re sumptibus parcamus. Utinam verò quàm sol-
liciti sunt omnes de exhauriendo fisco nr̃o, tam vellent
lacunas, quæ in eo fiunt, expletas. Si dandi nullus
finis erit, neqꝫ cuiusqꝫ benignitati, fiscus adiuuabitur
non erit dandi breui facultas, Omnes quidem nos
hortantur et monent, vt ne grauemur sumptum facere,
sed interea tamen non videmus quemquàm, ita pr̃iæ
suæ esse amãtem, qui de suo largiri quicquàm velit,
ad salutem eius conseruandam. Impendimus iam in
Arcem Camenecen, plus quadraginta millia floreno-
rum, paruo, vt ad nos affertur, cum illius fructu:
Ne reliquum quidem, quicquid à nobis fieri poterit, pro
tuenda illa impendere grauabimur, neqꝫ quicqꝫ eorum
prætermittemus. quæ ad officium nr̃um pertinere pu-
tauerimus, si modo et ceteri quorum res agi vna
nobiscum videbr̃, officio et debito suo ea in re deesse
nolint. Datũ Crac. die tertia Mensis Aprilis 1539

Sigismundus primus Rex Polonie
Ludouico Comiti et Palatino Rheni,
et Ioachimo Marchioni Brandeburgen

Illũmi etc. Accepimus lrãs Illũ vr̃æ, quibus homi-
nis istius sui causam nobis cõmendat: atqꝫ vt Ius
illi per nos administretur, contra Fredericum Schmaltz
hominem nr̃um, quem ipse sibi certam pecuniã debe-
re dicit, à nobis postulat, Per nos et licuit semp
et licebit cuiqꝫ, cum quouis homĩe ditionis nostræ

Iure experiri, atq; quod suum diceret esse, à quouis, Iu:
ditio repetere. Itaq; nihil est, quod dicat impedimento
esse: quominus Iudicio suum auferre possit. Nam quod
Fridericum Schmaltz moratorias quasdam praescriptio:
nes, nostro beneficio concessas, praetulisse refert, per quas
cum eo experiri non potuerit. Nos memoria quidem
tenemus, quorundam Senatorum et Consiliariorum Re:
gni nostri, precibus adductos, moratorias literas Friderico
Smaltz, nos dedisse: sed quae non latius tamen patebat,
quàm ut ne cuiq; nostrorum hominum liceret, ab eo, poe:
nam debitam Iudicio repetere. Exteris verò quomi:
nus id licere vellemus, in ijs nostris non continetur.
Sibi itaq; imputet, quod à Friderico Schmaltz dum
is in viuis esset, Iure suo non repetiit. Quod si cum
haeredibus agere illius quicq; volet, quod Iuris erit
non ei negabitur. Caeterum quod Iure petat à nobis
ut nos pro debitore hoc, ei satisfaciamus, certumq;
boum numerum quotannis absq; vectigalium solutio:
ex Regno nostro abigendi potestatem ei permittamus.
nos non videmus, tantoq; minus, id quod petit, prae:
stabimus, quanto magis eum in supplici libello Illustri:
vestrae oblato, et nostrae, et suae personae, oblitum esse
perspicimus. Nam precibus suis minas quasdam occul:
tas addit: Quibus nos permoveri posse putat, si Commen:
datio Illustris vestrae non satis esset apud nos ponderis ha:
bitura. Quam nos quidem pro eo animo, quo sumus erga
Illustrem vestram maximi facimus. Sed cum iste et ini:
qua petat: et praeter decorum, nihil hae illius minae
proficient, quàm quod si quid erit hominibus nostris
detrimenti allatum: id unde profectum sit, non igno:
rabimus: tantoq; minus nos etiam latebit, quae sit
huic malo medicina facienda, quod fore speramus.

ut in authoris caput recidat. Et iterum sperans Illtem vram, nostram iustitiam, et non hominis istius audaciam, et temeritatem (quantum in illa erit et quantum Jus aequitasque patiuntur) adiuturam. Cui bene cuncta à Deo rebus omnibus optamus. Datum Craco. nona Mensis Aprilis Anno Domini M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Duci in Prussia.

PEccatis hoc nris fieri agnoscimus: ut pluribus nunc nos qui Christi fidem profitemur, quam unquam antea post hominum memoria periculis conflictemur, Nam qui pacis et dilectionis Deus est, non alia re magis offenditur quam si à pace et dilectione sua, si ab Ecclesiae unitate recedi videat, Nunc quosdam videre licet crudeliores, qui tunicam Christi inconsutilem in tot partes dissecant, ut nihil mirum sit, si tot Orbi Christiano undecunque discrimina impendeant, Quare precandus Deus est, ut det nobis non dissensionis, sed charitatis, unitatis et concordiae spiritum, Quo eadem omnes sentientes commune istud incendium minore negotio restinguere possimus, Sed haec breuibus attigisse de Germaniae contentionibus sufficiat. Fuit nobis vehementer gratum, quod Illtas vra spem et expectationem de se nram non fefellerit, atque omnia ea se pro virili sua prolixe facturam receperit, quae ad nram Regnique nri defensionem pertinere putauerit, dum nos vicissim terris et illius et nris

Prussia prospiciamus, nisi enim illa pro studio erga nos suo, proque officio suo suppetias laturus Regno nro venire conaretur, existeret aliquis interea, qui Prussiam bello lacesseret, si eam praesidiis nudatam intelligeret, Nobis vero curae id futurum est, Mittimus nunc insignes legatos ad Serenmu Do: Roma: Regem, Hiis dabimus negotium, ut de communibus periculis, Mtem eius admoneat, atque hoc agant, ut si quod Deus Omen avertat, periclitanti Regno nro, aut Illtas vra, aut alius quispiam Germaniae Princeps suppetias laturus veniat, tutus interea sit a domesticorum, hoc est a Christianorum impetu, dum a Christianorum cervicibus tantam pestem amovere studet. Quod vero scribit Illtas vra se, aut ipsam ad Comitia quae proxime in terris nostris Prussiae habebuntur ventturam, aut nuntios suos missuram: hoc quoque nomine gratias illi agimus. Ceterum necesse non putamus, ut ipsa Comitia obeundi laborem suscipiat, per nuntios suos si id transegerit, abunde nobis satisfecerit, Hiis itaque dabit negotium ut omnes vias et rones perscrutatur diligenter, quibus si qua Regno ingruet necessitas, auxilium aliquod non poenitendum afferre terrae istae possent, Nos vero dedimus in Mandatis, ut cum Illtis vra nunciis in proximo isto Conventu pro festo divi Stanislai, Marienburgi colloquatur. A ceteris Germaniae Principibus nil dum responsi tulimus, ubi rescripserint aliquid faciemus ea de re Illtem vram certiorem.

Ad Regem Daniae de consilio Illtis vrae scripsimus quas lras opera illius, ut primum facultas fuerit, perferri ad Mtem illius velimus, Datis Cracoviae die decima septima Mensis Aprilis Anno domini M° D° XXXIX° Regni nri XXX° iij°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Christierno Regi DANIE

Ser[enissi]me Princeps et d[omi]ne, affinis n[oste]r char[issi]me, Ita Deo visu[m]
est, ut etate proxima superiori vicinu[m] nacti sumus truculen-
tissimu[m] Turcarum Tyrannu[m], cuius potentia cuncto orbi
Chr[ist]iano, valde est formidolosa. Qui itaque sit rerum no-
strarum status, facile M[aies]tas v[est]ra coniecturam facere potest,
Etsi enim nullum cu[m] eo bellum indictum habemus, quom[odo]
ille tamen utilitati sua dirigit om[n]ia, neque diutius pa-
cta servat, q[uam] quo[a]d ad id sua videt interesse. Non possu-
mus non esse solliciti: Ne, ut est in proverbio, aliquid
mali nobis eveniat propt[er] vicinu[m] malum, cum praeser-
tim non vanis rumoribus ad nos perferatur: eum
Prussiae terris inhiare, praecipue vero portui Gedanen[si],
ex quo cum facilis sit transmissio in omnes prope Chri-
stiani orbis partes, eo si potitus sit, absque ullo magno ne-
gotio se totius maris dominu[m] fore persuasum habet.
Quarum enim rerum in terris suis summam penuriam et
difficultatem patitur, roborum, picis, funium nauticorum
atque aliarum id genus rerum, ad edificandas atque
ornandas et instruendas naves pertinentium, earum summam
copiam, in n[ost]ris Prussiae et Mazoviae terris esse ei
inculcatum est, Oportet itaque nos semper in procinctu
esse, atque omni cura providere, ne quid Regnum n[ost]r[u]m
detrimenti capiat propter vicinum tam potentem.
Quoniam vero non adeo sumus nobis ipsi ignoti, quin

facile istud intelligamus, maiorem esse vim Turcarum, quam
qua nris viribus arceri à nobis possit, cogimur undecumque
auxilia petere: ab ijs praesertim, quorum vel amicitia
freti sumus, vel quos ijsdem periculis opertimos fore vi:
demus. si quid, Quod Deus omen avertat, nobis Regnoque
nro secus accidisset, de quo mero cum sit Mtas vra, cuius
nos animum in nos ~~in illam~~ (ex mgsa in illam) mittentes ~~ex nro~~, eam sua:
vissime in nos effusam esse nobis persuademus, ad quam
etiam ingens periculum perventurum esse cernimus, si quod
procul Deus avertat, Vicinus illi contingeret hic tam
truculentus, quam potens tyrannus scribendum ad illam
duximus: atque maiorem in modum petimus, si quavis
hostium extiterit maior, quam cui nos viribus nris resiste:
re possimus, ut ope atque auxilio suo nos ne velit destitutos.
satiusque esse meminerit pro alienis quam pro suis foris pugnare,
Integris enim nris viribus facilius erit vim tantam pro:
propulsare, Quam si quod absit, fracta ea sint et imminuta.
Haec nos pro mutua amicitia, pro communibus periculis fiden:
ter ad Mtem vram scripsimus, quam una eademque
rone et suis et nris rationibus prospecturam, neque volga:
re aliquod animi in nos sui signum daturam firmiter con:
fidimus, Optamus Mtem vram, diu esse salvam et inco:
lumem Dat. Crac. xvij Aprilis 15539

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioachimo Marchioni Brandeburgen.
Archicamerario et Electori Imperii

Non est clam proculdubio Illtem vram. Quemadmodum proximo superiori anno invaserit in Valachiam Turcarum Tyrannus, Voievodam, inde eiecerit: atque in locum eius alium suffecerit, ex cohorte sua, potioremque Valachiae partem sibi usurpaverit, itaque gravem nobis et molestum vicinum nacti sumus. Cuius potentia non potest non esse nobis formidolosa. Sunt quidem pacta nobis cum illo Induciae: sed non satis fidimus vicino huic tam potenti, qui utilitate sua metiri solet omnia, neque diutius pacta servare, quam quoad sua id interesse intelligit. Itaque cum certo simus edocti, eum proxima insequenti aestate in Valachiam rursus cogitare, sitque rumor communis incertus, eum per Regnum nostrum in Germaniam irrumpere velle, Pro mutua nostra coniunctione admonendam vram Illtem putavimus, ea de re ut mature suis rationibus prospiciat, memor illius triti omnium ore versiculi: Tum tua res agitur paries cum proximus ardet, etiam atque etiam deliberet, Satius ne sit in vicinia exortum incendium communibus viribus restinguere, an expectare, dum id in sua ipsius ditione, longe lateque populari omnia incipiat,

Nobis nullum est, cum Turcarum Tyranno bellum indictum, sed cum eum in faucibus Regni nostri cum ingentibus copiis futurum exploratum habeamus, non possumus non anxio esse et sollicito animo (ab Illte vra.

ra expectamus omnia, quae a filio nostro charissimo, non fallet procuudubio spem et expectationem de se nostram, atque curae huius nostrae et sollicitudinis aliquam in se partem suscipiet. Fecerit aut nobis rem gratam, si quos habet Principes Germaniae maiore sibi familiaritate necessitudineque coniunctos, eos certiores fecerit de periculis Regno nostro nunc impendentibus. Quod si non fuerit mature subventum, quae nos nunc, eadem illos postea manebunt pericula. Nil enim separatim nobis accidere potest a caeteris Germaniae Principibus. Nos primi Turcarum et Tartarorum impetum sustinere cogimur: Quod si quod procul avertere Christus velit pares esse non possemus, et secus aliquid nobis eveniret, graves et molestos vicinos, Germaniae Principes essent habituri. Optamus bene valere etc. Crac. vij^o Martii Anno dni 1539, Regni nri 33°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Marchioni Brandeburgen
Duci in Prussia

Non est nobis dubium, quin vel amicorum literis, vel ipso etiam rumore iam cognoverit Illtas vra, quod gravem vicinum nacti sumus anno proximo superiore in Valachia: cuius bonam partem ipse Turcarum Tyrannus occupavit. Ei terrae quae fuit reliqua praeposuit Alumnum quendam suum: Qui se Valachum quidem profitetur, sed cuius sectae sit non satis certum habemus, utcunque non alienum se a Christiana religione videri velit. Nobis quidem cum Turcarum Tyranno bellum nullum est indictum, sed

vicinitas tamen eius suspecta nobis non est, ita ut vacuo
à cura esse animo non possumus, cum enim in ipsis Regni
nostri finibus validissimo cum exercitu praesentem futurum
certum habeamus. Quis est qui praestare queat quomi-
nus in nostram ditionem potius quam alio se immittat. Maiore
nos nunc quam antea cura et vigilantia pro Regni nostri sa-
lute et incolumitate excubare oportet. Habemus explo-
ratores nostros apud Caesarem Turcarum, qui diligenter
odorentur, quid illic rerum agatur, atque ea quae aguntur
omnibus vestigiis indagata ad nos afferant. Ex his
unus nuper rediit, qui narrat Pontem, quo ripas Da-
nubii superiore anno iunxerat, qua in Valachiam
aditus patebat, eundem in locum eum deportandum
curasse, ita ut illud iam exploratissimum esse queat
nobis, quod sit in Valachiam cum exercitu ingressurus.
Nam et Serenissimi domini Joannis Ungariae Regis filii nostri
charissimi explorator eadem attulit, nulla in re à
nostro discrepans. Atque ut solet Deus laeta misereti-
stibus, Cum incursionem proxime fecissent in Podolia
Tartari, non parvam eorum manum Milites nostri concide-
runt. Fuerunt illis Turcae permixti, ex his captus est
quidam non postremae sortis homo. Cum esset ex eo quaesi-
tum, quid consilii caperet Caesar Turcorum, quonam irrum-
pere aestate sequenti statuisset: narravit eum in Valachiam
certo ingressurum, inde in Ungariam irrupturum. Dedisse
autem negotium omnibus Tartarorum Caesaribus, ut cum ingen-
tibus copiis in Regnum ditionemque nostram invaderent,
quo nos difficili & periculoso bello distenti, Regno
Hungariae succurrere non possemus. Videmus itaque Re-
gnum nostrum aestate hac non omnino vacuum fore à periculo
vel à metu potius periculi. Ac ut ad arcendum Tarta-
rorum impetum Christo opitulante pares esse possumus.

Quoniam tamen solet Caesar Turcorum, ad subitos rerum casus et euentus consilia plerumque sua accomodare, neque quicque ei tuto credi potest, qui non diutius fidem cuique seruare consueuit, quam quoad id sua interesse videt, non possumus non anxio et sollicito esse animo, cum nos et graui cum Tartaris bello distentos fore intelligamus. Et in ipsis faucibus Regni nri potentissimi hostis tam validum exercitum futurum videmus, qui, vt ad nos allatum est, non incerto rumore, Prussiae, praesertim vero Gdanum portui valde dr inhiare. Deus auertat pestem hanc a ceruicibus nostris. Erat enim nobis deliberatum, vt in his quae proxime habuimus hic in Comitiis certa quaedam et stata Regni defendendi ratio iniretur, quo ad omnes hostium repentinos impetus excipiendos, atque ad arcendam vim si quae de improuiso allata esset, parati et expediti esse possemus. Ad quam ronem cum perueniri non potuerit, promissum est tamen a nobis, vt nos hostes imparatos non offendat. Sed si maior aliqua vis extiterit, veremur vt nris ea viribus arceri queat. Quare hortamur Illtem vram, cum et addicta nro Regno sit, et nihil nobis separatim accidere posse a se intelligat, ita se paret, vt ad commune incendium restinguendum si quod de repente exuperit, praesto nobis esse queat. Qua in re nihil dubitamus Illtem vram officio suo esse facturam. Neque solum arctissimo coniunctionis nostrae, mutuae, verumetiam communis periculi et discriminis ronem habituram. Non abs re autem rem facturam existimamus, si de periculis ijs nostris caeteros quoque Germaniae Principes admonuerit, quos habet sibi familiaritate aliqua implicatos, vt etiam atque etiam secum deliberent, si quod in vicinia exortum

fuerit incendiu: satius ne putet illi esse tempori subuenire, an expectandum ducant potius, ut in suis ipsorum Regionibus late grassetur. Certe regnum nrum a Tartaris a Turcis: Germaniae propugnaculu quoddam est, et antemurale, cui nisi subuenerint, si fortasse necessitas aliqua postulauerit, quod Deus omen obruat, eadem illos quae nos manebunt pericula. Nos quoque in eandem sententiam scribemus ad eos quibus nobiscum coniunctio aliqua et necessitudo intercedit. Optamus Illtem vram bene valere Dat. Crac. die sexta Marcii Anno Domini M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniȩ ad Electores Imperii

De ingenti Caesaris Turcaru apparatu, multa nobis horrenda nunciantur, quem omnino decreuisse ferunt, in Vngariam impetum facere, quod quo comodius praestare possit, hoc agit ut nos quoque grai cum Tartaris bello distenti suppetias afflicto illi Regno ferre non possimus, cum ipsi potius externis auxiliis opus habituri videamur, Persuasit enim ille Turcarum Tyrannus omnibus Tartarorum gentibus, ut numerosissimo exercitu in Regnu nostrum inuadant, quibus etiam suas copias adiunxisse, tormentaque bellica suppeditasse dicitur. Ad quorum vim propulsandam omnes Regni nri vires nos conuertere necesse erit. Cum itaque et nos et Serenmus dns, Joannes Vngariae

Rex filius nr̃ charissimus, graues et formidolosos ho;
stes habituri simus, facile potest coniectura capere Illtas
vrã, si alteri nostrum secus aliquid, quod Deus omen
auertat acciderit, Ipsam Illtem vrãm à periculo vacuã
non fore, Hæc enim duo Regna, quædam esse totius
Germaniæ propugnacula videntur. Quæ si saluam se
esse volt non minus eis defendendis curæ adhibeat
oportet, quam si sua ipsius res agerentur, Vere enim scri;
ptum est illud: Tunc tua res agitur, paries cum pro;
ximus ardet, multo certe satius est alieno in solo ho;
stem repellere, quam expectare, dum auctis viribus pro;
pagataque ditione sua, te ipsum sociorum auxiliis desti;
tutum adoriatur. Sed si veri sunt rumores, qui
vulgo iactantur, in quibus secundum Deum spes erat
maxima Turcarum, immanitatem à Christianorum cer;
uicibus propulsandi, hij mutuis ipsi inter se odiis arde;
re à quietis consiliis abhorrere, atque in viscera sua
seuire velle potius dicuntur, quàm vt de arcendis com;
munibus Christiani nominis hostibus cogitationem suscipiat.
Quæ res, vt nobis qui cunctos fere Germaniæ Princi;
pes aliqua nobis necessitudine implicatos habemus
dolorem affert incredibilem, ita communibus hostibus
~~cogitationem suscipiant. Quæ res vt nobis qui cunctos~~
~~fere Germaniæ Principes~~, et animum addit, et summo
eos gaudio afficit, atque in spem quandam erigit ipsius
etiam Germaniæ potiundæ. Magna hæc est Dei erga
nos ira, quam tanto magis meremur, quòd cum ille
ad Patrem suum coelestem ex hoc mundo migraturus, nõ
aliud nobis Testamento reliquerit, quam pacem, nos Te;
stamentum illius violamus, hæreditatem respuimus,
et quod ipse nos adoptando fecit, filii eius esse recusa;
mus. Dici non pôt quàm hæc à nobis dolenter scribatur.

Non possumus enim non summam ex eo molestiam capere quod esse quosdam videmus, qui viri videntesq[ue] ruunt, in interitum, ac privata sua odia explere velle potius di-cuntur, q[uam] ut publice commoto Christiano populo periclitanti succurrant. Quare quo plus authoritatis obtinet Ill[ustri]tas v[est]ra inter Germaniae Principes, hoc eam hortamur impensius atq[ue] per viscera misericordiae Dei rogamus, ut in eam cu-ram toto quod aiunt pectore incumbat, quo inter Ch[rist]ianos, Germaniae Principes praesertim, pax esse queat et concor-dia, ut si quae sunt inter eos privatae simultates, eas Chri-stianae Reip: necessitati condonent: deq[ue] propulsanda vi, quam afferre conatur immanissimus Turcorum Tyrannus curam cogitationemq[ue] suscipiant, dum salvum est Regnum nostrum, dum et Hungariae Regnum nondum est prorsus collapsum, facilior est ratio sermo illi Tyranno resistendi. Sed ruere duo haec Regna non possunt, quin v[est]ra quoq[ue] Germania eodem labefactata motu concidat, Haec nos non nostris modo, aut Ser[enissi]mi d[omi]ni Hungariae Regis, veru[m] etiam totius Germaniae rationibus prospicere cupientes, Ill[ustri]ti v[est]rae pauca esse scribenda putavimus, a qua maio-rem in modum petimus, quantum potest, tantum ut con-tendat et elaboret, si quorum an[im]i commoti sunt, eos ut tranquillare, atq[ue] tum sibi, tum aliis Germaniae Prin-cipibus persuadere queat, afflictum et calamitosum Hun-gariae Regnu[m], omnibus omnium viribus atq[ue] opibus esse sustentandum, atq[ue] om[n]ia ab omnibus fieri oportere, ut in Turcorum Tyranni potestatem ne perveniat. Quod nos attinet eo sumus an[im]o, ut corpus nostrum libenter simus oblaturi, si repraesentari morte n[ost]ra salus reipub: Chr[ist]ianae possit, Terrae aliis suppetias non possumus, grami ipsi et periculoso bello distenti, sed nullum tamen esse poterit, discrimen, quod non adituri sumus.

priusquam ut per Regnum ditionemq; nostram, aut in Germaniam aut in Ungariam adytum hostibus patere patiamur, hoc si praestiterimus, quod nos Chro nobis opitulante praestare posse confidimus, abunde magnas suppetias, non Hungariae solum, verum etiam Germaniae attulisse videbimur. Quam vicissim a Regno nro non defuturam, si qua vis illi maior allata sit, no dubie nobis pollicemur. Data sunt eadem in sinjam Mandata, ad Illtem vram Magco Joachimo Maltzan libero Baroni Vartenbergen, etc, sincere nobis dilecto a Sersmis dominis Ferdinando, et Joanne Hungariae Regibus, etc, fre et consanguineo ac filio generoq; nris charissimis. Quorum postulationi, quin locum datura sit Illtas vra non dubitamus. Has tamen illi lras quoq; adiungendas esse duximus, ut et ipsi officio Chriani Regis functi esse videamur. Qui certe non alterius rei desiderio magis ardemus, q; ut tranquillitas animis Chrianorum Principum atq; in gram et concordiam reductis, in communem Chriani nonis hostem communia arma vertantur. Quod Illti vrae tanto magis curae futurum speramus, et optamus quanto id minus aequum esset futurum et illius humanitate indignum, trium Regum tam ardentes postulatioes plenas Chrianae charitatis, non id quod debent merito pondus apud eam habere, Nos enim ut duarum istarum Mtum Regiarum in Tuendo Hungariae Regno: atq; in auxiliis undiq; petendis studium, non possumus non vehementer probare, ita lris hisce nris declarandum Illti vrae putavimus, eundem esse sensum nostrum: idem nos quod illos cupere, neq; nolle quicq; q; ut periclitanti Hungariae Regno q; firmissima subsidia primo quoq; tempore mittantur. Cui nihil

potest à Germania separatim accidere. Hijsdem enim omnes periculis oppositi esse videmur, ita demum inuicti futuri, si vitam discrimen, suum quisque discrimen esse duxerimus, et amore potius inter nos, quam odio certauerimus. Quod reliquum est Illti vrã, salua, integra, et prolixa omnia à Deo eueniri optamus, Datum Cracoviæ XXVIa Aprilis M° D° XXX° ix°, Regni vero nri XXXiij° Sigismundus Rex ssr

Henricus octauus Rex Angliȩ Carolo . v.°
Cȩsari. Regibus populoqꝫ Chriano Salutẽ
et concordiam de Sÿnodo Vincentina .

Cum non ita pridem Libellus, nostro et omnium subditorum nostrorum nomiẽ, scriptus, in lucem prodierit, qui et abũ; dè multas causas contineret, quamobrem Concilium illud repudiauerimus: quod Pontifex Romanus, abusus prȩ= textu surreptitiȩ cuiusdam authoritatis, nec à Deo concessȩ, nec diutius à Principibus ferendȩ, primo Mantuȩ futurum simulauit, mox, ubi nullo ageretur constituto loco in Calendas Nouembres distulit, ut planè doceret, nihil eorum, causam nostram grauare posse, quȩ vel in eo hominum, in eandem sententiam, aut sectam potius iuratorum consensu, vel in quouis alio, per Romani Pontificis subdititiam illam authem con; uocato Concilio statuerentur, visum nobis necessȩ non est, toties nouum protestandi recusandiqꝫ Conciliũ labo; rem subire, quoties Epũs Romanus, et ii, quorum ingenijs ille ad fraudes sȩpe abuti solet singulari Con; silio, nouam aliquam illudendi nobis rationem exco; gitent. Et tamen cum quedam hoc tempore, vel ex loci mutati occasione, vel ex alia aliunde causa

nobis in mentem veniant, quæ cognita orbi prodesse possunt videmur nobis rem facere non alienam ab eo amore, quem fidei et religioni Christianæ debemus, si hac nostra Epla, cum auctario quodam priorem sententiam confirmemus, Confirmatam quidem illam volumus, perpetuo interim protestantes, neq; enim libellum à nobis hoc anno editum, neq; hanc præfatiunculam illi ideo præfixam, quod quisq; Christianorum Principum sit, vel qui impensius, quàm nos exoptet, publica Christianorum, Comitia, vel qui libentius ad ea, quam nos adfuturus sit. Imò nos vehementer etiam atq; etiam Principes omnes Christianos, potentatus omnes, atq; adeò universos populi Christiani ordines, rogatos volumus ut sibi persuadeant, nihil æquè expetere nos, ac ut tandem nobis detur Concilium, quod generale, liberum, ac pium dici possit: quale nos in illa nra de Mantuensi Concilio protestatione, utcunq; adumbravimus. Certè ut nihil maiores nri sanctius inuexerunt, publicis istis Christianorum inter se consultationibus, præsertim adhibitis, ad eum quem par est, et modum et finem, ita vix quicq; est, quod Reip: Christianæ fidei, religioni maius periculum creet, maiorem cladem adferat, quàm generalia Concilia, si quis illis ad quæstum, ad comoda, ad errores abutatur. Generalia appellantur, ac vel ipso nomine satis non admonent, Omnes in universum Christianos, qui de dogmate aliquo inter se dissentiunt, hic apperte, libere, impune, sententiam suam proferre posse. Nimirum cum quæ in generali Concilio decernuntur, ex æquo ad omnes quorum consensu fiunt pertineant ac spectent, par est, ut quisq;, quæ sentiat, intrepide pronunciet. Dubio procul, nos non putamus, id Concilium generale dici debere, ubi solum audiantur ij, qui perpetuo decernunt, per omnia Pontificis partes

fouere: ac in huius Castris, vel contra sacras lras signa
ferre. Generale Concilium nec est, nec dici potest, vbi ijdem
et solum Aduocati et aduersarii, ijdem et rei, et Iudices
sunt. Imò contra Ius naturae est, vel vt nos patiamur, in
nosmet legem tam iniquam sanciri, vt vel praesidiis omnibus
nos destitui sinamus, nullumque perfugium, ad quod grauis-
simis iniuriis affecti curramus nobis relictum esse veli-
mus. Pontifex et sui, nobis valde inimici sunt, libenter
et nos et Regnum nostrum perditum vellent, Id quod
multis argumentis et nobis, et ipsi adeo orbi declararunt:
et nos nonne naturae iudicium violamus, si istis de nobis
iudicandi potestatem faciamus? Honos illius superstitio-
ne, vi, et dolo malo quaesitus, potestas illius, per religio-
nis praetextum, contra religionem et sacras lras, cre-
ata, primatus illius, per orbis ignorantiam, per Pontificum
ambitionem, et non intellecta sacrae scripturae loca, consti-
tutus: quae omnia discussis errorum nebulis, non solum apud
nos cecidere, verum etiam apud omnes breui casura vi-
debantur, nonne restituentur omnia, non redibit honos,
non facesset Regibus negotium potestas limitum nescia,
non sibi omnia vendicabit primatus, si ille Iudex causam
vel optimam nobis suo arbitratu eripere possit, et debeat,
ne ille quidem vel talpa caecior est, qui non apertè vi-
deat, quem litis nostrae finem sperare nos necesse sit, si hostis
tantus sententiam de nobis ferat? Imò si quando
fieri potest, Concilium volumus, vbi aliqua spes sit,
ea restitutum iri, quae iam diu deprauata, religionis
Christianae penitus interitum minatur. Atqui, vt huiusmodi
Concilium omnibus votis expetimus, omnibus omnium
precibus, à Deo Opt°: Max°: ambiendum putamus:
ita rursus nostri officii arbitramur esse diligenter ca-
uere, et ne cuiusque subditorum nostrorum, hac Pontificum

artes fraudi sint, et caeteros quoque Principes Christianos etiam atque etiam admonere, ne Pontifex Regum authoritate, ad extirpandas crescentis Euangelii radices, ad Principum turbanda Iura, ad Regum imminuendam authoritatem, Maiestatemque laedendam abuti possit. Nos non dubitamus, quin lector non iniquus, facile sit ea probaturus, quae in sequenti hoc libello à nobis scribuntur, non tam purgandi nostri causa, quàm vt hinc orbis intelligat, et varias Papistarum fraudes, et quantopere nos religionis controuersias tandem aliquando sublatas esse cupimus. Quae de Mantua illic dicta sunt, De vincentia haud dubiè dici possunt, Conueniunt penè omnia. Neque credibile est plures Vincentiae futuros, qui de fidei negotiis consultent, quam Mantuae superiori anno fuerint, Merito sanè deluditur, qui bis deceptus, bis perfidia falsus, tertio se deludendum tradit. Si qui antea Mantuam properabant, mediòque itinere peracto, frustra se in viam dedisse postea intellexerint, non existimamus, tam esse stultos eos, vt semel frustra suscepto tanto itinere, rursus deridendi peregrè proficiscantur. Tempus quoque et rerum status eiusmodi est, vt religionis negotium verius nunc vexari, quam commodè tractari possit. Nimirum cum orbis penè vniuersus sic bellorum tumultibus aestuet. sic Turcicis apparatibus molestetur, poterit ne quispiam tam religioni inimicus esse, vt hoc tempus Conciliis commodè celebrandis idoneum putet? Certè nostras cum Episcopo Romano controuersias, multo multoque grauiores videri par est, quàm vt vel hoc turbulentissimo tempore excuti debeant, vel vt procuratoribus, etiam si tempus pacatissimum esset, sine magno nostro periculo committi possint. Quid alii Principes facturi sint, non satis scimus: verum nos neque Regum

nostrum hoc tempore deseremus, neq; causam nram, in qua totius Regni nri salus vertitur, cuiquam praterq; nobis ipsis credimus, Imò nisi alius aequior Judex detur comodiorq; tractandi causam nram locus: etiam si caetera adsint oia, de quibus nunc conquerimur, nos ad hmôi Concilium nunquam accedemus. Nunq; ltsura arbitrum eum constituemus, qui causa nostrum audita, contra nos non mults abhinc anis sententiam tulit, Volumus dogmata quae profitemur ritè examinari, excuti, ac ad sacras lrâs, veluti ad Lijdium lapidem adduci, Inconcussa antiquari, incognita opprimi, vera occultari, non sinemus, non patiemur, non feremus. Quin ut nullum iota Chri doctrinae, non modis oibus, vel cum vita et Regni nri periculo tueamur, et defendamus, ita nihil est, quod hanc doctrinam oppugnit, obscuretve, quin cum eo nos perpetuum bellum geramus, Veteres oes omium Paparum traditiones, quae vel illius Tijrannidem adiuuant, vel superbiae aristas attolunt, ut apud nos in aeternum abrogatas esse volumus, ita si Christi, Opt: Max: gratia, nos non destituat, perpetuo, ne noua nro consensu constituantur, quae nos vel Regnum nostrum ligent, etiam atq; etiam cauebimus: Quod si qui sunt, quos sua caecitas nimium non delectet, nil dubium est, quin istos ratio, etiam si Chri gratia eorum pectora, nondum intrauit, facile doceat, quam non aestimanda sit huius authoritas, ut pote, quam illustri quodam exemplo Federicus Dux Mantuae, inter optimo, locum Concilio designatum. Pontificia permiges, tantum non labefactauit, Nam si ex aio cogitauit Pontifex, Mantuae Concilium celebrare, ac de Jure diuio Jus habet vocandi Principes, quo volet, cur quoq; Jus non habeat, quem velit locum deligere,

Mantuam delegit Pontifex, Dux ab hac eum arcet, Si Paulus habet tantam autoritatem, quantam sibi vendicat, cur Federicum cogere non potuit ut apud se Concilium agi pateretur, Dux non passus est, imò eum prohibuerit, quid est, quod hic cessent dirarum fulmina? cur hunc non coercuit? cum plenitudo potestatis hic vacua esset? An non frustra vocat, si cum vocati venerint, ab eo loco excludantur, ad quem is vocaverit? an non poterunt Reges videri sibi Jure optimo non venire debere, si Dux Mantuae Jure locum negare potest, quem Pontifex delegerit? Si caeteri Principes ad hunc modum eum tractent, quis tandem locus Concilio relinquitur? Rursus si hanc vocandi potestatem Principes illi largiuntur, an non ea omnia concedant illi necesse est, sine quibus Jus illud suum, exercere non potest? An vocabit, nec locum quo vocet, reperire eum sinetis? Certè non solet Civitatem aliquam suam, Concilii celebrandi Sedem constituere. Homo pius tam est, ut caeteros fidus & amicus, ut Principes domi sua hospitio excipere, non ita frequenter consuescat, Et ut ad Civitatem aliquam ditioni sua subiectam nos vocet, nos ne tuto intra tanti hostis moenia versabimur? Illic ne exentiendae religioni, an propulsandis insidiis, dogmatibus ne defendendis, an servanda vita, operam dare nos praestiterit? Ergo vel hoc uno facto Pontifex declarat, in loca alieno imperio subiecta, nihil sibi Juris esse: Et proinde si deinceps in his concilium promittit, id pollicetur, quod in aliena fide situm est, praestare, et ita nos rursus fallere potest. Sin ad se vocet, hospitis mensam metimus: esurire melius, quam hinc saturos discedere

Atqui repertus est inquiunt locus anxia, posthac alium ne quaerite. Quasi quod Mantuae accidebat Vincentiae, quoque accidere non possit. quasique credibile sit, Venetos tanta prudentia viros, non id videre, non id metuere, Quod prudentissimus Dux Mantuae metuisse videtur. Certe cum cogitamus, quo in loco res Venetorum hodie sint, nobis vix fit verisimile, eos vel Vincentiam suam tot exteris nationibus, sine magno illic relicto praesidio credituros: vel in tantis sumptibus praesidium ibi alere velle. Et ut alant, an non Paulus ipse fatetur, rem mali exempli esse armatum Concilium habere? Utut erit, vos etiam atque etiam rogatos volumus, ne gravemini ea legere, quae superiori anno de Mantuensi Synodo scripsimus. Nihil enim dubitamus, quin pro vestra aequitate facile a nobis contra horum insidias stabitis, iudicaturi, nisi fallimur, nos in hoc negotio, neque nimium affectibus indulsisse, neque sine gravissimis, ac iustissimis causis, horum concilia, censuras, decreta, recusasse. Omnibus ut haec nostra probemus, ne laborandum quidem duximus. Si quae, non iniqua a nobis scribuntur, aequis lectoribus placeant. satis est Iniquorum hominum calumniae nos, vel nihil, vel non ita multum commovebunt. Quod si quid in Pontificis fraudes acerbius a nobis dictum est: vitiorum odio, non nostrae in eum malevolentiae, imputate, Imo ut ille, et sui intelligant, nos cum eorum vitiis, non cum illis bellum gerere. Precamur ut Deus aliquando eorum oculos aperiat, cordis duritiam emolliat, et ut tandem illi nobiscum aeternam aeterni Dei gloriam, posthabita sua, illustrare studeant, Vale Caesar Auguste, valete Monarchae Christiani Orbis columnae, et tu popule, quisquis es, qui Chri-

Euangelium illustratum cupis, Vale, Datum Londini,
ex Palatio nostro, apud Westmonasterium, sexto Idus
Aprilis. Anno Regni nostri xxixo Christi vero
xxxixo

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

SAnctissime. Eo nunc sunt Regni mei res, omnino ut opibus adiutum id oporteat, potius ne in Christiani nominis hostium potestatem cadat, quam ut velle quisque debeat, ex inopi Regno aliquid, sibi emolumenti quaerere. Etenim preter graves vicinos, quibus iam pridem scriptum est, accessit proxima superiore aestate vicinus alius multo formidolosior, non mihi solum, verum etiam, cuncto Christiano orbi truculentus ille Turcarum Tyrannus, quem omnes a finibus suis quam longissime abesse cupiunt. is Valachiam meae ~~ex~~ ditioni contiguam suae iam ditionis fecit, ita quae fuit olim Romanorum ea nunc facta est Turcarum colonia, In singulos nanque dies migrare eo Turcae et suas ibi sedes figere dicuntur. Quae res, metuo, ne quid Regno meo afferat detrimenti. Quare supplico Sanctitati vestrae, ut pro paterna sua benignitate, qua periclitantibus Christianorum Regnis subvenire tenetur, hoc quoque meum respicere dignetur. tanto aequioribus oculis, quanto maiore diligentia promissum est a me, ut cum aliorum quorundam fides vehementer sit labefactata, id in fide, officio, potestateque Sanctae sedis Apostolicae, semper in hunc usque diem remanserit. Non hoc peto, quod ultro aliis Regibus offerre soliti sunt hii qui ante Sanctitatem vestram Ecclesiae gubernacula tenebant, ut ex archa sua beni-

qui Regno meo faciat, vt belli contra Crucis Christi hostes gerendi, neruos vndique suppeditet, sed cum certam exili vectigal, ex Regno meo Sancti, vrae. debeatur, quem Sancti Petri Denarium vocant, Quaeso illam magnopere, quod iam alias quoque feci, quandoquidem non ignorat: quot praelia, quot dimicationes, quot annis contra Crucis hostes sustinuam maiore meo sumptu, quam cui ferendo iam esse possim, vt vectigal hoc saltem in sempiternis temporibus Regni mei necessitatibus condonet, et vere sancti Pontificis officio fungetur, et cunctae Reip[ublicae] Christianae plurimum comodabit, Comendo me et Regnum meum qua summa possum animi mei demissione, ac Deum precor vt illam in multos annos incolumem et felicem conseruet, Datum Cracouiae XXIX.a Aprilis Anno domini M.° D.° XXXIX.°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Antonio S. quatuor Coronatorum Regni P. Protectori

Contigit nobis vicinus is, quem, vt ~~gloriosissime~~ longissime a se Deus auertat vota faciunt omnes Principes Christiani. Saeuus enim ille Turcorum Tyrannus Valachiam Romanorum quondam Coloniam, suam nunc fecit Coloniam, ita vt in ipsis iam Regni nostri finibus versantes et habitantes Turcos videre liceat. Quae res quanto sit Regni nostri cum periculo coniuncta facile potest Rev.ma P. vra. cum ex virium nostrarum imbecillitate, tum ex illius Tyranni immensa potentia coniectura capere.

Itaq[ue] necesse habemus undiq[ue] auxilia petere. Quaequidem et à Sanctissimo do: nro, literis nris non semel, iam postulamus, non ut ex Arca sua nervos belli nobis suppeditaret, sed ut tenue vectigal, quem denarium vocant sancti Petri, Regni nri necessitatibus sempiternis temporibus condonaret. Quod quo facilius impetrari queat: Rogamus R. P. vram ut sua nos authe adiutos isthic velit. Supplic.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Antonio Cardinali S. Quatuor Coronatorum Regni Poloniae Protectori

Renunciatum est nobis, nominandi facultates omnes, quae nobis, quaeq[ue] Serma Coniugi nrae, concessae sunt, esse revocatas, in Olavi cuiusdam ex Swetia, gratiam, Quae res, cum ad nram pertineat indignitatem, non possumus non graviter, et moleste ferre, ita nobis illudi ab ea Sede, à qua gravitatis et constantiae exemplum, cum ab aliis petitum oporteat, ut quae hodie nobis concedantur, ea res irrita fiant, et rescindantur. Fieri potest, ut haec fisco sint utilia, sed certe honesta ut esse credamus, adduci non possumus. Atqui in ea Curia, in qua specimen honestatis relucere aliis oportet, non esse fas videtur, utile ab honesto separari, Quamq[ue] ne utile quidem esse potest hoc Romanae Curiae, in eam hominis opinionem venire: non aliud in ea magis, quam utilitatem spectari. Quae enim est alia maior causa istorum, quibus nunc affligitur Ecclesia, dissidiorum: quam

ob causam aliam desciscunt ita multi à Romana Curia
quàm quod persuasum habent, nil in ea, præter Fisci
queri utilitatem. Hanc tam foedam opinionem, ut emul-
lant ex animis hominum, cum ipsi Sanctissimo dño nro, tum
cuncto eius purpurato Senatui est elaborandum. Cuius rei
nos R. P. vram, admonendam esse putamus: cum quòd
dolet nobis ntra hæc indignitas, qua istic afficimur: tum
quod illud quoque non minus certè molestum accidit, ita
passim traduci Ro: Curiam: tantoque omnes illius odio
inflamari. Atque eius quidem indignitatis: qua istic
afficimur, rescindendis donationibus nobis factis, autor
esse dicitur Alexander Sculteti Canonicus Varmien. ho:
mo impurus, de cuius plurimis vitiis et flagitiis, mul:
ta sunt ad nos delata. Qui quo impunius ei liceret, quæ:
cunque vellet, facinora designare, exemptionis etiam
istic privilegium obtinuisse dr: ut contra interpositam
fidem et Jusiurandum, excusso obedientiæ iugo, quæ
mater est virtutum omnium, præceps ire posset in Ba:
ratrum cunctorum scelerum et flagitiorum. Ac quan:
tum illi profuerit, Privilegium istud exemptionis quàm bellè
profecerit in Schola turpitudinis, ex Scheda supplicatio:
nis R. p. vra cognoscet. Interea tamen homo iste impu:
rissimus, nescimus quibus rebus, tantam nactus est, in
Curia ista, autoritatem, ut arbitratu suo, quos volt
eos exturbet: quos volt: eos intrudat: in Ecclesiam Var:
mien. Eiecit enim proximis hisce diebus ex illa For:
licem Reich, virum et doctrina et integritate præditum
singulari, ipseque in locum eius successit. Itidem etiam
alium quendam virum bonum: atque puerum sororis suæ fi:
lium in locum eius suffecit, Alium Cantoria, alium
Decanatu, evertere est conatus. Neque ita pridem
Præposito Varmien Secretario nro. omnium fortunarum

periculum creavit, Atq3 conari etiamnum dicitur, vt
ei omnia sacerdotia eripiat, quae decem et septem plus
minus annos, ita possidet, vt nemo, eorum nomine, ullam
vnq3 ei actionem intentaverit, Adortus erat et alterum
Secretarium nrum Stanislaum Hossium, Juris vtriusq3 Docto:
rem, Cantorem et Canonicum Ecclesiae Varmien, eiq3 actio:
nem intentavit, de Cantatu et Prabenda Varmien, cessit
postea liti, Sed cum idem vigore nominationis nostrae
Cantoriae possessionem eadem in Ecclesia, acceptuaus esset,
prohibere eum conatus est, quod se ad hanc ipsam, ne:
scio quem regressum, habere diceret, quem tu non osten:
dit, Nunc nos R. P. vram rogamus, vt operam det,
ne quid homo iste tam impurus, tamq3 controversus
contra servitores nros istic obliniat. Dignior enim est,
qui ex Collegio Canonicorum exturbetur, quam qui novas
aliquas in eo dignitates adsignatur, Suscipiat itaq3 R.
P. vra servitoris nri Stanislai Hossij propugnationem
cuius longe diversa vita, diversi mores sunt. Quem:
admodum ex interprete istic nostro, Venbli Andrea
Czarnkowsky, vberius cognoscere poterit. Neq3 solum tuen:
dum hunc nrm suscipiat, verum etiam, vt caenum, atq3 la:
bes, Collegii Varschomien, meritas impuritatis suae poe:
nas det: atq3 vt privilegium istud exemptionis induca:
tur elaboret, Rem Deo imprimis, tum nobis deniq3
gratam factura, Postea q3 iure nominationis nostrae
Cantoriam accepit Stanislaus Hossius servitor nr,
si quid reliquum Juris ad Cantatum et prabendam eius
nominationis vigore acceptandum, id omne consentienti:
bus nobis in Casparum Hanonium Rndi dni Var:
mien Epi, sororis filium transfert, Quodquidem fa:
ctum illius consensumq3 nostrum S. D. nri, literis
petimus confirmari. Optamus R. P. vram, diu
esse incolumem, Crac, vj. Maii, 1539 Regni nri xxxiij

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Duci in Prussia

Accepimus lras Illtis vrae, aliquanto ante, quam nostrae ad illam posteriores peruenissent, Quod scribit de Comitiis hic habitis, ad quae venerint Pontificis Caesaris aliorumque Chrianorum Principum Legati, miramur equidem, quis haec somnia ad Illtem vram detulerit, quae non modo facta, sed ne cogitata quidem sunt. Quae vero de eo scribit, quemadmodum Caesarea Maiestas Christianis Principibus, bella inferre cogitat, pactis cum Imperatore induciis Turcorum, longe aliter ad nos perfertur. Verum quid quisque cogitet nos exploratum habere non possumus, Illud pro certo nobis affirmare licet, hac in re Sequestris nobis, atque interpretibus usum esse neminem. Consilia Illtis vestrae nobis probantur plurimum, atque illis aliquanto ante usi sumus, quam haec illius lrae nobis redditae fuissent. Scripsimus enim ad omnes Principes Electores, ut suam tum rem agi sibi persuaderet, cum proximus paries arderet, commune incendium, communibus viribus facilius restingui posse. Longeque satius esse aliena in terra, de propulsando hoste consilia iniri: quam expectare, dum tuis ipsius tectis, atque agris, excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem, inferat, In horas responsum ab illis expectamus, Caetera quoque quae scribit Illt vra grata nobis sunt, Deum precamur, ut usus ne sit, Sed si usus venerit,

fore putamus, ut nos hostis non imparatos offendet, ac
prima quidem in Deo fiduciam collocamus, Manus ipsi
quoqz cum necessitas postulauerit admoturi. Cupimus,
etc. Cracouie die septima Mensis Maij, Anno dni
Millesimo Quingentesimo trigesimo nono. Regni vero
nri trigesimo tertio.

Sigismundus primus Rex Polonie
Stephano Voievode Valachie

Redierunt ad nos Oratores nri, et multam Magcia vrae
erga nos aim propensionem et obseruantiam declararunt,
qua nobis grata accidit, Illam itaqz complexi sumus
ut vicissim in aio nro obfirmauerimus. M. D vram
nostra semper gra prosequi et bonam cum illa vicinitatem retinere, Cum autem ad iura vicinitatis bone id
videatur peculiariter, et praecipue pertinere, ne quisqz
subditorum vtrinqz nrorum, in soluendis vectigalibus plus nimio oneretur, Postulamus a M. D. vra
vt a Mercatoribus nris, et eorum mercibus, non faciat maiora thelonea exigi, quam vt aequum videatur
et antiquitus exigi sit solitum. Nam ita Mercatores
ad nos, nri, detulerunt, aucta istic esse nimium vectigalia, et quod prius simplum pendebatur, nunc duplum
exigi solere, Nos hic nostris vbiqz mandauimus, ne
in Mercatores, ex terra Moldaniae venien, audeat
aliquid statuere exactionis noua, neqz praeter veterem
consuetudinem vectigalia augere audeant, Et illos
id seruaturos, nihil dubitamus, modo ex parte M. D.

vestra, eadem ratione providcatur, ne oneribus novis inso-
litis et non tollerandis, subditi, mercatoresque nostri
aggravantur. Cum enim erit modus in capiendo, frequen-
tes erunt Mercatores, ex quibus maius redundabit emo-
lumentum, quam si propter magnam exactionem pauci
comercia exercere debeant. Factura in hoc M. D. vra
rem aequam, nobis gratam, et non minus nris quam
suis proficuam. Datum Cracoviae duodecima Maij
Anno dni M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Latalski Archiepo Gnesnen

Rme, etc. Quod citata est R. vra, id iussu nro fa-
ctum non est, Neque enim ad nos referre quisque solet,
quoties aliquem citare statuit, Sed cum ii simus nos,
qui summis, mediis, infimis, ex aequo Jus dicere, et iu-
stitiam administrare tenemur, liberum est cuique nobis
non requisitis, quem velit, ad Judicium nrum citare.
Quam recte aut quisque citatus sit, non prius ad
nos pertinet cognoscere, quam ea ipsa res, in Judicium
nostrum sit deducta. Sed neque Officiales nri accusan-
di sunt, qui in obsignandis citationibus, non aliud
observare tenentur, quam diem Citationis. Caeteris
in rebus si quid peccatur, eorum periculo peccatur,
per quos citatio est conscripta. Neque quicque ea-
iam res ad Officiales nros pertinet. Quare causae
nihil est, cur irasci cuique R. vra debeat: praeterquam
ei, qui citatione indecore usus est. Quod autem

scribit se dictum sibi diem obituram, itaqz Synodum edicere non posse, neqz ei interesse. Si bene nouimus virtutem P. vrã, et studium cum erga nos tum erga Remp: Regni nostri, nuqz aliquid indignum se faciet, neqz comittet, vt in tantis Regni necessitatibus officio suo desit, sed succurrendum eis potius pro virili sua existimabit, neqz vlla res erit ei tanti, ob quam in tantis periculis Regni salutem à se desertam esse velit. Si quid vero apud nos erit agen: dum, id per Procuratorem facile transiget, neqz ipsa prae: sens adesse, necesse habebit. Quod quidem non eo scribi: mus: quo non gratus esset nobis futurus aduentus P. vrã: sed cum pluximum interesse Reip: intelligamus, vt edicat Synodum: et ipsa ea intersit, maluimus, vt pro suo officio, presenti Reip: necessitati consulat: nobis vero etiam, vt absens sit P. vrã, Non minore tamen cura futura sunt ea, quae saluo officio et dignitate nrã, in gratiam P. vrã facere licebit, Caeterum profi: scitur ex aula nrã Venerabilis Nicolaus Cobilijenski, Decanus Camenecen, Secretarius nr, ad P. vram vna etiam Sacerdotia visurus sua, Qui cum cer: ta negotia habeat, apud P. vram peragenda: Po: stulamus ab illa, vt quibuscunqz in rebus opera illius vti voluerit se illi fauorabilem et gratiosam praestare velit. Quem vero habet idem, in animo quae: dam à P. vrã petere, fecerit nobis rem gratam, si ea concesserit, quae petiturus est, Quod etiam tan: to minus grauatim facturam confidimus, quanto est ab illa diligentius nobis comendatus, Quem nos vicissim P. vrã, non minus comendamus diligenter ab ea postulantes, vt ita se erga illum gerat, vt comendationem nram, non paruo sibi vsui fuisse intelli: gat, Bene valeat, P. vrã, et sit foelix Crac. x. Aprilis, Anno. M° D° XXXV°

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum Ungarie
et Bohemie regi

Nullus nobis dies illucescere potuit letior, quam quo ad nos perlate sunt re. Mtis vrẽ lrẽ, quibus nos pro suo singulari in nos amore, et frna benevolentia facere voluit certiores de optimis hisce conatibus, qui tam de religione Christiana tandem aliquando recte constituenda, quam de communi hoste Turco in suis finibus continendo, animis Christianorum Principum insederunt, Unde enim in spem erigimur, nisi cepta Principum studia refrigescant, fore brevi, ut diu concupite pacis et tranquillitatis fructum in universum capiamus. Quare ingentes agimus Mti vrẽ gras quod sue et communis letitie istius, nos voluerit facere certiores, Si quando occasio offeretur, pari officio eam Mtis vrẽ propensionem relaturi. Egimus quidem ob hec initia salutarium consiliorum, supplices, gras clement. Deo et servatori nro, sed ut ad optatum exitum hec que videntur bene inchoata perducantur, orare nondum cessavimus neque deinceps nisi perfecta re cessabimus. Sed nra sententia hec est, quod pax firma, non nisi hiis qui firma eademque una religione continget, poterit. Nam tunicam suam Christus inconsutilem contra eos qui eam scindunt, et in tot sectas horrendum in modum dissecant, tutabitur semper, et innocentes cum sontibus condemnabit, nisi avertat

à malo eos qui à via discesserunt, Legatos eos qui de fir:
manda pace perpetua ad communem Christianitatis hostem
sunt profecti, conduceret ita instinctos esse, ut cum de
Capitibus Principum Christianorum paciscentur, membra
Christianorum, et vitis communis palmites ita non relin:
quant ut inter oscitantes postmodum opprimi gladioque
acuto amputari facilius possint. Hinc scribere:
mus vicissim aliqua quae scire delectaret, sed prorsus
nulla habemus. Quin etiam non sumus sine metu,
de Tartarorum incursione, quam contra dominia nostra
moliuntur, Id enim Oratores nostri, qui ex Valachia
redierunt nobis de illis retulerunt. De Turco referunt
nonnulli illum è sedibus suis terra hoc anno pedem
elaturum, Quòd ut eveniat optamus, Non posset
enim nisi magnum inde comodum universae Christianae
Reip: redundare: Commendamus nos amori et fraternae
benevolentiae, Maiestatis vestrae, quam diu sanam et undi
quaque foelicem esse ex animo optamus. Cracoviae,
die xiija Maij Anno Domini M° D° XXX° IX°

Hieronimus de Lasko Ioanni Comiti à
Tarnow Castellano Crac exercituum
Regni Poloniæ Capitaneo generali.

Ill^ris ac Mag^ce domine dne affinis ac benefactor colendissime. Seruitiorum meorum deditissimam commendationem. Bialoboczki quem ex Constantinopoli Cracouiam ad Regni Comitia expediueram, nunc primum mihi à vra J. D. et ab aliis amicis lras attulit, Quoniam, cum ego ex Flandria, ad componendos nouos Turcarum tumultus in confinijs Sclauoniæ et Croatiæ exortos properassem, me aberrauit, nec in itinere obuium habuit, et propterea tanta mora successit, quod hactenus vra J. D. non respondi.
Videtur aut mihi vt primum respondeam vra J. D. querelę, quoniam non parua me afficit molestia, quòd video nimis acerbè illa esse de neglecto officio meo, et ad Imperatorem Turcarum profectione, questam fuisse, qui si rationem tum veteris nrę beneuolentiæ, tum acceptorum à Vestra J. D. benefactorum habere nollem, dedit mihi vra J. D. solennem causam secum expostulandi, illiq cum quadam acrimonia et vehementia respondendi, Credat enim Vestra J. D. tenere me memoria illa, quę vel pro me pertulit, vel quę Sermo dno Joanni Regi pollicita est, quę sicuti hactenus per magnam obseruantiam et gratiarum actionem grata mihi fuisse ostendi, ita etiam his satisfeci, pro quibus vra J. D. Regi Joanni

cautionem praestitit, ita ut neque à vra. I. D. neque à quo:
piam mortalium, pro hac ad Imperatorem Turcarum pro:
fectione, accusari et insimulari meritò, Si quidem palam
orbi est, nihil me ibi egisse aliud, quàm id quod ad bonum
publicum, et magnam ad bonum ipsius Joanis Regis per:
tinuit, sicuti nunc paci et tranquillitati Hungariae Re:
gni, Sclavoniaeque, et Croatiae, laborationis et ~~negotiis~~ negotiationis
apud Turcas meae, utilitas et comodum comprobatur,
et propterea mitius vra. I. D. hanc profectionem meam
ferre, neque me adeò reum facere debuit, siquidem ar:
gumentum et intentio illius vrae. I. D. obligationis
Regi Joanni factae talis fuit, quòd ulciscendi gratia
vel studio in Turciam proficisci non deberem, id quod
etiam feci, nam non in parandam vindictam, sed ad
avertendum bellum, quod Regi primum Joanni, deinde
Sermo dno meo Romanorum Regi imminebat, fueram
ad illum Imperatorem, iussu eiusdem Sermi domini
mei Romanorum Regis profectus, cuius mandata
obaudire praesertim in tam pia necessariaque Reipublicae
Christianae causa turpe fuisset, et peccatum pessimo
flagitio proximum. Imperator enim Turcarum, ma:
gnis causis à Rege Joane et iniuriis lacessitus, hoc
praecipue constituerat ut illum Regno exueret, sicuti
id Bassae, Dno Vilamowsky Sermi dni nostri Regis
Poloniae Nuncio indicaverant, Quis aut est, qui ratione
doceat Imperatorem Turcarum in eiiciendo Rege Joane
negotium habiturum, vel cum magno labore effecturum.
Nam quis et quàm firmus sit Regis Joannis status,
prius Tragedia, quam in Transylvania habet, indicat,
ubi illius terrestres et navales copiae? ubi amicorum
auxilia? ubi fortificatio passim vel munitionum, pro:
fecto destitutus fuisset bonus Rex, non ab exterris

solum, sed etiam à suis intimis, et vereor ne illum ipsius proprii, quibus plurimum fidere videtur, citius tulissent è medio quàm quippiam alii? Salutaris itaque illi haec mea profectio fuit, pro qua nec ipse vestram S. D. neque vrã S. D. me etiam accusare debet, Quoniam ego hic conatus sum illi et toti Christianitati pacem conficere, Cuius grã et ope dñi Dei talem iam pacem confeci, qualem boni et prudentes viri vident esse Christianitati vtilem et honestam id quod etiam dominus Soboczki Orator Serenmi dñi nri Poloniae Regis, si vir bonus est, vt ipse existimo, negare nullo modo potest, se vezt non intellexisse alia per me tractata fuisse, nisi ea quae ad communem pacem et tranquillitatem pertinent, à quo etiam vrã S. D. prius intelligere et prius explorare negotiationes meas debuit, antequam sic me acerbè et graviter lrĩs suis insimulaict, quoniam si hoc pacto respondendum mihi esset, quo pacto me iam reum facit, et accusat, impossibile esset, temperarem et ego adducere in medium rationes, cum vrã S. D. accusatione pugnantes, et propterea diligentissime oro, nolit vrã S. D. sic arctam nostram mutuam coniunctionem, tot vrã S. D. beneficiis firmatam vanis nonnullorum opinionibus debilitare, quoniam talis est nunc aliquorum virtus, vt quum cognoscant aliquos arcta amicitia vinctos, illosque valere consilio et viribus, omnibus artibus studeant illorum animos divellere, atque in aliquam discordiam pertrahere, vt sic illi qui sunt inutiles, possent natare tanquam poma, qui aliaqui in fundum irent, si aliorum virtus, si experientia animorum coniunctione et mutuo favore consilioque firmata firma constansque permaneret.

Porrò scriberem vestrę I. D. noua, neq; deessent talia,
quę scitu vrā M. essent digna, sed timeo ne literę
in alienas manus incidant, hoc tamen vrā M. sciat,
Quod Caesarea M. et Sermus do: meus Roma: REX
adduxit in toto animum suum, vt Germaniam tam pro
Religione quam pro omnibus aliis rebus paccare posset.
Et propterea idem Sermus Rex Spiram ad vigesimam
tertiam prntis diem veniet, Aderunt etiam ibi omes
Euangelici Principes, Insuper Magcus vir do: Corne:
lius Sceperus, fuit designatus vt ad Sermum do: Ioanem
Regem iret, propter publicationem istius pacis Hungarię,
quę vt publicetur et teneatur Caesarea M. tanq; me:
diator, et istius concordię deffensor volt,
Tranquillus etiam missus est ad Imperatorem Turca:
rum et erit ibi noster agens in Curia illa. Delatum
est etiam ad Serm dom meum Regem, quòd Rex
Ioannes apud Imperatorem Turcarum negasset se fe:
cisse aliquam pacem et concordiam, cum eodem Sermo
dnō meo Rege, et quòd bellum vellet mouere, modò
Imperator Turcarum iubeat, et illi aliquibus copiis sub:
ueniat, in hanc etiam sententiam dom Sobozkj fuisse
missum iniqui homines dicunt, hac hic nunc primum
intellexi. De rebus meis nescio quid scribam, Quoniā
in Polonia apud Sermos dnōs nrōs Reges intelligo
fluctuari, et apud Ioanem Regem iam naufragium
passas. Caesarea tamen Mtās, et inprimis tamen
Sermus Do: Ro: Rex dnūs meus clementisimus, suam
erga me benignitatem, aliquibus non aspernandis exem:
plis et donationibus testati sunt, promitten, etiam
breui maiora, grauis tamen mihi est Regum sub
quibus sum genitus indignatio, praesertim quòd imme:
ritè et nullo meo demerito illam perfero, ad quos

Sermus idem Ro: Rex dnus meus clementissimus suum Nunciu mittit, ob meam duntaxat causam, qui brevi hinc discedet, & vram J. D. conveniet, et per quem ali; quid vra M. scribam, quam rogo velit me ut iam diu habuit habere commendatum, neqz patiatur ut arti ali; quorum gra illius erga me diminuatur. Ex Vienna Quatuordecima Maij.

Legatio ad Ioachimum Marchionem Brandeburgen. Electorem xii Marcii 1539 missa, quam do: Stanislaus Laski Castellanus obiuit

Principio S. R. Mtis. verbis Illm. Do: Marchioni pluri; mu salvere iubebit, faustaqz illi omia et foelicia pre; cabitur, tanqz ei quem S. Mtas. Regia filii Charissi; mi loco numeroqz habeat.

Excusabit postea, q Legato Illmi D. eius Magni; fico Ioachimo Malzan responsi nihil dederit certi et deliberati, super postulatione feudi in Prussia. Nam cum S. M. Regia, gravioribus aliis Regni negotiis esset occupata, non potuit ea de re ad Sena; tores et Consiliarios suos referre, nisi prius rebus et negotiis Regni constitutis.

Caeterum ut primum tempus nacta est oportunum ita ut se facturam fuit pollicita: singulos Regni sui Senatores sententiam rogavit, ut quid ea de re sentirent, de qua Legatus eius Illis verba ferrat,

Ac omnes quidem uno ore si quid esset uni alicui tribuendum eum esse dicebant Illm Dom Marchionem ut ei praeceteris tribui omnia oporteret. Nam cum et Gener sit Sacrae M. Regiae, et Regni vicinus, id quod in propinqua amicitiae parte ponitur, fieri non potest, cum tanta tam arctae necessitudinis causa, cum S. R. Mte eiusque Regno illius intercedunt, Quin is necessario, et Serenissimo socero, et Regno eius sit amicissimus: Propter hanc itaque amicitiam, cum eius Illma D. non solum retinendam, verum etiam accessione aliqua locupletandam, libenter omnes Regni ordines postulationi Illtis eius assensi fuissent, si absque incommodo aliquo et detrimento Regni id facere licuisset, Nunc si admisissent, in feudum Ducatus Prussiae, nepotem ex filia Sacrae M. R. Illmi Dom Marchionis filium: tardius Ducatum illum Regni corpori adiunctum iri iudicarent. Sed autem in Regni commoda incurrisse, Quibus omnia posteriora ducere necesse haberent, si fidem suam et religionem saluam esse vellent.

Deinde vero meminisse se, quantum in eo negotii fuerit et difficultatis, cum Illmus D. Dux Prussiae inter Senatores et Consiliarios Regni se ponere, atque cum illis de summis rebus suffragium obtinere cupiebat, idque tanto studio et contentione vix ut ei resisti potuerit, Cum tamen Ducibus Masoviae, qui et ipsi in fide erant Seniorum Polo. Regum locus consultandi nunquam fuerit. Quod si casu aliquo eveniret, ut Illtis eius filius in feudum Prussiae Ducatus reciperetur: tum vero metuebant, ne illi et potenti Principi, et tanta necessitudine Regno coniuncto negari non posset, Quin quod perficere alii non potuerunt, suffragium illi in Consilio Regni obtineret.

Non obliti sunt etiam eorum, de quibus cum à summo Pontifice, tum à Caesarea Mte, post admissum Feudum in Prussia moderno do: Duci Prussiae grauiter est cum Regia Mte expostulatum, Neqz eos remittit ista sollicitudo: ut cum illis negotium sit assidue contra communem Chriani nominis hostem bellandi: non cogantur aliquando à potentibus Prussiae Principibus, ut fit, iniuria lacessiti, vires distrahere: et hoc Regnum, quod veluti propugnaculum est quoddam Christianorum ditionum in praedam Infidelibus exponere.

Haec, atqz alia praeter ea nonnulla quae nihil attinet, in praesentia pluribus commemorare, attulerunt Senatores et Consiliarii Sacrae: R: M: Quamobrem nequaquam esse concedendum postulationi Illmi D: Marchionis putauerunt. Cuius causam cum S: R: Mtas, quam maxime adiutam vellet, constanti tamen suorum voluntati cedere necesse ad praesens habuit. Ipsa certe pro eo amore, quo Illmum generum suum, maiore qz credi queat prosequitur: libenter omnia in gratiam eius factura fuisset, si per Regni ordines licitum fuisset.

Quod si quando maior alia dabitur opportunitas in hac causa desyderio Illmae Dnis suae satisfaciendi nihil eorum praetermittet S: M: Regia, quae ad socerum vel parentem potius indulgentissimum pertinebunt, Et quicquid aliquando effecerit, vel per litteras vel per nuncium D: illius Illmam reddet certiorem.

Illam filiam nram verbis nris salutabit etc, et illi fausta omnia et prolixa precabitur, simulqz

309
460

postulabit, ut nos de statu suo, et quibusque successibus certiores faciat,

Stanislaus Laski Castell[s] Przemautensis
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Capita responsionis ad legationem
ad me verbis habite.

Primum salutem: quam M[tis] v[ra] nomine attuleram: acceptam refert D[o]: Princeps Elector: vicissim fausta omnia foeliciaque precatur M[ti] v[ra]. quam parentis vice lubens habet: nec quidquam (aliud) de ea sperare vult, nisi id, quod ex me intellexit, scilicet amorem & benevolentiam perpetuam: Sicque longinsculo denunciata salute gras agit M[ti] v[ra] per me.

Quod autem secundo ad D[o]: Ioachimi Malzan petita responsum sit, Ill[us]. D[o]: Princeps Elector M[tis] v[ra] purgationem per me factam amplexus est: Nam plenum se dicit bona esse spei, de M[tis] v[ra] benevolentia erga se atque liberos M[tis] vestra nepotes.

Verum quod in Prussia foedum negatum attinet, dixit D[o]: Princeps Ellector, se scire vel putare potius ipsum foedum citra omnem Regni Reique publice iacturam ex chara filia nepoti dari posse. Quoniam ut res non nova et in multis olim Germania Principibus designata, ita longe maximo

vtrinqz vsui futura, venturisqz C Si quæ fata
appulerint) periculis proxima, Quid enim spe:
randum expectandumqz dixit Parenti à Nepote
aliud, nisi fidem ac officium? Quid vicino vel
affini nisi necessitudinem et benè merendi studium?
Sic in eam sensam Doctor ille, qui mihi Principis
nomine responsum dabat, attulit multa et longa sanè
verba. Adduxitqz illorum Principum exempla, quæ
in fide Serenissimorum Polo. Regum antiquitus ex
Germanis fuerant: tamen hoc præcipue ostendere
contendebat, Vbi in Prussia feudum Ill. dni Prin:
cipis Electoris natus sufficeretur, fore vt ab imperii
feudo euitando daretur Principi Electori occasio.
Si aut negetur à Mte vrá, tum demum oportere Do:
Electorem filium suum Imperii clientele seu feudo ad:
dicere vel inuitum. Et hic quoqz in ea re ornanda
nimis fuit copiosus, Doctor ille, et verbosus, Igr
non potest non optime sibi polliceri Do: Princeps
Elector successuram istam rem probe vt nouit Mts
vrá pietatem ac diuinum illud ingenium, in colligen:
dis futuris vel periculis vel comodis. Nec ar:
bitratur possibile Mtem vrám negaturam, rem
vndequaqz sanctam ac frugiferam: pro sua in
filium, affinem, vicinum gratia, et necessitudine,
proqz in Nepotem ex chara filia vnicum amore.
Quòd si quis comóda illa hinc nascitura negaret,
tamen necessitati parendum debere dixit, cui
Dii ipsi paruere aliquando. Cæterum non tulit
æquo aío, vt vidi illam de Ill. domino Prussiæ
nunc dominante Duce assimilatióm, quam Senatus
in hac parte pro scuto habuit. Nam primum
per doctorem illum, mox demum solus Princeps

Elector ore suo prorupit. Diversum esse illud negotium, à meis precibus, Quidquid enim illud fuit rei cum Ill. dno Alberto Duce Senatui, ex hoc unico fonte ortum erat, scilicet noluisse eo: Albertum ducem Ser.^m Regem pro dno venerarj, ac colere, quin voluisse iugum fidemque excutere. Hoc autem ipm in eius Illmo Dnis nato expectari piaculum putavit.

Moxque eo orationem deflexit metuendum fore, ne ordo Teutonicorum, capta tandem occasione, aliquid ansae arripiat, ad quam rem maximam illud praecipue faceret, si filius eius Illmo Dnis potenti adeo parentatu, multorumque amicorum Princeps in feudum permitteretur, Sed quid ego verba prosequor, cum Mtas vra id brevioribus intelligere dignetur, In summa Ill Do: Princeps Elector, cum per Doctorem tum per se ipsum: in hoc institit, ad Mtem vram precibus persuasionibusque, ut feudum filio habeat, si unque alias, nunc certe per me orat, suadetque sedulo, petitque me ut Senatui persuaderem identidem ac publico omnium assensu rogarem. Tatz.

Hoc ita habuit ut Mti vra scribo, tametsi alia aliqua ex aliis intellexerim, tamen illa Mti vra, ipse referam. Unum hoc addam: Mtas vra bonitate divina, magnum in orbe nomen sibi vendicavit sua pietate et modestia, Itaque cognomi desyderare omes Germaniae Principes à Mte vra, ut aliquem suum ad futuram hanc dietam mittat pacem concordiamque Statuum promovere. Mirum enim est, quantum ponderis apud eos habeant Mtis vra et dicta et scripta, Omnium ut ita dicam oculi in Mts vra foelicitate fixi sunt.

Extremum fuerit quoqz gras addere, quas Clti ve-
stra agit habetqz Illma Princeps dna filia, pro
tam clementi paternaqz salutatione, se in omnibus re-
cte fortiterqz valere indicat, quod enim summi ommn
letissimum me facit.

Sigismundus primus, Rex Poloniæ
Petro Gamrato Epo Craconiensi

Reuerende in Christo Pater, Syncere nobis dilecte, Inter alia quæ Legati à Sancta Synodo missi nobis exposuerunt, questi sunt etiam, violari iura Monasteriorum: atque liberam Abbatum electionem impediri, Ac nominatim à nobis petierunt, vt qui electus à fratribus in monasterio sanctæ Crucis in Abbatem, eum P. Væ. præsentaremus, electionemque fratrum ratam habere vellemus. Nos verò nihil à nobis vnquàm factum esse scimus, in quo Iura eiusque violata videri possint. Caeterum quod electionem Abbatum attinet, non de nostra id sed potius de totius Senatorũ et Equestri ordinis sententia, in Comitiis est constitutum, consentientibus etiam, et decretum hoc approbantibus Regni nri Episcopis, quibus refragari licuit, si Iura Monasteriorum ea re labefactari intelligebat. Nam quod in Comitiis est de omnium ordinũ consilio voluntateque constitutum, magnisque multorum clamoribus à nobis extortum, id mutare et antiquare nobis non licet, neque possumus. Hac in parte sanctæ Synodi postulationi satisfacere, Vt qui electus est, à fratribus sanctæ Crucis, eum P. Væ. præsentemus. Sed planum tamen fiat omnibus, nolle nos, quantum in nobis est, Iura eiusque violata, totamque causam hanc, in pro:

ximi futura Regni Comitia duximus reijciendam, priusquam in illis alterutram in partem decretum erit aliquid, neminem ad Sancta Crucis Monasterium praesentare statuimus. Vraeque P. tis cura id committimus vt in hoc quasi interregno, nequid Monasterium illud detrimenti capiat: atque vt omnia in eo recte et ordine fiant, diligenter prouideat, Factura pro officio suo, et gratia nostra. Datum Cracouiae in prima die Mensis Junij. M° D° XXX° IX°
Regni nostri XXXIII°

Iacobo Epo Vratislauiensi

SIgismundus primus Rex Poloniae.

Acepimus literas P. vrae atque eas, vna, quae inclusae illis fuerunt Praefecti Opolien. simul cum quorundam querelis lecta sunt nobis omnia diligenter, sed aliud perspicere non potuimus, quam quod hominibus Mtis Regiae Romanorum, atque Illustris domini Ducis Opolien. nulla per nostros facta est iniuria, nostris autem per illos multae, et quidem magnae, minimeque ferendae. Principio quod hominem nostrum attinet ex Ilkusch, cuius merces, Praefectus Opolien. commisso sustulit, cum in commissi causam inique ceciderint, Longe aliter res habet, quam est ad vram P. delatum. Cum enim homo noster pontem transiret, cum mercibus, sub ipso Oppido professus ea est, ac dixit Publicano, siue ministro eius, se praesentem pecuniam non habere, sed in Dirrisono vectigal persoluturum, vna

vt sequatur admonuit, Qui secutus quidem est: Sed
vbi ad Dinczorium ventum esset, non solum merces
commisso sustulit, sed ipsum etiam vectorem comprehen-
di, et custodiæ tradi iussit. Quasi vero non satis
animaduersum esset, si quid etiam pœna dignum commi-
sisset, mercibus eius sublatis, nisi et vector ipse, contra
Leges omnes, contraque mores, in vincula coniectus,
atque ad mortem usque in ijs detentus esset, Cogno-
scat P. vra, quam hæc iniqua sint, quam indigna,
quam nobis minime ferenda. Comprehendit postea
præfectus nr quosdam ex Ducatu Opoliensi, volens
eos tantisper detinere, dum vector iste dimitteretur,
mercesque vi ablatæ homini nro redderentur. Sed
hi nro iussu sunt dimissi: quod amicitiæ causa fuit
conseruanda, inter vicinos populos, Iure isto pignora-
tionis, vti visum nobis non esset. Ac dolet quidem
nobis hominem nrum fortunis esse suis euersum,
et ad summam inopiam redactum, sub prætextu
fraudati vectigalis, et vectorem illius, per summam cru-
delitatem mori esse coactum innocentem. Sed do-
lentius prope et grauius istam quorundam impu-
dentiam ferimus, qui nos traduxerunt istic falso qua-
si nos quoque comprehensos homines aliquos habe-
remus in Regno nro, ex Ducatu Opoliensi, cum
hij iampridem à nobis liberi sunt dimissi. Iam
vero et illud quod de homine occiso in Syluis que-
runtur eiusmodi est, vt nos non videamus cur
reprehendendus nr sit, qui occidere alium, quam
ipse occidi maluerit. Constat enim venisse quendam
in Syluas nras ex Ducatu Opoliensi, eo animo,
vt feras caperet, Quod cum syluarum nrarum
custos animaduertisset, persequutus eum est,

Ille in pedes se conicit, neq prius fugere destitit quam ad eum locum peruenisset, quo terminatur a Regno Ducatus. Simul atq vero in suos se iam esse cognouit, globum ex machina quam habebat, in hominem no: strum torsit, aberrauit ita Deo volente, noster vbi emis: sum ab eo globum vidit: nil cunctatus ipse, ex sua quam habebat machina globo certius emisso, occidit eum, A quo quo minus ipse prior occideretur, solius Dei clementia factum est. Hic nos non intelligimus cuius rei poenas a nro homine exigant, nisi forte, quod ab illo occisus non est, quod fortuna quadam et Dei singulari beneficio seruatus est, ideo suppli: cium sumi de eo opporteat. Iam itaq perspicit R. vra, quam multa ad eam vana perferantur. quamq nulla culpa penes nros homines residead, cuius saepe falso insimulantur. Sed existit alia querela noua de piscinis, quae a Serma Coniuge nra circa Vijelum aedificantur, agros quosdam et molen: dina quorundam inundare: nobis contra renunciatur, quae a Serma Coniuge nra factae sunt Lisanie, ex his nihil plane incomodi, ad quemq vicinorum redundare. Sed huius rei veritas facile cognosci potest, si vtrinq certi homines mittantur, qui in praesentem rem veniant: atq omnia quemadmodum se habeant, inspiciant. Id quod nos ex nra parte fa: cturi sumus, neq recusaturam R. vram arbitramur, quin ipsa quoq suos mittat. | Quod boues attinet, quos propter fraudatum vectigal, Praefectus noster detinet, eos etsi in commissum ceciderunt restitui tamen iussimus. Id fecimus de iis quoq bobus, qui in Opido Sermae coniugis nrae Vijelijum commisso sublati sunt. Qua nra liberalitate perspecta R. vra. Quandoquidem

generalem agit totius Slesiae Praefectum, operam da:
ret debet, vt ne nri istic homines durius accipiantur: vt
quae vi ijs adempta sunt, ea restituatur, Atqz omni
litium et simultatum causa sublata, amore potius inter
se, et beneuolen^a, quàm odio, et ira certent, Quae res
non minus nobis, qz Sermo Regi, et dno suo, fri
et consanguineo nro charissimo, gratum est factura.
Neqz enim dubium nobis est, quin Mtas eius, pro ea,
quae illi nobiscum intercedit, arctissima necessitudine,
nihil magis cupiat: quàm, quo animo ipsi inter nos
sumus, planè frno, eodem sint etiam inter se homines
vtriusqz nrm. Quod quantum in nobis erit, praestare
curabimus diligenter. Datum Cracouiae septima
die Mensis Junij Anno domini Millesimo Quin:
gentesimo trigesimo nono. Regni nri XXXIII°

Jacobo epo Wratislauien
Slesie capit^o generali.

Sigismundus I. Rex Polonie

Comodum ad nos redierant Legati nri ad Sermum
do: Ro: Regem, frem et consanguineum nrum charis:
simum per nos missi, cum reditae sunt nobis literae P.
vrae. Quibus de quibusdam iniurijs per nros homines
in Opoliensi et Ratiborien Ducatu factis, queritur,
hij conuenisse dicunt inter se et Sermum do: Ro: Re:
gem, vt quae vltro citroqz in terris vtriusqz nrum
factae essent iniuriae, de ijs in Comitijs cognosceretur
quae proxime Glogouiae habebuntur, ad festum diui
Galli, intra temporis, vt vtriusqz nrorum locorum

Praefecti suos in officio continerent. Quod nos quidem serio nris imperavimus: idqz sub gravi indignatione nra ediximus, ne committerent, ut aliqua ad nos de vi cuiqz illata querimonia perferretur. Quo magis miramur, si ea sunt exorta postea, de quibus scribit P. vra. quae si ita se habent, quemadmodum ad illa delatum est molesta sane nobis sunt. Itaqz mandavimus praefecto Arcis nra Krzepicen et Olstinen, ut cognoscat de his iniuriis, Et si quis Jus postulaverit, iusticiam decernat, atqz iniuriam vindicet: deqz rebus omnibus nos faciat diligenter certiores. Nos certe nulla ratione passuri sumus praemii quicqz, ex hominibus Sermi domini Ro: Regis per homines nros, ac satisfieri cuiqz iubebimus, si quid factum esse iniuria cognoverimus. Eundem animum si erga homines nros vicissim induerit P. vra. facile inter vicinos populos amicitia coalescet: neqz tot auris nra querimonijs obtundentur. Quod eam pro virtute sua proqz studio et observantia erga nos libenter facturam confidimus. Datum Crac. x die Mensis Junij. Anno Dni M° D° XXX° X°

Isabellae Vngariae Reginae

Sigismundus I. Rex Poloniae

Serenissima Princeps, domina nostra charissima. Pertaesi tam diuturna expectatione Nuncii, à quo cognoscere liceret, quam recte M. vestra valeat, hunc cubicularium nostrum, visendi Serenissimi illius Coniugis et Maiestatis vestrae mittendum duximus. Cui commisimus ut et salutet illos, nomine nostro, et quam feliciter illis succedat conspiciat. Nos etiam insuper praesentibus M. vestram, plurimum saluere iubemus: et illi à Deo optata et prolixa omnia precamur, nosque amori illius filiali commendamus. Datum Cracoviae XVIII. Mensis Junii Anno Domini MDXXXIX Regni vero nostri XXXIII.

Ioanni Regi Vngariæ

Sigismundus I. Rex Poloniæ.

Venit ad nos Legatus Voijevodæ Valachiæ, is terrores quosdam nobis nunciat de Cæsare Turcorum quemadmodum is tripartitum habeat exercitum, quorum vnum contra Zoffi Persarum Regem, alio contra Germanos: tercio contra Mtem vram, vti statuerit. Atq3 quo facilior illi per Danubium transitus pateat, ripas illius, ponte iungere cogitet: Castrum etiam ædificet in Valachia, non procul à Belgrado, Tartaris præterea negotium dederit, vt hij in ditiones nras incursionem faciant, quo nos nris defendendis impediti, non possimus auxiliū quidq3 Mti vræ ferre. Quin etiam dederit ijsdem negotium, vt Bratislawo Arcem nram quæ est in finibus oppugnent. Et si ea potiti sint sibi tradant. Se enim firmaturum illam, futuramq3 sibi magno vsui. Hijs nos etsi no prorsus fidem detrahimus, tamen vt vsquequaq3, vera esse omīa credamus, adduci nō possumus, certiora expectamus à legato nrō quem ad Cæsarem Turcorum misimus: quem breui ad nos rediturum speramus: Quidquid ab eo allatum fuerit, faciemus Mtem vram primo quoq3 tempore certiorem. Quod si quid illa prior acceperit, idem ab ea fieri postulamus. Cum autem hæc noua satis tristia nobis Legatus is nunciasset, narrare cœpit. Quemadmodum Arcem quandam Mtas. vrā. in Transilvania occupauerit, ad dominum suum pertinentem. Rogauit nos vt misso nuncio nrō dom suum Stephanum Voijevodam in grā apud Mtem vrām proueremus, atq3 ab ea

petierimus. vt extorrem illum Voyewodam Petrum à se alienauit, atque e Regno suo exturbarit: ne quas ille nouas res in Valachia moliatur. Id quod vt faciat Maiestatem vestram petimus, vt intelligat Stephanus Voyevoda nostram commendationem non vulgarem sibi apud Maiestatem vestram vsui fuisse. Optamus Maiestatem vestram diu esse saluam et incolumem. Cracouiae decima nona Mensis Junij Anno domini Millesimo Quingentesimo tricesimo ~~tertio~~ nono

Scheda in literas interposita

Quae scripsimus ad Maiestatem vestram, à Voyevoda rogati scripsimus, quem etsi non esse à nobis alienum putamus, et nostra magis quam Caesaris Turcarum causa velle omnia, tamen cum exploratum nobis sit, quod ab illo sibi multo plus metuat, neque desiderare quidquam contra mutuum voluntatemque eius audeat, nihil credi tuto posse arbitramur, Itaque ex vtriusque nostrum vsu id magis esse censemus, vt ne precibus eius locus detur, neue ex Regno Maiestatis vestrae exul Voyevoda exterminetur. Etenim quamdiu terror hic Stephano obiectus fuerit, magis in vtriusque nostrum officio esse cogitur. Quo sublato, futurus esset ferocior: minus de nostra amicitia beneuolentiaque laboraret, atque aliquid fortasse vtrique nostrum negotii exhiberet, Quare hoc eum metu contineri nostro Judicio satius esse videtur. Si quid tamen aliud rectius Maiestas vestra existimauerit, id sequatur licebit. Nobis dubium non est, quin haec de re aliud constitutura non sit, nisi quod vtriusque nostrum Regnis maxime expedire iudicauerit.

Ferdinando Romano:
rum Vngariæ Regi

Sigismundus I. Rex Poloniæ

Qui missus est ad nos à Veyevoda Valachie Legatus,
is verbis illius, tristia quidam nova nobis nunciavit,
de Caesare Turcorum, quod is tres magnos exercitus cōferent.
Unum contra Zoffi Persarum Regem, alium in Germa:
niam, tertium in Vngariam missurus. quodque ponte iungat ri:
pas Danubii, quo facilior sit ei transitus in Vngariam,
quod non procul à Belgrado, Castrum extruat in terra
Valachie, ex quo multum possit incommodare Christianis.
Narravit etiam eum Tartaris imperasse, ut ditiones no:
stras, ferro atque igni popularentur. utque Castrum no:
strum Bratislaw, expugnare conentur, Si quod absit
potiti eo sint, sibi tradant, se enim id quoque munitissimum
redditurum, quod magnas in eo opportunitates videat,
ad ea quae cogitet perficienda. Haec nos neque vana pror:
sus putamus: neque tamen ut eis indubiam fidem habea:
mus adduci possumus, Certiora, cum Legatus noster
venerit expectamus. Quem quidem brevi rediturum
confidimus, Quod allatum per eum fuerit, de eo
Maiestatem vestram non celabimus. Sed si quid prior illa
cognoverit, ut id nobiscum communicet, pro mutua
nostra coniunctione, Proque utriusque nostrum necessitudine ro:
gamus. Datum Cracoviae die decima nona Mensis
Junij Anno domini M° D° XXX° IX°

Camenecen. Halicien. et Trebowlien. Capitaneis.

Sigismundus primus Rex Poloniae

Dederamus in mandatis tuae F[idelita]ti ut omni cura provideret, ne qua ratione pax violaretur, quae nobis est cum Voiewoda Valachiae, neve quid a nostris hominibus fieret contra pacta, quae cum illo nobis intercedunt, In quibus nominatim hoc erat expressum, ut ne nostri furta facerent in Valachia, Si qui fecissent, ut id impune non ferrent criminis eius convicti. Nunc perfertur ad nos, Valachos quidem sancta foe: dera observare, neque vel minimo detrimento quemquam subditorum nostrorum afficere, nostros non pari esse in servandis pactis religione, sed invadere saepe in Valachiam, furtim pecora abigere, neque a con: suetis suis rapinis abstinere, Fidelitatem tuam inte: rim, et alios, ad haec eorum scelera conivere, neque poenas de quoque debitas reposcere, Cum itaque memo: ria teneamus, scintillam initio neglectam, ingens in: cendium excitasse, neque aliunde bellum extitisse, quam ex clancularijs hoc genus furtis, et rapinis, provide: re cupientes. Ne propter paucorum improbitatem, Resp[ubli]ca Regni nostri detrimenti aliquid capiat, Quandoquidem ipsi causas omnes cognoscere non possumus. F[idelitati] tuae serio mandamus sub gravi indignatione nostra, ut de omnibus eiusmodi furtis, rapinis, et iniurijs, diligenter cognoscat, Valachis postulantibus iustitiam admi stret. Atque omni cura et diligentia provideat, ne

qua demceps furta per nostros fiat et latrocinia,
Quae si sine tua conniventia facta esse delatum
ad nos fuerit, illam praestare volumus dammum
quodsi per nros homines acceptisse Valachi proba:
verint. Ceterum si ex Volinia quoque, quod saepe
facere solent, quippiam homines licent et clan:
destini per Regnum nrum furandi gra Valachiam
ingredi conati fuerint. Volumus ut Ftas tua,
cum aliis Capitaneis, illos prohibeat, et inobe:
dientes authoritate et vi in Officio contineat,
Aliter non factura F. tua. pro gra nra. Datum
Crac. xxiiij Mensis Junij Anno domini
Mº Dº xxxº ixº Regni vero nri xxxiiiº

Luce de Gorka Epo Wladislavien

SIgismundus primus Rex Polonie

Rde in Chro pr Sincere nobis dilecte. Narra:
vit nobis Rdus Samuel Maczieiowski Deca:
nus Crac. Regni nri Vicecancellarius, P. vram
anxio esse animo et sollicito, quod rumor quida
ad eam pervenerit, de immutata nra, erga P. vram
voluntate. Nos vero satis mirari non possumus,
quisnam ille sit tam impudens, qui ea de re ru:
morem spargere ausus fuerit, quae ne in mentem
quidem nobis venit unquam, Quae enim nos aliquando
signa dedimus mutati nri ani erga P. vram?
aut quam ipsa nobis occasionem praebuit, quamobre

alienior re nos, ab illa, voluntate opporteat? Nobis verò satis spectata probataq3 est fides erga nos, studium, observantia, integritas, P^tis vestra, de quibus ipsa cum nihil remiserit, atq3 ab adolescentia sua auxerit has virtutes potius, quàm aliquid de illis imminuerit, neq3 nos remisimus quicq3, de ea gr(ati)a favoreq3, quo complexi illam semper sumus. Atq3 ut aliqua etiam accessione locupletatum esse P. v(est)ra esse intelligeret, operam dedimus. Quare bono eam esse a(n)i(m)o iubemus, deq3 erga se voluntate, optima quoq3 sibi polliceri, Quoad enim P. v(est)ra, talis esse perrexerit, qualis adhuc erga nos fuit, curabitur à nobis diligenter, ut non modo nihil esse diminutum, sed aliquem etiam ad pristinam illam gratiam erga se n(ost)ram, cumulum accessisse cognoscat, Eaq3 sibi de a(n)i(m)o n(ost)ro polliceri potest Mag^cus Andreas Castellanus Posnanien(sis), Poloniae maioris Capitaneus generalis P. v(est)ra, filius, Qui quàm diu paterna fuerit vestigia persequutus, quod eum et facere videmus, et facturum porro speramus, nihil est quod dubitet de n(ost)ra erga se gratia Regia, Quam quo fuerit diligentius retinere conatus, hoc eam indies cumulatiorem factam sentiet Datis Cracoviae die XXIIII^a Junij Anno domini. M^o D^o XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Consiliariis Regni Primoribus

Qui ad Serenissimum do: Ferdinandum Ro: Vngariae et Bohemiae Regem Legati per nos missi fuerant, hij cum reuertissent responsum nobis scriptum attulerunt, in quo confutatae primum fuerunt hae et rationes, quibus nos adducti de non importandis in Vngariam et Slesiam, neque etiam inde exportandis per nostros homines mercibus edictum fecimus. Deinde petitum à nobis est, vt ad edictum hoc inducendum et antiquandum animum induceremus, id fieri posse sublatis causis propter quas controuersiae istae inter vicinos populos extiterunt, ac damnis et iniurijs vtrinque sarcitis et compensatis. Ad quarum vero disceptationem missurum Serenissimum do: Ro: Regem Glogoviam, eos qui remotiores ab hijs locis vbi factae esse iniuriae istae dicuntur nulla priuatim lesi iniuria, nil ex motu aliquo et impulsione animi indicaturi: Sed omnia consilia rationesque suas ad publicam tantum Vtilitatem, atque ad vtriusque regnorum nostrorum quietem et tranquillitatem sint relaturi. Designatique iam sunt ad eam rem ex Regno Bohemiae. Joannes Poppel Judex Curiae, Sebastianus à Weytmul. Volffangus Planger Succamerarius Marchionatus Moraviae. Joannes à Cunowitz, Succamerarius Hinco à Freudentall Bruntalsky, et Bezeruzky, Ex Hungaria et Slesia nullus.

A nobis postulatum est, vt et ipsi ex Regno nr̃o
eos designaremus, qui à locis illis vbi controuer;
siae istae existunt longius abessent, Quiq́z nulla
lacessiti iniuria non de expromendo in quemq́z
odio suo, deq́z par pari referendo, sed de tollendis
potius dissidijs, de iure cuiq́z suo tribuendo, Paceq́z
reintegranda, inter offensos vtrinq́z homines
amicitia consilium inirent, Quod si verò sublatis
omnibus controuersijs atq́z iniurijs sarcitis, nihilominus
in suya praestare velimus, neq́z edictum hoc no;
strum in proxime futuris Comitijs abrogare, tum
Serenissimus dn̄s: Romanorum Rex facturum se denunciat,
vt ipse quoq́z par pari referat: atq́z suis itidem no;
strorum hominum commertio interdicat. Qua ex re
plus etiam ad nostros, q̃z ad illius homines difficul;
tatis et incommodi sit redundaturum, vt quod nunc
magno cum honore nr̃o petente Sermō. Ro: Reg.
facere cunctamur, id ipsi postea beneficij in loco pe;
tere ab illo necessè simus habituri, non sine quadam
nr̃a indignitate. Haec fuit responsi summa, quod missi
per nos Legati scriptum attulerunt nobis. Acci;
dit autem nobis difficilis haec deliberatio. Nam
si designemus aliquos qui Clugoniam ad disceptan;
das controuersias istas proficiscantur, quod proficere
possit non videmus. Si enim cognitum fuerit ali;
quem ex hominibus Serenissimi Romanorum Regis iniu;
ria quapiam nr̃os affecisse: habet ille potestatem
cogendi illum, vt è vestigio satisfaciat. Quam ad
rem per Regni nr̄i constitutiones compelli per nos
nemo potest, nisi prius iure conuictus sit. Itaq́z,
ex parte Serenissimi Ro: Regis nihil est impedimen;
to futurum, quò minus in eo ipso Conuentu Clugo;

mrasi, remota omni cunctatione satisfacere cogatur nostris hominibus, quicunque damnum aliquod aut malum eis dederit. A nobis nihil eiusmodi statui potest cum si quis in ipso etiam flagitio sit deprehensus, non prius tamen ad satisfaciendum eum cogere possimus, quam die dicta iure conuictus fuerit et conuictus. Itaque quicunque fuerint a nobis Colognia missi, his non plus potestatis impartiri possumus, quam quantum ipsi habemus. Sin autem Serenissimi Ro: Regis Commissarii plenam habuerint, in eo ipso Comitatu, de rebus omnibus statuendi potestatem nostri contra limitatam tantum quo ad Executionem iusticiae faciendae, quid proficii possit, quis vero usus futurus sit Commissariorum nostrorum non videmus. Quemadmodum vero eos non mittere nobis liceat, nulla per nos ratio excogitari potest. Conuenit enim inter Serenissimum dominum Ro: Regem, et Legatos nostros de mittendis illis, Quandoquidem hoc ipsum fuerat in proximis superioribus Comitiis constitutum, ut per Legatos nostros certiores fieremus. Conuentis autem non stare illicitum est, dignitatique et personae nostrae Regiae, minime consentaneum. Daturi essemus Serenissimo Roma: Regi secus de nobis existimandi occasionem, qui illusum sibi esse per nos aequo animo ferre non posset, ita dissiliret amicitia quae summa inter nos est constituta, atque arctissimis propinquitatis vinculis copulata, atque ad grande aliquod malum res spectaret. Cupimus itaque ut sententiam suam nobis tua Stas perscribat, mittendos ne putet Cologniam Commissarios nostros, et quos mittendos putet. Quod diligentius autem de tota hac ratione, quid sibi videatur, nobis perscripserit, hoc maiorem apud nos gratiam inierit, Craco ija Julii 1539

Regni nostri XXXiij

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis terrarum Prussie

Quod Comitia non sint habita propter metum pe: stis, quae Marienburgi saeviebat, aequi boniq3 facimus, Sui enim quemq3 primum capitis custodem aiunt esse oportere. Quapropter habuisse S. et F. vrās. salu: tis suae rationem, gratum etiam nobis accidit, nedum ut aliquam ea res nobis molestiam attulerit, Quodq3 petunt Comitia illa in Septembris Mensis finem reijci, id libenter illis concedimus. Quam vero potestatem dari postulant alio Comitia transferendi, si quis Locus habendis illis fuerit, per nos constitutus, is immunis non esset a pestis contagione, ea pote: stas permissa est per nos, ante acceptas lrās S. et F. vrarum, Rndo in Chrō prī dnō Joanni Varmien Epō, ut is communicato, cum aliis Terra: rum nostrarum Prussiae Consiliarijs, consilio, lo: cum Comitiorum mutaret, si quo in loco consti: tuta essent, in eo tuto celebrari non possent. Qua eandem facultatem hisce nrīs lrīs, illius Pti una: cum S. et F. vrīs concedimus. Quod dignitates attinet, eas libenter de consilio S. et F. vrarum distribuissemus, Sed quoniam aliis iam erant per nos collatae antea, quam S. et F. vrarum lrās, accepissemus, boni consulent non esse precibus suis satisfactum, Datum Cracoviae. sexta Mensis Julii Anno dni. M° D° XXX° IX°.

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Ioachimo Marchioni Brandeburgen.

Illustrissime Princeps et domine fili nr charissime.
Quod Illtas vra, vnacum Illma coniuge sua sana
et salua ex Comitiis Imperii in Ditionem suam redierit,
id nobis gratum fuit cognoscere ex litteris Illtis
vrae, cui prospera omnia non secus ac nobis ipsis
euenire cupimus, Nos quoque Deo sit gratia recreati
iam ex graui morbo esse videmur, quo paulo
ante fuimus conflictati.
Quod suam nobis opem non defuturam pollicetur, si in
Regnum nostrum Caesar Turcorum impetum fecerit, quodque
aliorum Principum auxilia se nobis Illtas vra
conciliaturam promittit, agimus illi ingentes gras.
Deum precamur, vt vsus nr sit, Sed si quid simile
necessitas Illtis vrae flagitaret, eundem nrum erga
se animum perspiceret.

Rediit hisce diebus Nuncius nr a Caesare Turcorum
Classem eum paratam habere dixit, cuius praefe-
ctus est Barbarossa, qui quo tempore fuit Nuncius
Constantinopoli nondum ora soluerat. Expectaban-
tur enim Nuncii Principum Christianorum pacifica-
toriam Legationem obituri. Alterum eum exer-
citum habere ingentem retulit, contra Zophi Per-
sarum Regem. Cui quidem exercitus occidione di-
citur esse occisus, verum ea de re rumor est incer-
tus. Nam nihil per Nunctium nrum de hac Turca-
rum clade est allatum.

Scheda in lrãs imposita.

Qui rediit à Caesare Nuncius nr̃, is non solum nobis omnia pacata attulit, verum etiam cum narrasset illi Tartarorum Caesarem impetum in ditionem nostram facere cogitasse, misisse dicit Caesarem Turcarum Nuncium ad illum suum, ut ne nos bello lacesseret, neu ullo detrimento Dominios nrõs afficeret. Quem quidem Nuncium ad nos quoqz venturum in horas expectamus, Itaqz quod Regnum ditionemqz nrãm attinet hunc annum fore pacatum confidimus De Regno Hungariae idem nobis polliceri non possumus, dr̃ enim non procul à finibus illius alter, alere Centum milli Equitum, ita ut hac estate nõ omnino vacuum à periculi metu fore videatur. Dat. Cracoviae, die vj^a Julii. M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Iacobo Epo Wratislaniensi

Rx̃ Rnde, etc. Accepimus lrãs P. vrã. atqz una purgationem Capitanei Opolien. de his, quae illi scripta per nos fuerint, Quemadmodum in finibus istis res agatur, nos scire non possumus, nisi quod ex illorum Locorum Capitaneis nostris cognoscimus. Ad eos itaqz purgationem nrãm misimus, ut ipsi vicissim nobis ad eam rndeant, Interea tempo- ris, suos in officio P. vrã continebit, neqz facere quicqz sinet, quo possint bonae vicinitatis et amicitiae Jura violari, nostri, ut itidem in officio sint, curae nobis futurum est, Quod decimas attinet, quando-

quidem à nris ratihomimbus sibi non persolui queritur, nobis non est fas alio, quàm Regni nri Jure, eos ad soluendum compellere. Cum itaqz de Decimis controuersia in Regno nro ad Ecclesiasticum forum pertinet, nos non prius Regiam nram authoritatem interponere licet, quàm nri fori facta sit. Nostri verò fori non prius fit per Regni nri constitutiones, quàm cum Censuras Ecclesiasticas ob retentas decimas, per spatium vnius anni passus est aliquis, tum verò licet Capitaneo loci, bona eius possidere, neqz prius dimittere, quàm satisfactum sit iis, quorum sunt decimae, Si itaqz gladium suum Spualem strinxit P. vra. contra eos, de quibus queritur, atqz ij annum integrum à piorum consortio sunt remoti, mittimus lras nras, ad Magnificum Andream Comitem à Gorka, Castellanum Posnanien, atqz maioris Polonia Capitaneum, vt is secundum Regni constitutiones, bonorum eorum possessiones adeat, atqz ex his Venerabili Capitulo Wrathislanien, per maiores nros dotato satisfaciat. Si verò nullis eos adhuc P. vra. censuris subiecit, à sua prius potestate praesidium mutuetur. Quod si spacio vnius anni nihil ei profectum fuerit, tum verò ad nos confugiat. Qui nos minore, vel maiore potius cura, id quod Dei est Deo, quàm id quod nrum est, nobis, dari inhibemus, Sed nisi elapso, vnius anni spatio, nos Jure nro potestateqz Regia, vti non licet. Datū Cracoviae viij Julij. M°D°XXXIX°.
Regni verò nri XXXiij°

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ioanni Hungariæ Regi

SErsme etc. Cum postulasset à nobis Mtas vra,
vt Nuncio nro, quem ad Caesarem Turcarum misi;
ramus, inter alia, hoc quoqz negotii daremus: vt pa;
cem ab illo et amicitiam Mti vra conciliaret. Etsi
profectus iam is non paucis diebus ante fuerat, tamen
pro ea benevolen(tia), qua non mediocri Mtem vram
amplectimur, alterum nostrum Nuncium volucrem mi;
seramus: qui illum assequi conaretur: atqz mandata
ad eum nra perferret. Quiquidem vno die qua
Constantinopolim peruenerat, eum est adsequutus, cum se;
mel iam ad Caesarem admissus fuisset. Quae autem
ibi tractata fuerint et agitata de Mte vra, ex
nemine putauimus id eam cognoscere posse certius,
quam ex hoc ipso Nuncio nro, qui rebus his omnibus
interfuit, vel praefuit potius: cum nram personam ge;
reret, Quamuis ita is etiam de via fessus esset, et nobis
hoc tempore necessarius: tamen quo melius Mtas vra
suis Regniqz sui rationibus prospiceret, neqz nostrae
necessitatis, neqz Nuncii huius comoditatis rationem
habendam: sed eum ipsum ad Mtem vram festina;
ter esse mittendum duximus: Quem quidem vt pari
ad nos celeritate remittat velimus, Cum vtriusqz
nrum plurimum intersit, eum primo quoqz tempore
ad nos reuerti: Est enim in propinqua expecta;
tione Nuncii Caesaris Turcarum Kijerdeij aduentus.
Qui cum venerit huius Nuncii nri Generosi Jacobi

Vylamowski opera mediante sumus habituri, Quoniam non omnino per Caesarem perque Bascham spes praecisa est, Mtis Vrae reditus in gratiam, modo celeriter nos Nuncium iterum nostrum mittamus, vnacum Nuncio Mtis Vrae de pace firmanda, deque gratia ista redintegranda. Ad eam quoque rem opus erit celeri reditu Nuncii huius nri, Ostensa enim est spes conficiendae pacis: sed nisi celeriter de ea tractatum sit, frustra deinceps tractatum iri, Hoc itaque det operam Mtas Vra vt primo quoque tempore Nuncius hic ad nos redeat. Ac quibus conditionibus pax ista conciliandae sit, diligenter secum, et cum iis, quibus confidit maxime, Consiliarius suis expendat. Illud inprimis consideret, quid spei ostendant finitimi Principes Christiani, quae auxilia promittant, Num ea satis firma futura sint, ad propulsandum impetum hostilem: num tuto promissionibus eorum credi possit, Deinde quoniam dicitur habere Imperator, et nonnulli Reges Christiani, Legatos suos apud Caesarem Turcorum: quid ii effecerint, pacem ne an bellum sint ab eo relaturi: num etiam Vra Mtas in confoederatorum numero sit futura. Hijs omnibus et singulis diligenter perpensis et consyderatis: quid sibi quoque faciendum, quaeque conditiones Caesari Turcarum proponendae sint consilium ineat: et id statuat: quod vtilissimum magisque salutare futurum Regno suo arbitrabitur, Quicquid vero deliberatum habuerit, nobiscum id communicet, Nos vero quaecunque ad Mtem Vram Regnique illius commodum putauerimus pertinere, ea, quoad sine Regni nri incommodo fieri poterit, non minori studio sumus curaturi: quam si nra ipsorum

res agetur, Nam pro arctissima nra mutua necessi-
tudine, nihil à nobis alienum existimamus, quod ad
Mtem vram pertinet. Dedimus aut in Mandatis
Suic Nuncio et Aulico nro, vt, et quae ad Mtem
vram pertinent omia, et nonnulla quae ad nos verbis
nostris Mti vrae referat. Quare ab illa postula-
mus, vt quaecunqz dixerit, in ijs illi fidem indu-
biam habere velit, Quam recte et foeliciter valere
ac regnare ex animo optamus Datis Cracoviae, die
octaua Mensis Julij. Mo Do XXXo IXo Regni
vero nri XXXo IIIo

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Ioanni Comiti in Tarnow Castellao
Cracovien

Magce sincere nobis dilecte. Quae Nuncius nr
Generosus Jacobus Vilamowsky ex Turcia attulit,
ea magnam partem perscripta legit, S. tua, in
ad exemplo literarum, quas nos idem ex Valachia de-
derat, quod ad S. tuam missum esse accepimus.
Caeterum de indignatione Caesaris Turcarum erga
Sermum Vngariae Regem filium nrum charissimum,
minus ibi perscripta sunt omia, quam narrata no-
bis fuerunt. Quamobrem quo certius et melius no-
bis consilium dare posset S. tua: visum est nobis
ea omia, ita vt narrari ea audiuimus praescribere.
Retulit enim nobis grauem iram Caesarem contra
Sermum Regem concepisse, grauiterqz secum de eo
expostulasse, Exprobrasse beneficia quae in eum
contulerit, fuisse Sermum Regem Joannem exulem

et extorrem à Regno suo, in Regno nr̃o delituisse
nisi solius Caesaris beneficio in Regnum suum Vngariae
restitutum esse, maiore sumptu opinione omnium. Quo
quidem tempore fecisse sponte sua Mtem illius, vt
Caesari, propter impensas sua causa factas, annua cen:
tum millia tributi nomine promitteret. Caesarem
cum afflictum esse videret Regnum Hungariae,
ipsumque Regem vehementer exhaustum, ex libertate
sua remisisse ei annua Quinquaginta millia, di:
midiaque parte promissi tributi contentum esse voluisse,
Mtem verò eius toto illo tempore, ex quo in Re:
gnum fuit restituta, semel tantum tributum id misis:
se. Deinceps verò, non modo nõ misisse quicquam,
sed etiam Gritti, quem in paucis charum Caesari
esse sciebat, interficiendum curasse, omnique pecunia,
cimeliis, quae habuit praeciosissima, rebusque omnibus
eum spoliasse. Tantumque abesse, vt quod deberet
Caesari, id persolueret, vt vltro etiam Caesaris ip:
sius bona raperet: proque suis possideret, Neque in
hunc vsque diem adduci potuerit, vt saltem ea quae
accepit, Caesari restitueret, Hijs itaque rebus patra:
tis, fecisse Mtem Hungariae, vt cum ipsis etiam
hostibus Caesaris, pacem conficeret, praeterque scien:
tiam et Consilium Caesaris, concordiam cum eis,
et amicitiam firmaret. Factaque conspiratione, con:
foederationeque, modo non apertè, hostem se decla:
raret Caesaris, Has iniurias Caesarem non passurum,
qui in hoc quidem satis mirari possit, quod nos qui
amicitiam erga ipsum profitemur, filiam nr̃am hosti
ipsius in matrimonium dederimus. Cum purgasset
nos Nuncius nr̃, neque scivisse nos quicquam dice:
ret. de animo Caesaris abalienato à Mte Hungariae

Cumq; nro nomine diligentius egisset, vt quem nos filii loco Caesar esse sciret, in eundem ipse quoq; nra causa, melioris esset voluntatis: ac depositis inimicitiis, pacem cum eo, et amicitiam redintegraret, Responsum est illi, Etsi aliter de Caesare meritus sit Rex Vngariae, tamen vt gratum nobis Caesar faciat, nō eum abhorrere à quietis consiliis. Caeterum si cupiat Rex in gratiam cum Caesare redire, opus esse, vt insignes legatos mittat, quibus nos nros adiungamus. Vtq; certis conditionibus de quibus conuenirent, pax ista conficiatur. Quicquid autem ea de re fieri vellemus ea celerius fieri oportere. Nam simul atq; semel equum ascenderit, Caesar, sera iam fore pacis consilia. Haec omnia, quo certius cognoscere posset Serenissimus Vngariae Rex, misimus ad Mtem eius, eum ipsum Nuncium nrum Jacobum Vilamouskj, docerique ab eo postulauimus, quid nos de ista pacificatione vellet facere, Tua vero S. haec ipsa omnia perscribi iussimus, vt simul, et ipsa nobis, rebus cognitis, consilium impartiret, Qua in re quo plus curae et diligentiae posuerit, hoc et officio suo magis functa erit: et apud nos cumulatiorem grām inibit. Datum Cracouiae decima die Mensis Julii, Anno dni. M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Duci Prussiæ

Illustris Princeps, et domine Nepos noster charissime. Crebro solent ad nos querimoniæ multæ de iniuriis, quas nostri à subditis Illustritatis vestræ perferunt, deferri, Quas cum nos sarcitas velimus, frustra videre in hac parte conatus nostros experimur, Nunc quæ contra nos in Oppido Marienverdt facta esse indigna accepimus, silentio apud Illustritatem vestram præterire nequaquam volumus. Res ita acta dicitur, Generosus Stanislaus Kostka. Quæstor noster in Prussia, cum ex bonis suis ad nos rediret, iterque per Oppidum Marienvert faceret, divertit in ædes quasdam, Vbi cum equos offe cognovisset Aulicû Illustritatis vestræ statuisse se, peracto prandio, ex eo Diversorio aliò migrare, Interea beneficio potum ê Sperati convivio venisse illum Illustritatis vestræ Aulicum, Quæstoris nostri Marienburgensis unum atque alterum famulum graviter sauciasse, Cumque is propulsare à se, suisque iniuriam, cum alia ratione posset, armis cogeretur, concitasse Speratum armatam contra se Civium manum, ita ut si capitis periculum effugere vellet, fuga sibi consulere necesse haberet, Interea domum, in qua erant famuli Quæstoris nostri, fortiter esse oppugnatam. Cumque illi se strenue defenderent, dedidisse se eos tandem fide accepta, quod incolumes exire possent: Ac Speratum contra fidem interpositam, quam Cives violare nolebant, quosdam ex illis in vincula conieci̇sse, detinereque adhuc. Qua de re

cum per literas, Illustritas vestra, Quaestor noster non potuit obtine-
re, ut liberi ex Custodia servi dimitterentur. Mira-
mur quod sit Jus istud non esse contentum, quod per
vim sauciati sint aliqui, nisi insuper, eo ipso nomine, poenas
dent, quod non ad extremum occidi se passi sint, Neque
id insuper ad justiciam pertinere arbitramur, ut aliquis
ex alienis vel subditis vel servitoribus, justiciam sibi face-
re debeat. Nos vero si qua eiusmodi iniuria, infimo loco
nato, alicui facta esset, ferendum esse non existimare-
mus: multo minus id ferre possumus, servitori nostro, neque
cuius servitori, sed ei qui in terris nostris Prussiae, ho-
noratum gerit officium hanc esse factam tantam con-
tumeliam? In quo violando nos ipsi, nobis violati
esse videmur. Nam Quaestor noster, et familia eius, non
suorum aliquorum, sed nostrorum negociorum causa, illac
fecerunt iter: pecuniamque nostram curru huc ad nos
missi vexerunt, Et proinde non putamus quicquam
ad rem pertinere, ut Costka, famulos, res, quas
vexit, et una seipsum, statuere apud Illustritatem vestram,
et una Judicato illius parere debeat. Quamobrem
ab Illustritate vestra postulamus, ut meminisse velit, quid no-
bis debeat, vel propter arctam qua nos attingit pro-
pinquitatem, vel quod in fide potestateque nostra est,
authoritatemque nostram agnoscit, Servos Quaestoris nostri
ne diutius à Sperato, in custodia detineri permittat,
sed eos liberos ad dominum suum redire velit, atque damna,
vulnera, et contumeliam admissam sartiri iubeat,
Neque patiatur homines nostros similibus deinde iniuriis
et contumeliis vexari, Quod dum fecerit, tum nos
vicissim quoque, de omnibus quae contra nostros fuerint
in querela proposita et probata, justiciam ministrari
faciemus. Alioqui si Speratus se in Officio non

continuerit, et nris satisfactum non fuerit, dabitur vicissim à nobis opera, ut nemini nros impune vio: lare liceat: sed audacia sua meritas quisqz poenas persolvat, Datum Crac: decima octava Mensis Julii Anno domini, M° D° XXX° IX°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni dulcis de Lasko Canonico Patanien:

Non oblivione nra tui factum est, quod ex quo tem: pore in Secretariorum nrorum Collegium cooptatus es, nunqz in hunc usqz diem, tua nos opera usi su: mus, Sed cum in ea Civitate vitam degeres, ubi per exiguus aut nullus potius, tui nobis usus esse potuit, cum te totum ocio et quieti tradidisse vide: reris, non est nobis visum, tuam istam quietem interpellare, Postea qz vero accepimus, qd te in fidem et clientelam Petri Bembi contuleris, ad quem pri: mas, hoc tempore latinae eloquentiae, uno omnes con: sensu, deferunt, quiqz virtutis et eruditionis ergo, in amplissimorum prinum Collegium, nuper est ab eo Pontifice allectus, quo nemo fuit unquam, in viris dignitate dignis diiudicandis, prudentior, tanto libentius opera tua usuri sumus, qd te in Urbem, una omnium negotiosissimam, unacum eo pro: ficisci statuisse intelleximus, In qua Urbe, cum quae agantur, scire nos, nraqz plurimum intersit, Per: gratum nobis feceris, si quae grata nobis et iucunda, vel etiam necessaria cognitu iudicaveris esse, ea ad nos omnia diligenter perscripseris, Una etiam cum

tibi visum fuerit opportunum, in ipsius Petri Bembi Car:
dinalis nos amicitiam insinuabis, salutare illum nr̃is
verbis plurimum iubebis: atq̃ eum honorem, ad quem,
illum virtus cum doctrina coniuncta euexit, dilige:
ter gratulaberis. Si quid erit postea, quod nr̃a istic
causa facere velimus, alijs te l̃ris nr̃is certiorem
reddemus, te nobis operam tuam probaturum confi:
dimus. Quem bene valere optamus. Datum Crac.
decima octaua Mensis Julij. Anno Domini.
M° D° XXX° IX°. Regni vero nr̃i XXX° iij°

Responsum Sigismundo Oratori Regis Ferdinandi datum Crac. vii Septembris

Miratur Sacra Mtas Regia et dolenter fert, Quod cum arctissima illi necessitudo cum Serenissimo dno Ro: Rege intercedat: cumque amicissimi Domini, et egregiam in se eius Mtis voluntatem, illius Mtas experta sit: effugere tamen non potuerit, quin illius Mtas, ea de se suspicaretur, quae minime possent cadere in Principem amicum, affinem, et tanta integritate praeditum, cui Reipcae: Christianae salute nihil fuit, nec est antiquius, Quae si suspicio aliunde orta esset, vt (semper) cumque fas non esset amicum temere aliquid de amico credere. ferret tamen id Mtas eius aequiore animo. Sed Do: vra Magca dixit, illius solam Mtem suspicari, quod Serenissimus do: Joannes Rex. non alia de causa pars inite conditiones promulgari nollet, nisi quod Nuncio Regie Mtis proxime ad se misso, de pace clandestina, cum Turcarum Imperatore ineunda, in spem erectus esset, et a priore facilitate dimotus, durior et difficilior sit factus, vt ad publicandum pacem cum Serenissimo domino Ro: Rege initam accedere vellet. Non potest satis mirari Mtas Regia, magnumque ex eo dolorem percipit, quod tam modica de se sit fiducia. Serenissimus Do: Ro: Rex, vt etiam Nuncios suspectos habeat, quos ad Serenissimum generum suum, et Serenissimam filiam in Hungariam mittit. Quasi vero illa dissilire velit concordiam inter Serenissimos Reges, (facta) quam antea, non alia in re magis elaborauit, quam in

Sermis Regibus hijs in gram et amicitiam reducendis, cuius rei ipsa Do: vra conscia est, q(uod) nullis sumptibus, nullis laboribus, nullis curis, et vigilijs pepercerit, dum eos inter se concordes et amicitia coniunctos reddere posset, in quorum vtrumq(ue) egregia voluntatis inclinatione propendebat, usq(ue) prius adducta est, vt Sermam filiam suam, Sermo dno Hungariae Regi collocaret, quam Mtem eius pacem, concordiam, amicitiam, cum Sermo dno Ro: Rege inijsse certo accepisset, ita vt nulli videri debeat verisimile, quae solo pacis nomine, cum Sermo Do: Hungariae Rege contracta est affinitas, eam nouis aliquibus excitandis motibus occasionem dare potuisse. Sed si non satis purgant S. Mtem Regiam, haec tanta conciliandae pacis studia, si non persuadet vita + acta integerrime, et ab omnibus id genus occultis machinationibus aliena, Exponentur etiam causae Domi vrae, quamobrem in Turciam primum, Deinde in Hungariam Legatum suum miserit, Est enim Regium non solum crimine, verumetiam suspicione criminis carere velle.

+semper

Non est incognitum Sermo Do: Ro: Regi Turcarum Tyrannum, vicinum iam esse factum S. Regiae Mti, Multas autem inter vicinos controuersias, multa dissidia oriri necesse est, Quae res, et aliae domesticae causae, cogunt S. M. Regiam Legatum in Turciam mittere, qui controuersias istas Turcarum Tyranno exponeret, prouideretq(ue) ne latius incendium grassaretur

Verum quo tempore aut ibi fuit Legatus, accidit, quod quaesiuit ex eo Aijassbascha: num verum esset: S. M. Regiam, filiam suam, Sermo dno Joanni Hun-

garia Regi collocasse. Cum ita esse respondisset, mul;
ta fuerunt per eum in Serm Do: Hungariae Regem
probra coniecta, quod rupisset foedus ictum, cum Caesare
Turcarum, quodque cum hostibus eius pacem, concordiam,
amicitiam, inisset, immemor beneficiorum Caesaris,
cuius ope atque opera in Regnum esset restitutus, Neque
hoc modo exprobrabat Ayassbascha, sed multa prae;
terea de hostili erga Serm Do: Ioa: Hung: Regem
animo Caesaris commemorabat, breuique fore denuncia;
bat vt eum bello persequeretur. Cum verò non vro
mandato aliquo, sed ipse ex se se Legatus nr quaesi;
uisset, num placari posset ira Caesaris Turcarum: qua
in Sermum Do: Hungariae Regem tanta exarserat,
Responsum tulit, aut cito, si maturè prospectum sit,
aut nunquam placatum iri, Haec cum retulisset S. M.
Regiae, Legatus nr officii sui existimauit esse admo;
nere de tanto periculo Sermum Do: Hunga: Regem,
Atque ideo eum ipsum Legatum, qui ex Turcia redie;
rat, ad Mtem eius misit, qui viua voce ea quae au;
disset referret. Neque tamen interea autor fuit Sermo
Do: generoso suo, vt separatim à Chrianis Principibus
cum Turcarum Tyranno tractaret aliquid: sed vt eorum
potius opera, Regni sui rationes in tuto collocaret, ac,
si quis de improuiso hostium impetus esset factus, de eo
propulsando, cogitationem tempori susciperet. Quin et ipse
Sermus Do: Hungariae Rex, in verbo quidem de
mittendo in Turciam Legato suo, tum meminit, neque vt
suum S. R. Mtas. mitteret, hucusque postulauit.
Ex quo aperte colligere potest Do: vrã, suspiciones
de quibus mentionem facit, de nihilo ortas esse, nisi
verò peccatum aliquid hac in re existimat, quod de impe;
dientibus periculis, Serm generum suum S. R. Mtas.

admonuerit. Quae quidem sibi persuadet multo se futuram fuisse reprehensione digniorem, si de tantis rebus Principem Christianum, tanta sibi affinitate coniunctum celasset. Quod si quid de Serenissimo Do: Ro: Rege, apud eundem Turcarum Caesarem dici audiuisset, hoc latere Mtem eius non oportuisset, Neque studio, neque celeritate, minore sane ad illam nuncium misisset, qui certiorem eam redderet de hijs rebus, quas Mtem eius cognoscere necessarium existimasset: Quare postulat S. R. Mtas, vt Do: vra, discussa iam erroris caligine, ac luce veritatis inspecta, vanas hoc generis suspiciones, ex animo Sermi domini Regis sui euellat, Mtemque eius admoneat, ne deinceps eis locum det, ne si ex delationibus quidem alicuius originem ceperint.

Quod verò postulat Mtas eius, vt Sacra Mtas hac Regia Sermum do: Hungariae Regem hortetur, vt promissa faciat, pactis stet: conditiones pacis et confoederationis promulgare tandem permittat, id Sacra M. R. in gratiam Sermi domini Ro: Regis facturam se recepit: et libenter et alacriter admonebit diligenter illius Mtem de hijs omnibus, quae à Sermo domino Rege Ro: accepit. Quanto aequiora à se postulari intelligit, Deque ijs rebus omnibus Serm do: Hungariae Regem diligenter admonendum curabit, atque omni studio contendet et elaborabit, vt noua hac cum Sermo Do: Rege Hungariae affinitate contracta corroboretur potius pax, et amicitia, cum Sermo dno Ro: Rege, inita, quam vt ea fretus aliquos nouos motus excitare, et sopitos iam ignes suscitare velit

At de Legato, in Turciam, Sermi do: Hungariae

Regis causa non mittendo, quod postulat D.o V.ra nisi re prius, cum Ser.mis D.o Imperatore, et Ro: Rege communicata, De eo cum, nihil apud se R. M.tas constituerit, neque à Ser.mo D.no Joanne Rege, ea de re sit quidque à M.te sua postulatum, non est quod nunc M.tas eius dicat, vel respondeat. Sed si Ser.mus do: Joannes Hungariæ Rex, mitti sua causa Orem expetierit, M.tas eius faciet hoc quoque non invita, ut prius rem cum Ser.mo D.no Romanorum Rege, communicet.

De Captivis qui Cassoviæ detinentur, et de Podmanski, curæ futurum est S. M.ti Regiæ, ut ea cum persuasione deferat, ad Ser.m do: Joa: Regem, quemadmodum D.o V.ra Magnifica, nomine Ser.mi Domini Regis sui postulavit.

Responsum Nuncio Ioannis Regis Vngarie
datum à Sigismundo primo Rege Polonie

Abunde intellexit S. M. Regia, quibus de causis factum
sit, quod hactenus nemo missus est à Sermo dno
Hungariæ Rege, qui pactis, quæ inter hanc et illius
Mtem intercesserunt extremam manum imponeret. Nega;
uit enim stetisse id D. vra: per Sermum do: Hunga;
riæ Regem, sed cum non alios mitti conueniret, quam
qui rerum istarum gnari essent, quiq3 pacta hæc ipsi
nomine Sermi do: Hungariæ Regis firmassent. Al;
terum per ægram ac prope depositam valetudinem,
Alterum per affectam ætatem venire non potuisse.
Itaq3 postulauit D. vra nomine Sermi Regis sui
vt ne durius acciperet moram hanc S. M. Regia, neue
grauaretur expectare adhuc, dum do: Varien Epus
conualesceret. Ita sibi persuadet Sacra Mtas Regia,
ea de quibus conuenit in causa matrimonij inter Mtem
eius, et Sermum do: Hunga: Regem clarius esse per;
scripta, quam vt aliquid in se scrupuli habere possint,
Neq3 multum, ad rem facere vnam alicuius personam,
sed per quemuis recte transigi posse, Quid enim aliud
postulatur à Sermo do: Hunga: Rege? quam vt,
quod verbis per Legatos suos promisit, quodq3 lris
se facturum obstrinxit Iureiurando interposito, id
re vt præstet, Quod itaq3 pondus est hic in huius
aut illius persona, in confesso est, quid promiserit,
Sermus do: Hunga: Rex, quis ille sit per quem
promissis satisfiat, non multum refert, neq3 moratę



aliquid S. M. Regia. Sed cum praeterierit iam pridem tempus id, intra quod satisfactum promissis oportebat, nec dum tamen exitus ullus appareat, non potest S. M. Regia satis aequo ferre animo ita rem trahi. Quare hortatur Do: vram, ut etiam atque etiam instet, atque urgeat Serenissimum do: Regem suum ne ita diem ex die ducat, sed primo quoque tempore rebus his finem imponat, Nihil attinet expectare dum ex morbo recreetur Dominus Varien, modo satisfiat promissis, cuiuscumque opera uti hac in re voluerit Serenissimus do: Hunga: Rex, perinde habitura est S. M. Regia

De Petro Voiewoda non videt S. M. Regia quid consilii det, Quam quidem iam id certum esse dixit Do: vra, et deliberatum Serenissimo dno Hungariae Regi eum ad Caesarem Turcarum mittere, imo iam missum esse se suspicari. De re itaque certo constituta, et iam fortasse transacta, quid attinet consilium petere? quod si ante petitum fuisset, quam esset aliquid certi a Serenissimo dno Hungariae Rege, ea de re deliberatum, fortassis aliud esset visum S. M. Regiae, sane illi non videtur, hac de causa mittendum esse Nuncium ad Caesarem Turcarum, cum praesertim Serenissimus Do: Hunga: Rex nihil de his rebus significavit S. M. Regiae, de quibus ad Illustrem Nuncium ex Turcia reversum miserat.

Quod superest, cupit utraque Mtas Regia, Serenissimo dno Hungariae Regi. Serenissimaeque coniugi illius filiae suae dulcissimae, ea omnia per Do: vram, narrari

qua liberis à parente imitari aequum est, vtq3 eis Do:
vra de paterno amore et beniuolen^a prolixe polliceatur
faustaq3 omia & foelicia vtriusq3 Mtis vobis ex
aio precetur.

Sigismundus primus Rex Polonie
Regi Ferdinando

Litere Mtis vra multis nominibus gratissime nobis
fuerunt, qm in his amoris illius et beneuolentie erga
nos impressa vidimus vestigia, libenter enim et per:
benigne nobis omia concessit, qua à Mte via postu:
lauius. Nam et diem cognoscendis in confinibus Re:
gnorum vtriusq3 nrum controuersiis, eum constituit,
quem nobis comodiorem esse intellexit, quem nostri
Comissarii sunt nro nomie obituri: et Mag^cos de
Homonna precum nrarum contemplacione à quorunis
iniuriis tuendos et propugnandos suscepit, et rebelli
nro Cozielsky, rogatu itidem nro, receptum in ditione
sua dari vetuit. Que nobis omia tam grata fuere,
quam que gratissima. Ac daturi sumus operam
vt re ipsa cum res postulauerit gratum et memorem
nrum erga Mtem vram animum declaremus.

Que per Nuncium suum Generosum Sebastianum à Schonacz
Mtas vra postulauit: in his cur ei gratificari nos
potuerimus, ex eo ipso cognoscet. Abunde enim illi
causas omnes enumerauimus, quamobrem huic Mts
vra voluntati, ita vt cupiebamus satisfacere non

potuerimus, bona spe sumus, qua prudentia est: quamque animi aequitate Maiestas vestra, quod excusationem nostram libenter sit acceptura.

Quod cupit Maiestas vestra certior à nobis fieri, nomine quid attulerit à Caesare Turcorum Nuncius noster, sunt ea quae attulit paulo iam obsoletiora, et quae novitatis gratiam excessisse videntur. Neque dubium nobis est, quin ex eo tempore, recentius aliquid ad vestram Maiestatem sit allatum. Sed quando et illa scire cupit nova, non perinde nova, non alia quae nobis renunciavit Nuncius noster ad rem pertinentia, quàm quod acceperit Caesarem Turcorum nusquam contra Christianos hoc anno progressurum. Habere enim nihilominus in finibus Ungariae Exercitum propulsandi, magis quam inferendi belli causa. Rumorem enim in Turcia sparsum fuisse, omnes Principes Christianos mutua inter se se conspiratione facta, arma contra Turcos moturos. contra quae ut Tyrannus eorum tueri se posset, tunc in finibus Hungariae exercitum reliquerit, Quamquam et hoc narravit Nuncius noster ipsum se Tyrannum audivisse graves minas terroresque Regno Hungariae denunciantem. Retulit praeterea, dum ipse esset apud Caesarem, advenisse Legatum Venetorum, et aliorum Regum Christianorum Legatos in propinqua fuisse expectatione, quorum omnium Legationem ~~pacificam~~ fore pacificatoriam intellexit.

Percussit nos vehementer rumoris, qui est ad nos allatus Cacianerum à Maiestate vestra desciuisse, et in Turcarum Tyranni potestatem ultro conversisse, atque ab eo copiis quibusdam esse praefectum, male

metuimus, ne homo hic magnū aliquod malum det cum Mti vrae, tum toti Reipubcae, Chrianae. Quare etiam atq etiam ab illa petimus, ac pro eo quo sumus erga illam studio Mtem Magciam vram impense hortamur, omni studio providere velit, ne quid Regna ditionesq eius, ne quid cuncta Resp: Chriana detrimenti capiat.

Quod si qua nova habuerit recentiora, quàm haec sunt nra, quemadmodum illam habere arbitramur, gratum nobis fecerit Mtas vra, si ea nobiscum commu-nicare non fuerit gravata, Cuius nos amori et benevo-lentiae frem commendamus, à Deo precantes, ut illi omnia rectè et feliciter in rebus omnibus eveniat, Dat. Crac. XXija Julii. MoDoXXXoIXo Regni verò nri XXXo IIIo

Sigismundus primus Rex Polonie
Andree de Gorka Castell: Posn

Magce sincere nobis dilecte. Consilium Stis tuae de mittendis Glogoviam Comissariis nostris, nobis probatur, atq eos omnino mittere decrevimus. Etsi qui-busdam de rebus variant adhuc eorum, quos hic prae-sentes habemus, consiliariorum nrorum sententiae. Quoniam tamen mittere Comissarios nobis est delibe-ratum, qui de iniuriis cognoscant, visum est ex re, ut S. tua promulgari ubiq in Capitaneatu suo, diem sancti Galli Glogoviae conventui dictam, voce Praeco-nis, ut mos est faciat, Quicunq subditi nri iniu-riarum aliquid passi sunt, illuc vadant, et ij

etiam et ipsi, cum iniurias suas, tum à quibus eas acce-
perint, describant, Quæ omnia in unum collecta, mittet
ad nos sinceritas tua ad diem Natiuitatis Mariæ proxi-
mi futurum, quo nos aliquanto ante, quàm Glogo-
niæ Comitia habebuntur, certiorem de his facere
possimus Serenissimum Do: Ro: Regem, quo Mtas eius,
præsto adesse iubeat eos, quorum nomina delata viderit,
ad causam iniuriarum dicendam, Deq; iis, si conuicti
fuerint satisfaciendum. Datis Cracoviæ ultima die
Mensis Iulii. Anno Domini, Millesimo, Quin-
gentesimo, Tricesimo, nono, Regni verò nostri,
Tricesimo tercio. ~

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Comissariis ad Glogonien. Conuentum
deputatis

Mag.ce sincere nobis dilecte, Non est clam S. tuam,
in his, quæ proximè per nos habita fuerint, Comitiis,
de sententia et consilio cum nostro, tum Senatorum Regni
nostri, constitutum hoc fuisse, ut aliquos ex Consilia-
riis nostris designaremus, Qui, posteaquam de Con-
uentu Glogoniæ habendo, per Oratores nostros, quos
ad hoc misimus, cum Serenissimo dno Ro: Rege conuentum
esset, Glogoniam proficiscerentur, ad cognoscendas
et terminandas, eas, quæ sunt inter nostros, et Serenissimi
domini Ro: Regis homines, controuersias, Cum itaq;
reuersis Oratoribus nostris, et assensum de Conuentu
habendo afferentibus diu multumq; fuisset per nos
deliberatum, cui nam potissimum eam prouinciam man-
daremus, visa est nobis S. tua ad eam obeundam

cum primis idonea. Quare ut se parit hortamur, quae
ex dignitate nrā Regia, queq; ex Regni nrī commo;
do fore iudicaverit, ea diligenter curatura. Instructio
autem à nobis et sumptus ex Fisco nrō S. tuae suppe;
ditabuntur, Quae, quo accuratius mandata nrā pfecerit,
hoc et fidem suam nobis magis probaverit, et gratiam
apud nos uberiorem inierit. Datū Crac. die decima
sexta Mensis Augusti. Anno Domini. Millesi;
mo. Quingentesimo. Tricesimo. Tertio. Regni verò
nostri. Trigesimo tertio.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ
Hieronimo Zielislawski.

NObilis fidelis dilecte. Queruntur Subditi nrī Ci;
ves Gedanen., denunciatum sibi esse per te, quod et
vitae, et personis eorum, hostilem in modum, sis insidia;
turus, et bona eorum quae possis, ferro, atq; igni popu;
laturus, Id si verum est, audax hoc nobis et nephan;
dum facinus esse videtur, cum ipse quoq; nr subditus
sis, non ad nrām te prius authoritatem confugisse,
atq; Jus à nobis petiisse, si quam tibi facta esse pu;
tas iniuriam, quâm ad haec perdita consilia, hone;
sto viro indigna decurrisses, Nos persuadere nobis
non possumus, eo te audaciae et temeritatis prolabi
potuisse. Quamobrem Mandamus tibi, ut cum dies
tibi dicta fuerit per certos Comissarios nrōs, sistas
te: atq; coram illis innocentiam suam purges, et
iniurias, si quas tibi à Gedanensibus factas credis,
exponas, ut ipsi de hiis cognoscant, et quod Juris

est decernant, Ab hac aut inhonesta et te indigna ratione supersedebis. Si secus feceris graues auda: ciæ tuæ poenas daturus, Datis Cracoviæ Quinta die Mensis Augusti. Anno Domini M° D° XXX° ix° Regni verò nri XXX° iii°

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Palatinis Culmensi et Mariemburgensi
Castellano Elbingen et Stanislao Kos:
tka Thesaurario Terrarum Prussiæ.

MAgci et Generosi Sincere et fideles dilecti. Questi sunt nobis Cives et subditi nri Gedanen Nobilem Hyeronimum Zelislawski, inimicitias sibi denunciasse, scriptisqz ad eos lris minatum esse, quòd cum ipsos Cives, tum bona eorum quecumqz possit, ferro atqz igni sit populaturus. Quam nos hominis tantam au: daciam et miramur, et molestè ferimus. Itaqz S. et f. vras hortamur, vt eo ad se vocato, causam quam habet cum Gedanensibus cognoscant, atqz id quod iuris est decernat. Admoneantqz hominem, vt Jure potius disceptare, quàm ipse sibi, contempta autho: ritate nrá Regia, manu velit Justiciam administrare, Quod nisi ab hoc audaci suo et nephario instituto di: scesserit, mittimus ad S. et f. vrás Mandata nostra quæ publicabunt, si ad Judicium vocatus non venirit, atqz ea à præfectis nris exequenda curabunt, vt pro hoste nro publico habeatur. neqz receptus ei vllus detur, atqz ea omia fiant, quæ in mandatis sunt præscri: pta. Crac, quinta Mensis Augusti, 1539

Tenor verò mandati bannitionis est talis

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Vniversis et singulis Rndis in Chro Patribus, Magcis, et Generosis, Famatis Episcopis, Palatinis, Capitaneis Burgrabiis et Nobilibus, ac Mgris Civium, Omnibusq ac singulis subditis nris, Regnum nrum, et Terras nras Prussiæ, incolentibus, Gratiam nram Regiam. Sincere et fideles dilecti. Credimus iam nõ esse incognitum S. et F. vestris. Quomodo quidam Hieronimus Zelislawski, contempta authoritate et superioritate nra Regia, nullaq à nobis postulata Justicia, De Civibus Gedanen, et aliis subditis nostris, illis se hostem per lras suas patentes declaravit, et omnibus modis, omniq hostilitatis suæ genere se nociturum eis denunciavit. Ad idq societatem quandam Commilitonum, et complicum suorum coegisse, et sibi adscivisse dicatur. Cum igr hoc facere videatur, contra debitum suum, et contra fidem suam subditicam, Juraq Regni publica, deinde contra auctoritatem et dignitatem nram Regiam, eundem Hieronimum Zelislawski, tanquam hostem Regni, et communium Jurium violatorem, de Regno et Dominiis nris omnibus, banniendum et proscribendum duximus, bannimusq et proscribimus præsentibus. Mandam, Quatenus eundem Hieronimum Zelislawski, in foris, et aliis locis publicis Civitatum, et Opidorum, banitum et proscriptum, per publicas proclamationes

deuenient, nec quispiam subditorum, cuiuscumque ordinis existat, illi receptum dare, ipsumque in domo sua fouere, et cum eo familiaritatem aliquam seu comercium habere aliter presumat, quam vt eum capiat, et ad nram vsque informationem detineat, Vel si non posset comode teneri, occidat, Cuius capiendi et occidendi facultatem vniuersis Hominib, in Regno et in Terris nris Prussiae agentium praesentibus lris nris impartimur. citra incomodum Honoris, et bonae famae vel minimum detrimentum. Et qui notatus aliquo crimine vel excessu fuerit, eundemque Hieronimum Zylawski detinuerit, captiuauerit, occiderit, et nobis tradiderit, eundem pristino Honori suo et bonae famae restituemus. Quod si ex Comitatu et societate eius, aliquis vel viuum, vel mortuum, nobis representauerit, illum a poena grassationis, imunem faciemus. Vbi vero in aliquibus Ciuitatibus et Opidis nris, & subditorum nrorum idem Hieronimus Zelysławski bannitus et proscriptus declinauerit, vel hospitatus fuerit, illis serio & seuere mandamus, vt illum capiant et detineant, a quibus, vbi non fuisset contra praesens Mandatum nrum captus, nobisque delatus, extunc contra huiusmodi Officium Ciuile, poenam nro arbitrio aestimandam, decernimus, illamque irremissibile ex illis exigemus. Qui vero eundem Hieronimum Zelysławski contra praesentes bannitionis nostrae lras, apud se aperte, vel occulte, sibique fauorem, auxilium, et patrocinium praestare quomodo praesumpserit, poenis contra tales decernendis subiacere eos omnes decernimus, et infames tandem pronunciabimus. Quod ad omnium et singulorum notitiam deducimus. et deduci volumus praesentibus. Mandan, Quatenus praesentes edicti et bannitionis nrae lras, diligenter

D

obseruent, et exequi in omnibus suis punctis et conditioni-
bus curent, sub poenis suprascriptis, et gratiam nostram secus non
facere ausuri. Datum Cracoviae Quinta die Mensis Au-
gusti, Anno Domini. Millesimo. Quingentesimo, Trice-
simo ~~tertio~~ nono. Regni vero nostri XXX iii^o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Antonio S. Quatuor

o indigna postulatoy.
Vir erat indignissimus

GEnerosus Acharius Jordan, vir est et claro genere
natus, et de nobis bene meritus. Is cum duas uxores
habuerit, postquam utramque vitam cum morte commuta-
uit, ad sacerdotium animum adiecit, Quoniam vero per
Leges Pontificias sibi iam bigamo, non liceret sa-
cris initiari, legibus hiis solui vehementer cupit.
Quod cum nostra authoritate se facilius obtinere posse
speraret, contendit a nobis magnis precibus, ut
Sanctissimo domino nostro supplicaremus quo eum Legibus
hiis solueret. Id nos tanto minus grauati fecimus.
quod eum et ingenio pollere, et aliquas in literis progres-
siones habere scimus, Atque eum esse cognouimus, Qui
si sit in Sacerdotum numerum relatus possit ei ali-
quando ordini non paruo esse usui. Quamobrem a
P. vestra magnopere postulamus, ut auctoritate sua
petitionem istic nostram adiuuet, Atque omni studio agat,
contendat, efficiat, ut is quod optat, optatum fere
quiat, Rem nobis gratam factura, Datum Cracoviae
Sexta die Mensis Augusti, M^o D^o XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

Beatissime pater etc. Cuperet sacris iniciari Generosus Achacius Jordan. Quoniam verò Bigamus est, per sacros Canones ad sacerdotium ei adspirare non licet. Itaqz supplicatum est mihi illius nomine, vt lras ad S. vram darem, quibus ab ea peterem, vt pro potestate sua authoritateqz Pontificia solutum eum velit hijs legibus, per quas ei fas non esset Sacerdotium suscipere. Id quod tantominus, quin facerem, recusare potui, quod eum virum esse accepi, et excellenti ingenio praeditum, et in lris non infoelr versatum. Quodqz caput est, factum quodamo à natura ad ea diligenter curanda, quae ad cultum diuinum pertinet Quare gratum mihi fecerit S. vra, si hunc qui vsui esse aliquando Ecclesiae potest, voti sui compotem reddiderit. Quam longissimo tempore, incolumem esse et foelicem precor, meqz et Regnum dicionesqz meas, gratiae illius paternaeqz beneuolentiae comendo. Datum Cracouiae die sexta Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Trigesimo Nono. Regni, verò nri tricesimo tercio,

Sigismundus primus Rex Polonie Comissariis ad Conuentu Glogonien deputatis

Plenipoten[tia]

CVm inter nos, et Ser[enissi]mi domini Ro: Regis homines multe iniurie intercesserint, multaeq[ue] controuersie ex; titerint, et periculum esset, ne neglecta initio scintilla nisi mature promissum esset, magnu[m] aliquod excitaret incendium, visum est et nobis et Ser[enissi]mo do: Roma: Regi cum primis opportunu[m] id esse remedium, ad lites istas, et controuersias tollendas, vt vtrinq[ue] Judices delegarentur, Qui de iniuriis istis, deq[ue] controuersiis cognoscerent, Atq[ue] ei rei locus est Glogonia con; stitutus, dies vero diuo Gallo sacer, Cum autem spectata nobis sit et probata prudentia, aequitas et integritas S. vrarum, eis potissimu[m] Prouinciam hanc imponendam duximus, ita vt p[rese]ntibus impo; nimus, iniungimusq[ue], et committimus, vt ad praefinitum diem Glogonie praesto adsint, Dataq[ue] libera facul; tate, et si quibus opus fuerit, fide publica, quam Sal; vum conductum vocant, omnibus iniurias prosequi, causamq[ue] dicere, cupientibus: eisq[ue] in sui praesen; tiam admissis, ac iustis eorum exauditis, peruestigata diligenter ex his que fuerint vtrinq[ue] proposita rei veritate, controuersias aut per concordiam si fieri possit transigant, aut per decreta sua, senten; tiasq[ue] diffinitiuas, decidant et terminent. Atq[ue] id quod aequitas iustitia bonaeq[ue] vicinitatis retinende ra; tio postulauerit, semoto quouis fauore, et odio, atq[ue]

omni affectione sublata, DEUM tantum et iustitiam prae oculis habentes, unanimi consilio, et suffragio, cum Serenissimi Ro: Regis Comissariis statuant, pronuncient, decidant, et per suas diffinitivas decernant, Quam ad rem S. vris plenam et omnimodam facultatem potestatemque damus praesentibus et concedimus. Quicquid per S. vras. de consensu Serenissimi Do: Romanorum Regis Delegatorum Judicum, constitutum fuerit, Quodquidem ad restinguenda odia, atque ad pacem, amicitiam tranquillitatem, inter finitimos conservandos pertinuerit, id omne ratum, gratum, et probatum habituri. Atque ut ubique locorum, in ditionibus nostris sancta inviolataque observentur, debiteque executioni tradantur, serio mandaturi. Quando hoc ipsum, facturum se Serenissimus Do: Romanorum Rex, in suis ditionibus promisit. Datum Cracoviae, die xxviij Septembris. Anno Domini M° D° xxx° ix° Regni vero nostri xxxiij

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Ioanni de Tarnow Castellano Cracovien.
Exercituu regni Capitaneo generali Pe:
tro Kmitae de Visnicze Palatino et Capi:
taneo Crac. regni Poloniae Marschalco

Venit ad nos Kyerdey Nuncius à Caesare Turca:
rum missus, Is eadem prope attulit, quae paulo an:
te Generosus Jacobus Vilamowskj, Dixit intermina:
tum esse Caesarem, Bijalogrodensi et caeteris Prae:
fectis suis, qui sunt nobis vicini, ne quid nostris ho:
minibus negotij exhiberi, neue ullo eos detrimento affici
permitterent. Nam si delatum ad se foret, aliquam no:
stros iniuriam, ex eis locis accepisse, se poenas ab
iis ipsis Praefectis repetiturum: atque eos coacturum,
vt sarciant omnia damna et detrimenta eis illata.
De pratis vero nris significauit nobis, sancire Caesa:
rem edixisse, ne quis praeter scientiam et volunta:
tem nram, in eis pasceret, Caeterum si velimus,
posse nos dixit, ex pratis iis nonnihil commodi,
capere, atque aliquod florenorum millia. singulis annis
ex eis confici posse, si per nos locata fuerint.
Nunc eam pecuniam Tartaros, per pastores gregum,
numerari, quam libentius esset nobis daturi, si
locare prata vellemus. Quare à tua S. postula:
mus, vt suum nobis consilium perscribat, an locanda
prata, necne censeat. Factura pro fide atque offi:
cio suo, et pro gratia nra, Vt quid responsi dandum
sit à nobis Kyerdeyo, scire possimus. Datum Crac.
viij.a Augusti, M.o D.o XXXIX.o Regni nri XXX.mo

Sigismundus primus Rex Polonie,
Achacio Ceme Castellano Gedanen

Generose fidelis dilecte. Designavimus f. tua, Legatum nrum ad Comitia quae Custrini habebuntur, ut queratur ibi, de iniuriis, quibus nri homines, Gedanen praesertim afficiuntur, Quae autem sint iniuriae, ex ipsis Gedanensibus cognoscet, A quibus bene instructa f. tua, ita causam aget subditorum nrorum, ut ii ad Jus suum pervenire queant: neq3 deinceps tot sint praedonum insidiis opportuni. Pro sumptu itineris a Questore Terrarum nostrarum Prussiae f. tua suppeditabuntur centum floreni, Quae quo maiore cura propugnationem nrorum hominum susceperit, hoc sibi uberiorem nram gratiam cumulaverit, Datum Cracoviae septima Augusti, Anno Mo Do XXXo IXo Regni vero nri XXX iiio

Sigismundus primus Rex Polonie
Civibus Gedanensibus

Famati fideles dilecti, Etsi verebamur ne sero per nos Legatus mitteretur, ad obeundum diem, qui cognoscendis Praedonum causis, dictus est. Tamen ut postulationi vestrae satis facere possemus, ne

forte existimaretis, res rationesq[ue] v[est]ras, non magn[um] nobis curę esse, dedimus negotium ei, quem optarent F. v[est]rę, Generoso Achacio Ceme Castellano vestro, vt Legationem hanc obiret, Erit vestri muneris dare operam, vt quam instructissimus Custinum veniat, quo possit, per F. v[est]ras. diligenter de rebus omnibus edoctus, tanto melius causam vestram agere, atq[ue] ad foelicem exitum eam perducere. In causa Joannis Scotte, et Hermani Schint, Ciuium vestrorum, subditorum n[ost]rorum, ad Illustres Magnopolen[ses] Duces ita scripsimus vt fuit nobis supplicatum, Aliquid profici posse l[itte]ris n[ost]ris speramus. Quę si suum pondus apud illos habiturę non sint, nos om[n]es nihilominus rationes tentabimus quibus homines n[ost]ri, ad suum peruenire possint, De Zelislawski scripsimus antea, sententiam n[ost]ram, F. v[est]ris. nihil attinet eadem repetere. Datū Cracouię septima Mensis Augusti, Anno. M° D° XXX° IX°
Regni vero n[ost]ri XXX° III°

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Papę TERCIO

SAnctissime. etc[etera]. Cum ab humanis emigrasset R[everen]dus in Chr[ist]o P[ate]r, d[omi]n[u]s: Stanislaus, Posnanien[sis] Ep[iscop]us, in eius locum nominaui R[everen]dum d[omi]n[u]m: Sebastianum Chelmen[sem] Ep[iscop]um, Constitutionum Regni mej cum primis peritum magna humanitate affabilitate,

atq3 in pauperes liberalitate praeditum, qui fidem mihi suam, atq3 diligentiam multum probavit. Hanc meam nominationem, ut ratam habeat S. vra, supplico. Rem autem mihi gratissimam fecerit si confirmandae voluntati huic meae nihil interposuerit. Quoniam vero demortuus Epus Annum integrum Ecclesiae Posnan non praefuit, videtur hic per me nominatus ad annata solvendam obligatus non esse. Quamobrem à S. vra peto, ut ei, annatae nomine, negotium exhiberi ne permittat. Esset enim hoc, magno cum Regni detrimento coniunctum, si bis eodem anno annatam solvi opporteret, in hac praesertim tam frequenti Eporum mutatione. Datis duodecima Mensis Augusti. Anno M° D° XXX° ix°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Antonio Cardinali Sanctorum Quatuor

Rme. In demortui Posnanien Epi locum nominatus est per nos, et per Venblē Capitulum Ecclesiae Posnanien, electus Rendus in Christo pater, dominus Sebastianus Chelmensis Epus, vir et Constitutionum Regni nri peritus, et mira quadam humanitate facilitateq3 praeditus. Cuius opera, in administranda hominibus iustitia, multum usi sumus. Nunc à R. p. vra magnopere postulamus, ut operam suam interponere ne gravetur, quo S. D. nr, nominationem nostram et Venblis Capituli electionem, ratam habeat,

atque eam ita confirmet, ut nihil necesse sit nominato
nostro, annatae nomine solvere, Cum a quo ea persolu-
luta est, Rendus do: Stanislaus, non toto anno ad
eius Ecclesiae gubernacula sederit. Renunciatus enim
fuit a S. domino uro, Posnanien Epus, ad nonum Calendas
lendas Maij, Quo plus itaque fuerit in nominatum
hunc nrum liberalitatis collatum, hoc plus R. p.
vrae sumus eo nomine debituri, Datis Cracoviae
xii Augusti M° D° XXXIX°

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

Sanctissime etc. Cum in demortui Posnanien Epi locum,
nominatus esset per me Rendus in Christo pater, do:
Sebastianus Epus Chelmen, non alium vidi digniorem,
rem, quem Chelmen Epum nominarem, quam Rdum
Samuelem Maczyeiowski Decanum Cracovien, Regni
gni mei Procancellarium. Qui cum alumnus sit
Rdi domini Petri Tomicii Crac. olim Epi, omnibus
bus ingenij, atque animi praeclaris dotibus ita demortuum
tuum illum exprimit, ut cum nihil prope ab eo decli-
clinet, multum leniat nostrum illius desiderium,
Nam et ingenio praestat, et omnibus libero homine
dignis artibus perpolitus. Atque his est virtutibus
exornatus, ut ei anteponi nemo, paucissimi queant
comparari. Is itaque cum et Ecclesiae, et Regni mei
rationibus magno fore usui videatur. Quod ipsum
S. vram, quae ex id genus hominibus magnam

capit voluptatem, libenter esse facturum scio. Id ab ea peto, ut nominationem hanc meam Judicio, autho-ritateqꝫ sua approbet, eaqꝫ ratam esse velit, una eademqꝫ opera et mihi rem gratam factura. Et Ecc[lesi]e praeclare consultura, et ipsum per me nominatum be-neficio hoc suo devinctissimum sibi reddditura. Quoniam vero Ep[isco]patus ipsius, tenuis prouentus sunt, supplico S[anctitati] v[est]rae et una ea omnia quae obtinet sacerdotia, tam curata, quam non curata, pensiones, domos, et prae-stimonia, quae vel habet iam, vel olim est habiturus, ei reseruet, et facultatem simul clementer et libera-liter largiatur acceptandi alia quaecunqꝫ sacerdotia, quorum se prouentus extendant, ad Mille plus minus ducatos. Nam cum sit Regni mei Procancellarius ut splendori meo dignitatiqꝫ consulat, magnam fa-miliam, multos equos alere, maioresqꝫ sumptus facere cogitur. quam ut eum tenuis hic Ep[isco]patus sustentare queat. Quo plus itaqꝫ liberalitatis in eum contulerit, S[anctitas] v[est]ra, hoc me sibi magis demerebitur, Qui, quae velle illam cognouero, semper sum vicissim animo libentissimo facturus. Datum Cracoviae xij die Augusti Anno d[omi]ni M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Antonio Cardinali Sanctorum Quatuor

Cum designatus esset per nos Posn[aniensis] Ep[iscopu]s R[euerendu]s d[omi]nus do: Sebastianus Cholmen[sis] Ep[iscopu]s, in eius locum

nominavimus Reverendum dominum Samuelem Maczierowski, Decanum
Cracoviensem. Regni nostri Procancellarium, In quo ve-
leriorem esse virtutis, quam aetatis cursum perspeximus
Nam cum alumnus fuerit Reverendi patris domini Petri Tomitii
Crac. olim Episcopi. Regniq[ue] nostri Procancellarii, videmus
eum omnibus vestigiis, omnes illius virtutes, ita esse
persecutum, ut bona spes teneat animum nostrum, fore
ut hoc superstite, non multum, illum in Christo defunctum
etiam desyderemus. Est enim et ingenio praestanti,
et prudentia, doctrinaq[ue] minime vulgari praeditus.
Ea vero morum gravitate integritateq[ue], ea continentia,
ea modestia, ut nemo nobis dignior visus sit, quem
in Episcoporum numerum referremus, cum omnes omnium
virtutum numeros implevisse videtur, Cum autem is
Procancellarii munus gerat, in quo multum splendo-
ris et liberalitatis inesse oportet, Ex Episcopatu autem
Chelmensi, tenue sit admodum vectigal percepturus,
Petimus a R. p. vestra, ut apud sanctissimum dominum
nostrum, ei obtineat reservationem cum Episcopatu hoc
omnium sacerdotiorum, quae vel habet, vel habiturus
est, tam curatorum, quam non curatorum, atq[ue] una
pensionum, Domorum, prestimoniorum, Qua in re
quo fuerit ei, per R. D. vestram factum benignius,
hoc sibi voluntatem nostram magis devincibitur, atq[ue]
cum nos ad bene de se merendum reddet propensiores,
tum illum beneficio hoc suo ita devinciet, omnia ut
facturus sit, quo ~~gratiam~~ gratum suum et memorem animum erga
R. D. vestram declarare queat. Camenecensem autem
Episcopum designavimus Reverendum Joannem Vilamow-
ski, utriusq[ue] Juris Doctorem, Cantorem Crac.,
Secretarium nostrum, virum cum doctrina, tum
prudentia non vulgari praeditum, multisq[ue] a Deo prae-

claris muneribus ornatum, eum quoque per Sanctissimum dominum nostrum confirmari petimus, atque eadem ratione qua nominato Chelmen sacerdotia omnia reservari. Gratissimum nobis fecerit R. D. vestra si huic quoque ope atque opera sua non defuerit. Datum Cracoviae Duodecima die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Tricesimo, Nono, Regni vero nostri Tricesimo tertio.

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape Tercio

Cum vacasset aliquamdiu Camenecen Ecclesia. Episcopum eius nominavi Reverendum Joannem Vilamowskij Cantorem Cracovien. Secretarium meum, Cuius opera saepe sum in Legationibus usus, virum et doctum et prudentem qui gravitatem mira quadam comitate temperavit, atque ea morum est, suavitate praeditus, facile ut omnes in sui amorem alliciat, Eum S. vestrae diligenter commendo, atque ut nominationem hanc meam ratam habeat, maiorem in modum peto, Et cum Episcopatu hoc nullus in Regno meo tenuior sit, hoc praesertim tempore, quo per Valachos maximus illi vastitas est allata, Supplico S. vestrae, ut omnia quae habet, vel habiturus est sacerdotia, tam curata, quam non curata, ei cum Episcopatu reservet, Quare et mihi S. vestra gratum fecerit, et illum sibi plurimum devinxerit, Crac. xij Augusti, M° D° XXX° IX

Sigismundus primus Rex Polonie
Ciuibus Wratislaniensibus

FAmati fideles dilecti. Qui in Ciuitate nra Craconien
stannea vasa conficiunt, ii detulerunt ad nos, vros
eiusdem generis artifices, quasdam sibi leges imponere
et singulis Mgris, certum discentium nu͡mrum perscri;
bere. Quem cum nri nostri non obseruent, qui ab eis
proficiscuntur, eis apud vos locum non esse. haberiqz
vos despicatui. Ex quo factum est, vt ex hoc genere
quidam, cum à Magistro suo sibi illusum esse quae;
reretur, Ciuitati huic nrae Crac. inimicitias denun;
ciauerit, atqz nonnullos deprehensos male acceperit,
suisqz fortunis spoliauerit. Equidem miramur, quod
sibi ius vendicent in homines nros artifices isti
vestri, quasi cuiusqz sit, praeter nos, leges eis impo;
nere. Hortamur vos, vt eos admoneatis, vt intra
suam pelliculam se contineant, neqz propterea qui
hinc proficiscuntur eos reprobos existiment, quod
eorum Legibus, quibus non tenentur nri in hac
Ciuitate, parere recusant, Nam si quid ea in re
Ciuitas nra detrimenti ceperit, à vobis id sarciri
volumus. Neqz defuturi sunt in Regno nro, qui con;
niuentibus nobis par pari referre conentur. Datis
Craconiae tredecima die Mensis Augusti
Anno domi Millesimo. Quingentesimo, Tricesimo
no,

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni de Tarnow Castellano Cracovien
Campiductori regni. Petro Kmita de
Visnicze Palatino et Capitaneo Crac
regni Poloniae Marschalco.

Quo tempore de pratis seu pascuis consilium tuae S. cognoscere cupiebamus, praetermissum fuit, de quo maxime sententiam tuae S. cognoscere cupiebamus. Narravit enim nobis Kijerdeij. Etsi negotium sibi datum non sit à Caesare, ut fines terminaret, videri tamen sibi facturos nos operae pretium, si praesente illo mitteremus aliquem ad regundos fines inter nos, et Turcorum Caesarem, Ita enim affirmare Praefectum Bijallogrodensem, ex illa parte Boristhenis, ad Caesarem omnia pertinere. Caeterum ubi Boristhenes ipse Paludem Meoticam influit, angulum esse quendam, de quo controversia sit, utrum an Turcicae ditionis esse debeat, Suadet itaque nobis, ut mittamus eo aliquem, qui se praesente terminos constituat, quo ipse reversus ad Caesarem, posset illi statum rerum exponere, rebusque nostris aliquid adiumenti afferre. Nunc itaque scribat nobis sententiam suam S. tua, per hunc cubicularium nostrum, mittendum ne aliquem, aut quem mittendum censeat. Pro fide et officio suo, et gratia nostra factura, Cracoviae XVI Augusti. Anno M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Suleimano Turcarum Imperatori

Ser[enissi]me et Potentissime Princeps, et d[omi]ne amice, Vicineq[ue] noster Charissime. Remittimus ad M[aies]tem v[est]ram Oratorem illius saluum et incolumem. Et agimus M[aies]ti v[est]rae magnas gr[ati]as, q[uod] n[uncium] n[ost]rum quoq[ue] ad nos saluum remiserit, et quod in his, quae postulauit nomine n[ost]ro nobis satisfecerit. Gratum enim est hoc nob[is], et magnopere ad amicitiam et bonam vicinitatem retinendam conducit, q[uod] M[aies]tas v[est]ra Pastoribus Omni inhibuerit, ne in n[ost]ra pascua greges sine volun[tate] n[ost]ra pascant, et ne Turci vel Tartari incursiones violentas, vel clandestinas et in subditos n[ost]ros a Praefectis M[aies]tis v[est]rae permittant, neue subditi n[ost]ri vel res eorum rapiantur. Quae cum sint amica officia, nos illis ita utemur, vt vicissim a nostris, nulla iniuriam subditis M[aies]tis v[est]rae, inferri permittemus. Et si qua facta fuerit iustitiam ministremus. Dat[um] Cracouiae, secunda die Mensis Septembris. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Tricesimo nono

Ferdinandus Romanorum Rex Sigismundo primo regi Poloniae

Serenissime Princeps, frater et consanguinee noster charissime, Expeditae sunt non multos ante dies literae nostrae ad Maiestatem vestram, quibus illam certiorem reddere curavimus de Commissariis ad cognoscendas differentias subditorum terrae et Comitatus Scepusiensis expediendis. Ac post expeditas iam literas intervenerunt perardua Regni nostri Ungariae negotia, quae a nobis postularunt, ut subditis nostris eius Regni necessario Generalem Conventum indiceremus. Is autem Conventus indictus est, ad vigesimum primum diem Septembris prope vergit, id tempus, quod disceptandis illis differentiis erat designatum, Itaque commode a nobis fieri non potest, ut Commissarii nostri, quos ad id designaveramus ad tempus constitutum illic adsint. Voluimus igitur id ipsum indicare Serenitati Vestrae, ut sciat rem oportere in aliud tempus differri, quo constituere velit aliud commodum tempus cognoscendis ipsis differentiis, nobisque indicare, ut Commissarii nostri ad id tempus expediri possint. Quam Deus optimus servet incolumem diu, Datum in Civitate nostra Vienna die xiiia Mensis Septembris Anno Domini. MoDoXXXoXo

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Vilamowski Epo Camenecen
et Petro Kmita Palatino Cracovien

Rde in Chro pater, et Magci sincere nobis dilecti. Commodum discesserant S. vra. cum allatae sunt nobis lrae a Sermo dno Romanorum Rege quibus certiores nos facit, non posse se ad constitutum tempus Commissarios mittere Scepusium. Eas lras S. vestris mittimus, sed nihilominus, vt coeptum iter suum prosequantur volumus, atque vt omnia diligenter cognoscant, de quibus missae sunt, quo possint certa omnia et explorata ad nos referre, lras autem has Serenissimi domini Romanorum Regis diligenter asservabunt, atque ad nos cum redierint referent. Facturae S. vrae, pro gra nostra et officio suo. Datum Craconiae vigesima sexta die Mensis Septembris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Trigesimo, Nono. Regni vero nostri Trigesimo, tertio,

Ioachimus Marchio Brandeburgen.
Sigismundo primo Regi Poloniæ

Non dubium est nobis quin memoria teneat M^tas v^ra
Quæ dominus Achacius Cema de controuersia religionis
cum M^te v^ra nomine n^ro egerit, et quemadmodum M^tas
v^ra negotium ei dederit, vt de ea re Ser^mam filiā
eius, coniugem n^ram charissimā informaret. Qua
in re ille se obedienter gessit pro officio suo. Nunc
noluimus celare M^tem v^ram, q nos in terea temporis
quantum potuimus nos continuimus, neq volnimus
præcipitanter quicq agere, q pondus rei maturā de:
liberationis indigebat, Eramus in bona spe q iam
pridem æditum Concilium, aut saltem conuētus
Norembergen, cuius, in Comitijs Frankfordiensibus
proxime præteritis mentio fuit facta, progressum
esset habiturus atq ita futura esset generalis
concordia. Qua sola spe nos hactenus n^ros monēdo
et consolando, ita vt maxime potuimus ex^mis ma:
gno eorum cum grauamine continuimus. Sed quan:
do multum temporis iam frustra præterijt, neq vsq
apparet Concilium istud toties prorogatum et promul:
gatum: et nos apud n^ros homines, cum sæpe illos
in spem bonam vocassemus, nulla re subsecuta, in
opinionem suspicionemq venimus, quasi prudentes
et scientes vellemus eos in dubium adducere, et
in dubio relinquere. Iterum ab eis absq vlla inter:
missione admonemur, quando omnes vicini n^ri

circumquaq, atq etiam si nr commutationem religionis susceperunt, atq ea vtuntur, vt etiam illis commutandæ religionis potestatem faceremus. Quod illis iam amplius, quando quidem tacetur iam de Concilio, negare non possumus, neq continere absq suspitione maioris ali: cuius incomodi venturi, pereuntisq obedien. Itaq ante paucos dies, cum bona et matura deliberatione atq consilio ponderationeq Consiliariorum nrorum Epōrum, Spūalium Prælatorum, et Terræ Consiliario: rum, induximus in animum, Christianam quandam reformatiōm facere et Ecclesiarum ordinationem, quæ in nris Terris teneatur, non eo proposito, quod veli: mus erroneæ doctrinæ nos subijcere, et per hoc inno: nationem quandam inducere: sed ea duntaxat de causa, vt esset æqualitas in vsu Ceremoniarum, atq in Ecclesiarum ordine, vt q ea ratione multæ inuti: les disputationes et Cauillationes quæ fuerunt in populo tollerentur. Nam si diutius ista res neglecta fuisset, vitari non potuisset, quin aliquid inde diffi: cultatis sequeretur. Quamobrem confidimus propter eas causas quas enumerauimus, cum apud Cæsaream Mtem, cui in omnibus æquis et honestis dicto audien: tes esse volumus, tum præcipue apud Mtem vrām secundum priorem informationem, quam ex dno Achacio audiuit, nos excusatos fore, quandoquidem nrum propositum nūq fuit à vera Chriana Ecclia atq illius ordinatione discedere, et contra illam propriam nouam ordinationem quæ in verbo Dei fundata non esset suscipere. Cum verò nra coniunx, multa propter deffectum linguæ Germa: nicæ non intelligat, et iterum ferat uterum, quod cum gaudio Mti vrǽ significamus non libenter

illam in aliqua tristicia et sollicitudine videremus.
Quare rogamus M. vram, ne graventur et illius,
et nra causa Achacium Coman, aut si illum no
posset, Nicolaum Nipssitz primo quoqz tempore ante
festum omnium sanctorum huc mittere. Nam ad illud
tempus ordinatio nra publicari debet, velitqz ei mandare,
ut de ista ordinatione, deqz instituto nro rationabiliter
et fundamentaliter eam informet. Nam si
fuerit pro necessitate in hac causa informata, no
dubitamus, quin futura sit animo pacato, et nobiscum
concorditer et unanimiter victura. Qua in
re si Mtas vra paterne, amice, neqz gravate
gerat. Quod nos omni obsequio nro, vicissim referre
illi conabimur. Datum in Schonbergk, die Jovis
post festum sancti Aegidii Confessoris Abbatis
Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, trigesimo
Tercio.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Ioachimo Marchioni Brandeburgen.
Socer genero Salut.

Illme Princeps et domine, gener ac fili ni charissime.
Reddite sunt nobis Illtis vre lre, quibus instituisse
se scribit, vicinorum exemplo: commutacionem quandam
religionis facere, idqz in hominum sibi subiectorum
gratiam: quod non alia ratione vel ipsi in officio
potestateqz contineri, vel gravius aliquod malum

vitari potuerit, Nova nobis hæc res accidit, et vehemē-
tius q̃ dici queat, animum nrūm perculit. Nam et Reipᵃᵉ
Chrianæ vicem dolemus, à qua tam nobile membrū
avellere se statuisset. qꝫ cum Generum haberemus cin-
ctum quidem hiis qui novitatem dogmatum sequūtur,
sed qui deduci tamen de via recta non posset, nunc no-
bis videmus, istam gloriandi potestatem præcisam.
Sed et Illtis vrǽ vicem dolemus de cuius constantia,
religionis hac commutatione, à qua scribit se dudum
abhorruisse, permultum detractum iri intelligimus, Ac
quo magis intelligat Illtas vrá, quantum animo
dolorem acceperimus. ex hoc uno, sensum animi nri
Illti vrá aperiemus. Etsi multa sunt in ea præcla-
ra Dei munera, quibus adducti sumus, ut filiam no-
stram charissimam primogenitam illi collocaremus,
inter primas tamen causas, Quamobrem Illtem vrám
nobis potissimum generum deligeremus, fuit, hæc illius
in veteri fide et religione constantia, huius amore
pignus illi nrūm charissimum tradidimus, ex quo
coniecturam facere potest Illtas vrá, q̃ acerbum no-
bis acciderit, qꝫ metus quidam nobis iniectus est, ne
spe de illa, et expectatione nrá frustrati simus.

Sed quam tandem causam affert Illtas vrá, quam-
obrem commutatam in suis ditionibus religionem ve-
lit? vicinorum exemplum? Atqui et nos non
minus vicini sumus Illti vrá, quam isti sibi pla-
centes, qui scindunt unitatem Ecclesiæ, Neq; longo
locorum intervallo disiunctus ab illa est Rmus
atq; Illmus patruus eius, cui vel illius vel nrá
authoritas, non plus apud Illtem vrám valeat?
quam eorum qui neq; dignitate, neq; propinqui-

tate, neq́ꝫ amore in Illtem vram sunt superiores.

Habemus nos quoq́ꝫ vicinos quorum diuersa sunt Re-
ligiones, Nec tamen vicinitas haec iustam nobis causam
praebuerit, illorum opiniones amplectendi: et à Chri-
stiana veteri religione in qua nati et educati sumus
desciscendi. Magis adhuc circumseptus fuit hoc gre-
mus hominibus, nouis opinionibus imbutus Illmus
dnus Georgius Dux Saxoniae affinis nr charissimus
nuper in Chro defunctus, non se tamen solum, sed
et homines suos ab ea labe incontaminatos serua-
uit: qua vicini correpti fuerunt, Itaq́ꝫ satis mirari
non possumus, hanc causam, ab Illte vra allatam,
quamobrem licuisse sibi putat, in ea religione non
permanere, in qua Illmus pr eius, magna cum
laude diem suum obijt, atq́ꝫ procul dubio constantiae
suae à Deo praemia tulit.

Sed metuere scribit Illtas vra nouos motus: atq́ꝫ
vt suos in officio continere posset, si diutius esset re-
luctata, ita nobis persuademus hominibus Illtis
vrae, non adeo eos fidei atq́ꝫ officij sui esse immemores
vt contra quam fas sit extorquere, ab Illte vra
inuita conaturi essent. Qui si maxime aliter essent
animati non esset eis tamen ideo id concedendum,
Ne si semel importunitatem suam ex sententia sibi
cessisse videant, eadem ratione iterum atq́ꝫ ite-
rum ea quae libido tulerit exprimere conentur.
Nobis vero prius Deus omnia eripiat: q́ꝫ illud Iu-
dicium, quo non modo non concessimus homini-
bus nris, vt illis vrgentibus ab Ecclia seiungere
nos velimus, sed vitam etiam et sanguinem no-
strum pro Sponsa Chri imaculata, quae vna tantum

est, neq; adulterari potest, lubenti atq; alacri animo si opus sit, profusuri simus.

Quo minus aequo animo ferre possumus ita nos instabiles iudicasse Illtem vram, ita parum firmos in fide et religione à maioribus nris per manus nobis tradita vt non dubitaret, à nobis petere, quo misso Generoso Achacio Cema Castellano Gdanen, aut Nicolao Nipssicz aulico nro persuadere conaremur filiae nrae charissimae coniugi Illtis vrae quae uterum fert, quo ipsi quoq; religionis instituto commutato persuaderi possit. Parum aequa, neq; satis digna nro nomine visa nobis est ista Illtis vrae postulatio. Tantumq; absumus ab eo vt filiolae nrae charissimae persuaderi ista velimus, per quempiam à nobis ad hoc missum vt non aliter etiam germanam eam filiam nram simus agnituri, quam si paterna, atq; avita vestigia persequuta, nullis persuasionibus de prisca fide et religione se deduci passa sit. Quamobrem Illtas vra nos de Nicolao Nipssicz et Achacio Cema excusatos habebit, Cui Achacio nunq; in eam partem, vt innuere videtur Illtas vra, mandata dedimus, Sed si ille mandati nri fines excessit, dabitur à nobis opera, vt consilii sui illum peniteat.

Et ne paterno officio nro erga Illtem vram defuisse videamur, quandoquidem et illa nos patrem, ita nos eam vicissim filium nrum charissimum libenter agnoscimus et salutamus. Rogamus Illtem vram atq; obtestamur, etiam atq; etiam deliberet quid sit illud quod vt faciat, nonnulli eam adducere conantur, In ea fide, in ea Ecclesia Illtas vra

constanter perseveret, in qua parentes, avos, maioresque suos omnes decessisse scit, quos in beatorum sedem receptos esse confidimus.

Quod si deduci de eo, quod proposuit non potest, saltem amplius adhuc deliberet, bona spe sumus, effecturos nos unacum aliis Regibus Christianis et principibus, ut congregetur Concilium, in quo sublatis istis tot sectis tam dissectis, remotaque tanta opinionum diversitate, dubiae mentes hominum tranquillentur, fiatque unus Pastor, et unum ovile, Nam quod in hunc usque diem Concilium hoc, congregatum non est, certo accepimus per Summum Pontificem non stetisse.

Quod si pertendet tenderit, in instituto hominis Illtis vra, perstare, illi viderint de re sua, modo ne ipsa Illtas vra exemplo authoritateque, eorum comprobet voluntatem, Illud aut ante omnia Illtem vram rogamus: ne filiam nram dulcissimam adigat ad Ecclesiae unitatem deserendam, cuius etsi salus corporis magnae nobis curae est: ita ut merito esse debet, de salute tamen animi illius multo sumus magis solliciti: neque minus deesse illi vellemus, in anima, quam in corporis periculo, pro nro incredibili studio, quo magnopere cupimus Illtem vram de sententia sua deductam

Plura nobis scribenda succurrebant, sed ne Eplae modum excederemus, his hoc tempore contenti esse voluimus, Ab Illte vra petimus, ut scripta haec nra legat diligenter, atque ita legat, ut ex eo quod postea fecerit, quanti existimet paternum nrum erga se animum, cognoscere possimus, quantumque nos de amore illius erga vobis nos nobis polliceri debeamus.

345 330

Optamus Illtem vram bene valere. Cracoviae Die vigesima sexta Mensis Septembris, Anno domini Millesimo Quingentesimo, Trigesimo, Nono, Regni vero nri Trigesimo tertio,

Sigismundus Rex Sstr.

Sigismundus primus Rex Polonie Ioachimo Marchioni Brand:

Reddite sunt nobis lrae Illtis vrae latine scripta, atque eo nomine gratiores, quibus multa nobis tribuit, quorum contemplatione, ante etiam quam nobis tam arcte necessi: tudinis vinculo conuncta esset, magno se nri studio infla: matam fuisse scribit, id adeo auctum esse, ex hac nona affinitatis coniunctione, atque quam patri debet filius pietatem, eam se nobis perpetuo libenter praesta: turam, Quae ex abundantia amoris erga nos sui nob tribuit Illtas vra, ea si sunt, (admitimur autem se: dulo ut esse possint) Dei munera sunt, Cuius misericor: dia accepta ea ferimus, atque illi gras agimus, si quae in nos ornamenta ex gratuita beneficentia sua conferre dignatus est. Quae vero de sua in nos pietate scribit Illtas vra, ea nobis valde grata acciderunt. neque ullum aliud quam amoris et beneuolentiae certamen, cum Illte vra libentius susceperimus, ut qui non aliud magis odimus, quam contentione et pugnas Legis. Quare ea de nobis sibi firmiter persuadeat, quae de Parente beneuolentissimo, quidnis facilius Illti vra

concesserimus, quam ut in hoc pulcerrimo amoris et bene:
volentiae certamine superiorem illam esse velimus.
Tanto vero maiore animi alacritate certamen istud
amoris mutui cum Illte vrā suscipimus, quod neque di:
scessisse se neque discessuram esse scribit a Catholica
Ecclesia, Neque Fanaticis opinionibus loci quidque prae:
bere. Nam ut illi nihil vtilius, ita nobis nihil potest
accidere gratius, quam si idem nobiscum sapiat Illtas
vrā, eandem charitatem habeat: vnanimis idipsum
sentiat: neque per contentionem quidque agat. Quo animo
cum se esse significet, gratulandum illi potius eo
nomine ducimus, quam ut aliquem isthuc ex his
quos nominat Illtas vrā confirmandae filiae no:
strae causa mittere necesse putemus. De qua certo
nobis persuasum habemus, eam ad Phanaticas
opiniones Christo bene iuvante nunquam accessuram, neque
ab vnitate Ecclesiae discessuram. Itaque si quempiam
ad illam eorum mitteremus, de fide illius et con:
stantia dubitare videremur, quam nos illi qua:
si notam inurere, ab officio nostro paterno esset alie:
nissimum. Datum Cracoviae Quindecima Novembris
Anno MoDoXXXXIXo

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ill^me Principi dnae Heduigi Marchi:
oni Brandeburgen uxori Ioachimi
principis Electoris Romani Imperii

Oświeczona Kxięschno, Czorko nascha mila.
Dano nam list ot T. Mczi, sktorego iśmi wyrozu:
mieli, twa M. bieß brzemienna, bilismi stego pocziu:
schenij, maiącz te nadzieie, ijß to czo twa M.
noschisch, ku chwale milego Boga, ku poczieschi
swoiey y naschei tesch, w dobrim sdrowiu porodzisz.

Ale nas sdrugij stronij list Kxiąßęczia ie^o mczi
Malzonka twey M. sasmuczil, zktoregosmi
wielką zalosz wzięli, ijß nam wipissal, ze na:
proßbe poddannich swoich, otmiane niejaką w
sprawie Crzescziańskij uczinicz chcze, a ijß nas
tesch oto zadal, zebismi T. M. przes Posla nasche^o
ku przizwoleniu na te otmiane wiari przywodzili,
Mi acz mieniemij iako czo chce czinicz Xiąsche
ie^o M: a wsßakosch to wiemi, ze na zadną
otmiane nam twa M. przywodzicz nieprzistoi,
y owschem S powinnoszczi naschey, iakosmi przet:
tim czinilij, twa M. tim listem napominamy.
Abi twa M. nikomu kwoli misli swey przeciwko
wiarze swięte ijnak nieodmieniala, iedno tak
mocznie a stale wnim trwala, iakoß twa M.
smlodoszczi iest narzona, y wichowana.

Bo mi iusiesmi tego doswyatczili, yjsch to zo ßyję dzia:
lo, za Przotkow naschich, wyednosczy vyari, y Co:
szciola swyętego, bilo wßitko dobrze, y chwalebnie.
Poniewasch vyelkimi cudi wludziech swyętich to
szyę okazowalo, yjsch viara Przotkow naschich, y
zachowanie yednosczi wkosciele swyętim bilo zaw:
sche Panu Bogu mielo, y zboru Krzescianskiemu
pozitczno. Ten nas tesch zaschye vidziemi, yako
zatim nowim niektorich ludzy od Vyari odtargnieniey
swowolnim, viele zlego Pan Bog na Crzescianstwo
przepuscza. y obaviam schyę trzeba, abi y tich
ktorzi się tego przyczyną, y drugich acz niewinnich
dla nich, tu, y na onim swyeczye Pan Bog niska:
ral. A przeto y podrugie T. M. napominami,
abi T. M. dobrodzieystwem Bozym niegardziela,
ktoregosz twa M. dostala wrodzeniu, w cnotach,
wzdrowyu, y wdobrim mieniu, smiskęd yuzę,
yedno Swyari stey, ktorąsz twa M. od nas
y odprodkow naschich przes ręce wßyęla, za ßwia:
tloscyą Boską, ktorą dawno ludzie Crzescianskie
oßwyeczila, y trzimala tak wssitko w Cosciele
swyętim, iako Prodkowie naschi trzimali, y dziß
trzimayą kosczioli Crzescianskie zdawna duchem
swyętim postanowione. Iako tesch Przelozeny naschy
Duchowny, Cessarz, Krolowye, Ksyązęta vyelikie
dalekich ziem dotich – myast dzyerzßą stale a
nieodmyennye, Bo tę nadzieyę mamy. yjsch yako
ci wssiczi w stalosczy swey, tako tesch ony sniya:
losczi swey ktorzi ßye od Cosciola odrivayą,
zaplatę przistoyną richlo vezmą. Poniewasch
nas Sam Pan Bog nauczel, yjsch go nalesz nie:

mami na Ruszi, abo na ossobnim mieyszu, ale tilko
w Zborze à w yednoszy Cosziola swyętego.
To gdi T. M. vczinisch, bendziesch miala laskę Bo-
ßey, slawę vyelikey: milosz y blogoslawienstwo
nasche, rozmożenye dobre owoczu swego.
Ayesli bi Krolowa yeo. mcz. chzial T. M. ktemu
zissnyecz woley abo namowami swemi, yednak
T. M. nieracz tego czinicz. Bo ku tey misly y
poslusczenstwu T. M. my bendzyemi gotowi. t.
M. rady y obrony naschey dzyerzßecz, à w za-
dney potrzebie za takowey rzeczy T. M. nieopu-
szczacz. Stim T. M. Panu Bogu poruczami,
zyczecz t. M. zdrowia, szcześzia, nadlugie czassi,
Datū Cracouiæ feria quarta ante festum S.
Stanislai. Anno Domini Millesimo Quingentesimo,
Quadragesimo,

Sigismundus Rex sst.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Archiepo Cardinali Moguntino

Rme ac Illme in Chro Pr et domine, affinis nr charissime. Qua contracta est affinitas inter nos et Illmum do Joachimum Marchionem Brandeburgen Principem Electorem, vra Rme ac Illma Dnis fris filium, ad eam nos magna ex parte impulit authoritas Rme et Illme Dnis vestrae, à qua persuasum nobis fuit eum et esse et futurum esse semper in sancta Ecclesia Catholicae authoritate, neqz vnqz ab ea discessurum, quam de illo nos opinionem cum firmam animo nro concepissemus, fecimus lubenti atqz alacri animo, vt quod in terris pignus habuimus praeciosissimum, id illi traderemus, sed prohdolor nimium nos spes nra & expectatio de constantia illius fefellit, Longe enim mutatus nunc est, ab illo qui fuit antea, quam fidem et religionem abiecit, nouos quosdam ritus et ceremonias amplexus est, Fanaticorum quorundam opiniones, quam Ecclesiae consensum sequi maluit, vt illius infoelicitatem, verbis huius Prophetae deplorare nobis liceat. Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Credibile non est quantum nobis dolorem attulerit haec illius tam repentina commutatio: Pudet vel piget nos potius plus apud illum Fanaticos homines potuisse, quam, vel Patris in fide constantissimi, vel Rma et Illma Do: vestra, vel nostram denique authoritatem. Quod si fore

id aliquando praescissemus, ne Crassi quidem opes me-
ruissemus, ut filiam illi nram despondissemus. Sed
tarda nunc est nra poenitentia. Caeterum quando huc
nos magnam partem authoritas Rma et Illma
Do: vra impulit, videtur esse nobis cum ea expo-
stulandi locus: sed nos praetermissa expostulatione
nihil aliud quam hortamur summo studio et roga-
mus Rmam et Illmam Dominationem vram, ut quantum
apud fris sui filium gratia et authoritate valet,
debet autem apud illum pluris esse patrui quam levis-
simorum hominum authoritas, contendat et elaboret,
ut eum ab instituto suo avocet, atque ad unitatem
Ecclesiae revocet. De cuius nos virtute adhuc nobis
persuademus, non eum adeo fore officii sui immemo-
rem, ut sanctis et salubribus monitis Rma et Illma
Do: Vra, parere animum non inducat. Quod si vero
quod Deus omen obruat, Fanaticorum consiliis po-
tius quam Rma et Illma Do: vra locum dare
voluerit, saltem hoc ut perficiat rogamus, ut ne
filiam nram dulcissimam ad eosdem errores ample-
ctendos adigat, quibus ipse se se involuit. Sat scimus
eam, quae se Christianam Christianis parentibus na-
tam esse meminit, nunquam esse commissuram, ut sponte
sua Christum atque corporis eius unitatem deserat.
Sed si non ferimus, eorum qui sunt ditionis nostrae,
animas ab infidelibus ad servitutem abduci, atque eam
iniuriam armis vindicandam esse existimamus,
cum tamen in eos homines nullum nobis necessitu-
dinis et propinquitatis, sed solum sit Jus dominij
et Imperij, quanto minus ferendum nobis esset,
si quis filiae nrae animam a recta fide Christiana
in qua nata est, vi aliqua deducere conaretur.

ad extrema nobis remedia necessario decurrendum esset. Quare contendat nec nos suos omnes Rma et Illma Do: vra, vt aut ipsum fi[illegible]s sui filium, ad authoritatem Ecclesiae revocet, aut saltem hoc efficiat, vt ne impediat filiam nostram dulcissimam, quominus Christianos ritus, et ceremonias in quibus nata et educata est, observare ei liceat, Ac renunciatum est nobis, per fidem aliquando suam Rma et Illma Do: vestra obstrinxerit, nunquam se ab Ecclesia discessurum, id num ita sit, et quibus verbis sponsionem istam fecerit, Petimus à Rma et Illma Do: vestra fieri certiores. Dat Cracoviae sexta die Mensis Decembris Anno Domini M° D° XXX° IX° Regni vero nri XXXomo

Sigismundus primus Rex Polonię
Ioanni Hungarię Regi

SErme etc. Fuit non ita pridem apud nos Sermi do: Romanorum Regis Legatus, multa nobiscum egit semotis arbitris de Mte vra, à quibus pacta non servari graviter questus est, praeterisse iam diem illum, quo promulgatam opportuit pacem et concordiam inter vram et illius Mtem factam, conditionesque illius in publicum prolatas. In hunc tamen usque diem adduci non potuisse ullis rationibus Mtem vram, vt id faceret, fierive permitteret, idque praetextu metus cuiusdam, quem Regno suo Vngariae diceret à Turcis impendere, si pax ista esset promulgata. Interea tamen per

Rmum Epum Colocen. Serenissimo dno Romanorum Regi
Mtem vram significasse, Si velit sibi patrimonio cedere,
tum se non inuitam facturam, vt in ipsa etiam Con-
stantinopoli, nedum in Hungaria pacem istam et con-
ditiones eius promulgari iubeat, Qua re suspitionem
iniecit Mtas vra. Serenissimo dno Roma: Regi,
quidnis potius in causa esse quam Turcarum Cae-
saris metum, quod in hunc vsque diem Mtas vra pro-
missa non fecerit, Atque ex hac illius cunctatione
cum ad vniuersam Remp: Christianam, tum ad
Serenissimum do: Ro: Regem priuatim multa incomoda
peruenisse. Nam et pax, quo minus coiret, inter Principes
Christianos et Caesarem Turcarum, non aliud magis
in causa fuisse, quam quod pace ista nondum promulga-
ta, spes esset iniecta Tyranno illi fore, vt adhuc re-
scindi pacta possent, vtque Mtas iterum cum Sermo
dno Romanorum Rege committeretur, Et secutam esse
etiam ex hac cunctatione cladem illam Militum ad
Cossoniam, et auctam Lodmanizki insolentiam. Hac
cum apud nos dolenter admodum questus esset causa
omnem istius cunctationis in nos coniecit, quasi nos
misso Nuncio nro, qui ex Turcia redierat, ad Mtem vram
erexissemus illam in spem quandam; atque animos
ei addidissemus, quo resiliret à concordia inita cum
Sermo dno Romanorum Rege, atque aliquam cum
Caesare Turcarum confoederationem moliretur, Itaque
postulauit à nobis nomine Sermi dni sui, vt Mti
vrae persuadere conaremur, quo pactis staret, neque diutius
cunctaretur pacis conditiones promulgare. Nos suspi-
tione ista de nobis diluta, pro arcta necessitudine, quae
nobis cum Sermo dno Romanorum Rege intercedit,
non potuimus quin facturos nos quae vellet promitte-

remus. Quoniam vero non leniores amores et beniuolen[tiae] causae sunt nobis cum M[aiesta]te v[est]ra non esse nobis fas existimamus quicq[ue] ab ea postulare, quod cum grandi illius incommodo, aut periculo sit coniunctum. Quare etiam atq[ue] etiam perpendat, quid re, quidq[ue] e dignitate illius sit, atq[ue] utilitatem honestate metiatur, Seperari enim alterum ab altero non pot[est], Quod aut[em] deliberatum ab ea fuerit, de eo nos faciat certiores, ut agnoscat vicissim ex nobis Ser[enissi]mus do: Romanorum Rex, fecisse nos id, quod promisimus. Bene et foeli[cite]r valere M[aiesta]tem v[est]ram optamus. Datum Cracoviae octava die Mensis octobris. Anno Domini Millesimo. Quingentesimo Trigesimo Nono Regni vero n[ost]ri Trigesimo tercio.

Sigismundus primus Rex Poloniae Ioanni Hungariae Regi

Ser[enissi]me, etc. Nolumus id clam esse M[aiesta]tem v[est]ram, per molestum nobis accidisse, quod cum tempus praeterierit, quo reformari dotem Ser[enissi]mae coniugi suae, filiae n[ost]rae charissimae opportebat, per M[aiesta]tem vestram, nihil dum ea de re constituerit, valdeq[ue] sumus ob eam rem animo perplexo, Ita enim cunctationem hanc M[aiesta]tis v[est]rae interpretamur, quasi non esset eo animo in Ser[enissi]mam coniugem suam, quo nos vellemus, et quo Maritum esse conuenit, Nam si tanti eam faceret, quanti merito facere debet, iam pridem iuxta pacta &

promissa sua, rationibus eius prospexisset, Etiam atque etiam rogamus Mtem vram, ut ne cunctetur diutius sed aliquando tamen, et quidem celeriter, finem imponat, iis rebus, de quibus inter nos et Mtem vram conuenit, factura rem et Regia sua virtute dignam et nobis valde gratam. Generosus Nicolaus Odnowski, retulit nobis deberi sibi nonnichil pecuniae à Mag S ab Hunyiema, neque se hactenus quod suum est auferre ab illis potuisse, Rogamus M. vram, ut eis mandare dignetur, quo creditori suo satisfaciant, neque deinceps frustratoriis dilationibus vtantur. Datis Cracoviae decima die Mensis Octobris, Anno. 1539

Sigismundus primus Rex Poloniae
Antonio Cardinali Sanctorum Quatuor

Rme etc. Scripsimus Sanctmo dno nro quid mali attulerit mora ista, in cogendo concilio, Dum enim toties prorogatur factum est ut ab vnitate Ecclesiae Missnia defecerit, et Marchia tota, Ita ut per exiguam iam sit Germaniae pars, quae nouitatem Dogmatum amplexa non sit, In qua ipsa, quálibet exigua parte non possunt homines contineri, quin animum ad nouitates adiiciant, Regnum etiam Vngariae magna ex parte labe ista opinionum est infectum. Quin et in nro Regno, et si magna sumus in tuenda fide Catholica, cura et diligentia, praestare tamen non possumus, ut non praui aliqui sint opinionibus imbuti, et ii fortasse plures opinione nra, Ita fit, vt quo longior affertur mora cogendo Concilio,

hoc plus addatur virium hijs qui Romanae Ecclesiae adversantur, Qua ex re cum magnum dolorem animo hauriamus, decretum est nobis Oratorem nrum mittere, qui admoneat S. dom. nrum, atq instet et urgeat, quo cogatur tandem aliquando Concilium istud iam à triennio, et eo amplius promulgatum, necdum tamen inceptum. Sed quoniam id ita celeriter fieri non potest, de hac interim defectione quorundam à Rep[ca] Ecclesiastica, referendum ad S. dnum nrum per lras putavimus, ut etiam atq etiam provideret, ne mora ista et cunctatione plus detrimenti, capiat Resp[ca] Chriana, Erit aut officii P. vrae. ut ipsa quoq suis consilijs nutantem Ecclesiam fulcire et sustentare conetur. Nam nisi mature prospectum fuerit, serpet malum in dies longius. Et quod nascens opprimi facile potuit, id quo magis fuerit inveteratum, hoc erit robustius: atq altius radices aget, quàm ut evelli possit. Quare vigilandum est ei qui sedet ad Ecclesiae gubernacula, atq una ijs quoq quorum consilio utitur. Nos quoad poterimus dabimus operam, ut ne in Regno nro novi aliqui eiusmodi motus excitentur, Sed si refrixisse viderimus studium erga nos Romanae Curiae in causa illius fortasse languidiores efficiemur Nam quin id nobis molestum acciderit, obscure ferre non possumus, quod revocatas istic esse accepimus, nominandi facultates nobis concessas praestiterat no esse concessas. Decet enim qui locum tenet illius qui dixit. Ego sum via, veritas, et vita, eius verba esse, est, est, non, non, Quod si cum alijs parum constanter agere fas istic putatur, certe Regum conuenit rationem haberi maiorem. Nunc ita rem istic agi videmus ut postremi homines facilius intelligunt

istic obtineant, quæ libido tulerit, quam Reges et Prin-
cipes bene meriti, Id quod nos tanto ferimus dolentius
quanto magis nobis conscii sumus, summi studii nostri
et observan^e^ erga Sanctam Sedem Apostolicam, Cum
aut protector Regni sit P. vrá proprium officium hoc
eius esse videtur, ut dignitatis nræ propugnationem su-
scipiat, neqȝ vel donationes nobis factas minui et
antiquari, vel servitores et Secretarios nrós passim
istic ab omnibus vexari permittat, Scripsimus semel
atqȝ iterum P. vræ ut Quirino istic Galler silen-
tium imponeret, neqȝ pateretur eum omnium fortuna-
rum periculum creare Venbli Paulo Koltowski Prepto
et Canco Varmien Secretario nró, ac in ea fuimus
opinione iam eum quievisse. Nunc audimus pergere
conariqȝ modis omnibus, ut Secretarium nrúm omnibus bo-
nis suis evertat, Magnam ex eo capimus molestiam
cum præsertim solus hic Paulus sit, qui omnibus Præ-
lati officiis in Eclia Varmien fungitur, Quo si sit
illa destituta, quod Omen Deus avertat, magna
futura sit in illa sollicitudo, cum unicum hunc
sacerdotem habeat, atqȝ eum semper præsentem. Etiam
si iure superior esset adversarius, quod alr haberi
accepimus, habenda tamen est eius rei ratio, ne orbe
sint prorsus Ecclesiæ sacerdotibus. Quamobrem etiam
atqȝ etiam rogamus R. P. vrám, ut Paulum
hunc Secretarium nrúm, velit adiutum. Rationemqȝ
aliquam inveniat, qua liber esse possit ab hüs mo-
lestüs. Quicquid aut egerit Quirinus, hoc certo
sibi persuadeat, ꝙ ei in Ecclesüs ~~nostrüs~~ Regni
nri, nunqȝ est locus futurus, Sed et alius Se-
cretarius nr Stanislaus Hossius nuper nomina-
tione nrá Cantoriam est Varmien assecutus.

em; si quis vellet istic negotium exhibere, Rogamus R. D. vram, ut eum tuendum suscipiat. Rem nobis valde gratam factura, et omnibus vicissim officiis nris compensandam. Cetterum non ita pridem æternam illam in domum discessit Rmus dominus Tomas Archiepus Rigen. Qui cum superstes adhuc esset, ante nouem plus minus annos, summa cum voluntate Venblis Capli sui Coadiutorem sibi sumpsit Rmum et Illmum Quilelmum Marchionem Brandiburgen, sororis nostræ filium. Quod eius factum Clemens septimus Pontifex maximus; eum comprobasset, citra tumultus ullos data est ei possessio bonorum ad Archiepum Rigensem pertinentium, ut nihil ei iam præter usum Pallii, deesse videatur. Hoc ei à Sanctmo domino nro concedi petimus à R. D. vra magnopere postulamus, ut petitionem istic nram adiuuet, atque hoc agat modis omnibus, ut sororis nræ filius primo quoque tempore voti sui compos efficiatur. Plurimum sibi ea re R. D. vra voluntatem nram demerebit, futurique sumus de gratia referenda solliciti. Dat. Crac. Undecima die Mensis Octobris Anno domini M° D° XXX° IX° Regni nri XXX° III°

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Rigensibus

Famati etc. Cum liquido constet vos antea in

solius Archiepi vri, fide et potestati fuisse, mirari
satis non possumus, quod nunc alterius authoritatem agno:
scere maluistis. quam eius ad cuius dominium proprie
pertinetis. Quod si in communi vtriusque, et domini
Magistri, et domini Archiepi dicioni, subiecti esse
velletis, ferendum id tamen esset, cum praesertim ita
ante complures annos conuenerit inter dom Magrum
et dom Archiepum, vt communis esset vtriusque Ciui:
tas. Nunc quam recte feceritis, quod alterius iugo prae:
sus excusso, alteri vos totos subieceritis, vos vide:
ritis. Nos certe aequum esse censemus, vt suo Jure
quisque potiatur, Cumque factus sit hisce temporibus
Rigen Archiepus Rxmus et Jllmus dominus
Gwilelmus Marchio Brandeburgen sororis nostre
filius charissimus, non potuimus, quin pro eo amo:
re quo illum prosequimur, à vobis postularemus,
vt officii vestri memores solitum et de Jure debi:
tum homagium ei praestaretis: bonaque tum eius
tum vrbis Capituli restitueretis. Et quod fa:
cturi tamen estis aliquando necessario sententia
Judicis compulsi, id nunc faceretis potius voluntarii
cum et apud nos et apud ipsum Rxmum et
Jllmum dom Archiepum obsequio vestro gratiam
inire possitis. Datis Cracouiae vndecima die
Mensis Octobris Anno Domini Millesimo, Quin:
gentesimo, trigesimo, tertio Nono, Regni vero
nostri, Trigesimo tertio

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo tercio summo Pontifici

SAnctissime etc. Etsi deliberatum mihi est Oratorem meum ad Sanctitatem vram mittere, per quem de his, quae Cristianae Reipu. impendent, periculis admoneatur. Quoniam tamen vehementer esse omnia iam inclinata video, officium mei esse putaui, maturius aliquanto de graui Ecclesiae casu S. vram literis meis certiorem facere, vt tempori tantis incomodis mederi queat, Video enim manare in dies latius luem istam, quae superioribus annis in certis Germaniae locis saeuire coeperat Praefuit Terrae Missniae sororis meae Maritus Illris do: Georgius Dux Saxoniae, qui quoad ei vita suppeditauit, adduci nunquam potuit, vt ab Ecclesiae vnitate desisceret, Quin et suos in antiqua fide et religione continuit, is proximo superiore vere migrauit ad superos, Omnis eius ditio in fris potestatem peruenit, Qui simul atque Imperium nactus est, adscitis e Vitemberga Praedicatoribus coegit omnes, relicta Ecclesiae vnitate nouitatem dogmatum amplecti, Ita no contemnenda Germaniae pars ab Ecclesiae corpore est amolsa. Quae res etsi magnam animo meo perturbationem attulit, multo tamen vehementius perculsus, posteaque significauit mihi Gener meus Illmus dominus Joachimus Marchio,

Brandeburgen. Princeps Elector, quottidianis suorum
comicijs efflagitatum, à se fuisse, ut ipse quoque Vi-
cinorum exemplo religionem (ita enim scribit)
commutaret, se Concilii expectatione satis diu relu-
ctatum esse, sententiamque suam suspendisse, Nunc
cum videat praecisam esse Concilii spem, atque fru-
stratorijs quibusdam dilationibus tempus eximi,
facere se non potuisse quin eorum tante voluntati
cederet: vicinorumque suorum ritus et Ceremonias
amplectentur. Ex hac illius significatione, maio-
rem opinione omnium, dolorem accepi, ac obtesta-
tus eum sum, ut paulisper adhuc cunctaretur.
Si quo non posset, se tamen ipsum contineret, In
suorum erroribus quando huc necessitatis ventum
est conniveret, Sed vereor ut proficiat aliquid obte-
statio mea, Ita maiorem iam Germaniae partem post
Deos alienos abiisse videmus, Id adeo non alia
re magis fit, quàm quod Concilium non congrega-
tur. Quod si diutius prorogatum fuerit, serpet
in dies latius ista contagio, Quae non aliunde, quam
ex mora ista et cunctatione vires acquirit ma-
iores, Ac quidem ea est mea opinio, per S. vrám
non stare, quo minus habeatur iam Concilium
cuius non mediocre in cogendo illo studium satis
perspectum et exploratum habemus. Sed quisquis
tandem in mora est: Supplico S. vrá, ut omnia
posthabeat, praecidatque morae causas omnes, neque
ei cura quicque praevertat, quàm de cogendo Con-
cilio habere eam opportet. Erumpet enim res in
grande aliquod periculum, et quo magis invete-
ratum fuerit malum, hoc difficilius obviam ei iri
poterit, Haec ego pro summo studio meo et observantia

erga S. vram significanda illi putavi. Etsi per molestum mihi accidit, quod revocatas esse audio nominandi facultates mihi concessas. Supplico S. vrae, ut personae dignitatisque meae memor, quod semel mihi concesserit, id ratum et firmum semper habeat neque in dubium vocari permittat. Pertinebit hoc ad dignitatem S. vrae tuendam, ut quod Regibus et Principibus Christianis largita fuerit, id fixum esse velit, et stabile, Neque poterit per S^tem. vram dignitas Regia violari, quin illius vna existimatio labefactetur, Caeterum proximo Augusto Mense, excessit ex hac vita Rmus do: Thomas Archiepus Rigen, qui cum in vivis adhuc esset, ante annos plus minus novem, de consensu et voluntate Venblis Capituli sui Coadiutorem suum constituit, Rmum et Illrem Do: Wilelmum Marchionem Brandeburgen, Quam ad rem accessit Apostolicae quoque sedis approbatio, Dataque est ei superioribus hisce diebus omnium bonorum possessio, quae ad Archiepum Rigensem pertinent, Ita vt nihil ei iam deesse videatur praeter pallium, Quamobrem S. vrae supplico, Quandoquidem is Rmus et Illris do, Wilelmus sororis meae filius est, vt in gratiam meam, primo quoque tempore pallium ei concedat. Quicquid ei per S. vram benigne factum fuerit, id mihi ipsi factum interpretabor. Atque duplex beneficium nos accepisse profitebimur, si in eo quod petimus, nihil morae fuerit interpositum. Habituraque est S. vra. vtrumque nrum hoc suo beneficio sibi devinctissimos. Quam bene ac foelic optamus. Dats Cracoviae, die xj^a Mensis Octobris, Anno Domini M^o D^o xxx^o vx^o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Hermanno Mgro Livoniae

Magce dne, amice sincere nobis dilecte, etc. Cum planum sit et indubitatum Rigensem Civitatem, in fide semper antea et potestate Archieporum Rigensium fuisse: postea vero concordia quadam inter Mgros et Archiepos inita communem utrorumque factam esse, non aequum nobis videtur, ut ea nunc solius Magtiae vestrae authoritatem agnoscat, Quamobrem cum Magtia vra summa cum potestate in Terra Livonia versetur, propria hoc ad munus eius pertinere existimamus, Ius ut cuique suum tribuat, neque alieni sibi quicque usurpare quempiam permittat. Id quod ut faciat, Civitatemque Rigensem communem potius cum Archiepo habere, quam contra Jus et aequitatem sola possidere velit, magnopere postulamus. Nam et officio boni et iusti Principis functa erit, et lites effugiet, quarum exitus, itidem ut bellorum, incertus esse consuevit, et nos hac animi sui aequitate plurimum sibi demerebitur. Quin et ad laudem id Magtiae vrae pertinebit, gratia si causa potius cessisse Archiepo Iure suo videbitur, quam si iniuria iudiciis idem nihilominus facere compulsa fuerit, Etiam atque etiam Magtiam vram hortamur, ut quod factura tamen est aliquando, id nris potius postulationibus adducta faciat, Quo isto suo officio et nos demereri, et Rmum ac Illmum dom Archiepiscopum Rigen

sororis nrae filium, domicos sibi habere queat, Datum Cracoviae Undecima die Octobris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Nono.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Ro: Ung: Bohemiae regi

SErme, etc. Anni iam plus minus novem intercesserunt cum Rmus do: Thomas Archiepus Rigeñ, de consensu et voluntate Venblis Capli sui, Coadiutorem sibi sumpsit Rmum et Illrem dom Wilhelmum Marchionem Brandeburgensem sororis nrae filium, Quod quidem illius institutum Sedes etiam Apostolica comprobavit, Qui cum proximo Mense Augusto, vitam cum morte commutaverit, absque ullo negotio et difficultate sororis nrae filius possessionem bonorum ad Archiepatum Rigensem pertinentium, est consequutus, Ita nihil ut ei iam praeter pallium desit, et Jus Regalium, Ac pallium quidem facile apud sedem Apostolicam obtinebit, Jus Regalium, cum à Mte vra petendum sit, pro ea necessitudine, quae nobis cum dno Archiepo intercedit, faciendum ipsi putavimus, ut M. vram rogaremus, quo in nram gram, primo quoque tempore voti sui compotem eum efficeret, atque omni semota cunctatione Jus istud Regalium concederet Quae res tam nobis grata futura est, quam quae gratissima, Illum vero sibi Mtis vra unacum universa familia, quae clara est et Illris, reddet devinctissimum. Crac. xija Octobris. Mo Do XXXIXo

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Ro: Vng: Bohemiae regi

SErsme Princeps etc. Cum ultro Mtas vra ipsa à nobis postulasset, vt in Scepusium Judices aliquos Comissarios mitteremus, qui controversias, quae sunt disceptarent, quo se quoque suos esse missuram diceret, Nos qui, quae nobis cum Mte vra amicitia intercedit, eandem esse, inter utriusque nrum homines velimus, fecimus cupide et libenter, vt nros ad constitutum diem mitteremus, Qui cum profecti ~~fuissent~~ essent, venerunt à Mte vra litterae quibus non posse se suos mittere, certiores nos reddidit. Illi quoniam non longe aberant à finibus, atque eos quoque qui erant designati à Mte vra, non procul abesse scribebant, coeptum iter sunt prosequuti. Cumque in praesentem rem venissent, inspectis diligenter locis iis, de quibus ambigitur, cum neminem eo à Mte vra Legatum invenissent, et rebus infectis magno sumptu in cassum facto, ad nos sunt reversi, Id quod nos pro studio eo, quo sumus erga Mtem vram, tulimus animo aequissimo, facileque passi sumus, tantas nos impensas frustra fecisse. Ita enim nobis persuadebamus, nisi magna aliqua rone adductam (quae quidem nos adhuc latet) non commissuram fuisse Mtem vram, vt cuius rei ipsa fuit author, ad eum quem condixerat diem suos non mitteret, Caeterum quae postea sunt consecuta, ea nobis minime ferenda sunt visa. Nam praeter alias multas iniurias,

quas nris hominibus inferre non intermittunt hij, qui sunt ditionis Mts vrae, Accidit nuper, vt prae; fectus Arcis Scepussien, vocato ad se per speciem amicitiae ex Suburbio nro, Andrea homine nro eum in Arce detinuerit, neqz in hunc vsqz diem dimiserit, Facilis nobis esset ratio iniurias huius vlciscendi, sed non patitur amor nr erga Mtem vram, atqz tot arctae necessitudinis vincula, quibus illi copulati sumus, secus vt aliquid faciamus, quam coniunctio nra mutua requirere videtur, Quam; obrem rogamus Mtem vram, vt contineat suos in officio, Et nrum hominem restitui suis iubeat, atqz e custodia liberum dimitti. Nam si perrexerit isti tot iniuriis nostros lacessere, veremur, vt ipsi quoqz homines nri teneri possint, Quo minus par pari referre conentur, Non desunt fortasse qui nos qui animo inter nos sumus, esse nolint, vel non credunt potius, eo esse amore et beneuolentia erga nos M. vram, quo et fuit, et est, et ~~fortuna~~ futura est semper, Chro bene iuuante, atqz inde animum sumunt, nostros homines iniuriis prouocandi. Qui etiam nescio quas cospirationes facere dicuntur, ad nostros ex improui; so adoriendos. Iterum atqz iterum M. vram petimus, det illis non obscuram significationem beneuolentis animi erga nos sui, seqz seuere vindicaturam osten; dat, si qua illi nos, vel nros, iniuria fuerit afficere conati. Rem fecerit mutua nra coniunctione dignam magnoqz cumulo auxerit eum amorem, quo Mtem vram prosequimur. Quoniam vero mittere decre; uimus, ad Sermum dom Vngariae Regem Magcum Petrum Kmitha. Palatinum et Ca; pitaneum Cracouien. Regni nri Marschalkum

qui sibi quosdam habet inimicos in Vngariae finibus, propter fidem quam praestat nobis, in nostris tuendis et propugnandis, Petimus a M. vra, ut ei per nrm Cubicularium lras mittat publicae fidei, quo tutius ei ad constitutum locum pervenire liceat, Quam bene valere optamus. Datum Cracoviae sexta die Mensis Decembris Anno dni M° D° XXX° X° Regni nri XXX iiij°

Schaeda praesentibus inclusa

Supplicavit nobis Generosus Ioannes Zukowski, ut causam eius M. vrae comendaremus. Itaque petimus ab illa, quoque possit tandem aliquando ad id quod suum est pervenire.

Sigismundus primus rex Poloniae,
Ioanni Vilamowski nominato Epo
Camenecen

Rx Nde Sincere nobis dilecte. Etsi quo tempore eramus corpore bene confirmato, constitutum nobis plane fuit, et deliberatum, non alibi quam Piotrcoviae Comicia habere, ad diem divo Martino sacrum, Quod et mori veteri et postulationi, ac comoditati multorum satisfacere cupiebamus, tamen cum permissu Dei in gravem morbum incidissemus, ex quo nondum recreati satis sumus, hortati nos sunt multi, ut ne periculoso anni tempore in hac nra valetudine in viam nos daremus, sed, quo facilius saluti nostrae

consuli posset, huc Cracoviam Comitia transferremus.
Nos etsi rationes id nras postulare videbamus, tamē
non quod comōdum nobis esset, vel potius necessarium,
sed quo Senatores nri inclinassent, id sequi maluimus.
Ad quos ea de re cum scripsissemus, omēs praeter
paucos, vt Comicia huc transferremus, anthores
nobis fuerunt, quod et valetudo nra id postularet, et circum
circa Lioticoviam pestis grassaretur, et magna
esset ibidem rerum omniū penuria, quod et segetum
proventus agricolarum expectationi non respondisset,
et aquarum inūdatione piscinae prope omnes rupta
essent, Itaque cum in hanc partem inclinare vider=
mus plurimorū suffragia, vel potius omniū ferē,
cum praeterea terrerent nos Medici, terrerent etiam
Astrologi, qui Decembrem Mensem formidandum
esse nobis dicerent, praecipue si loco nos movissemus.
Vt ne dissentire videremur, à tam consentiente om=
nium prope voluntate, neve ipsi nos, in apertum pe=
riculum coniecisse dici possemus, assensimus vt huc
Comitia transferrentur. Neque dubitamus quin etiam,
si qui aliud suadere visi sunt, ii, cognitis causis qui=
bus permoti sumus, non sint ab omnium voluntate
dissensuri, Quare P. vra. nram hanc deliberationē
istic in Comitiis proponet, Persuadebitque omnibus
vt ne Cracoviam ad diem tribus Regibus sacrum,
proficisci graventur. Quod eos pro suo in nos studio
et observantia, proque officio fidelium, et Regis sui
amantium subditorum, libenter facturos confidimus.
Datū XX. die Mensis Octobris Anno Domini
Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo Nono, Regni
vero nostri Trigesimo tercio

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni de Tarnow Castellano Crac
et Petro Kmitha Palatino Crac

Magci etc. Venit ad nos Turcarum Imperatoris Nuncius, qui cum cognatam suam marito collocet, nos, illius nomine, ad nuptias inuitauit, atque vna circumcidere eum statuisse indicauit duos filios suos, Cui et ipsi rei vt interessemus petiit, Ea de re certiorem esse faciendam S. tuam existimauimus, A qua postulamus, vt suum quoque nobis consilium impertiat, et quid nobis responsi dandum censeat, celeriter perscribat, Vt autem Legationis summam tanto cognoscat melius S. tua, mittimus ei Imperatoris lrās ex Arabica lingua in latinam versas. Datum Craco: uiae XXIX Octobris, Anno M° D° XXXº IXº

Scheda in lrīs Palatini inclusa
Petri Kmite

Renunciatum est nobis hinc ab octo ferme diebus dominum Archiepm Colocen Oratorem ad nos missum aduentare, et non longe abesse, Is quia hucusque non comparet, sollicitos nos esse de se facit, Quare S. tuam hortamur, vt nos certiores faciat, si quid certi de aduentu suae Dis: aliunde habet, vt et sollicitudine liberi, et ad illum excipiendum parati, vt decet esse possemus.

Suleimon Imperator Thurcarum
Sigismundo primo Regi Poloniae

Domino potenti inter Christianos Principes in fide Messia, Dn̄o prudenti, amico nostro charissimo, Poloniae Regi Sigismundo. Significamus vobis per lr̄as nr̄as, et scribimus ad vos tanq̄ ad amicum nr̄um charissimum, sanitatem vr̄am invisendo, atq̄ una charissimi filii vestri, et invitamimus vos tanquam amicum nr̄um charissimum, una cum filio vestro charissimo, ad gaudium, quod gaudium habituri sumus, secundum Legem et religionem nr̄am, neq̄ potest esse melius gaudium quam hoc futurum est, Nam duos filios Baiszidum, et Dengisium baptisaturi sumus in fidem Dei, in vetus testamentum quod nunc observamus, Rogamus vos, tanquam amicum nr̄um charissimum, ut huic gaudio interesse vellitis. Etenim si quis etiam in extremis terrae finibus amicum habeat, quandocunq̄ Deus dat alicui gaudium, tenetur unusquisq̄ amicus significare amico. Proinde nos quoq̄ tenemur vos amicum nr̄um, ad gaudium nr̄um invitare, Quoniam scimus q̄ inter om̄es Christianos Principes, non habemus amicum maiorem quam vos, Deinde invitamus vos ad aliud gaudium, nam filiam nr̄am nuptui tradimus, utrunq̄ hoc gaudium uno Mense futurum est Januario, eo mense omnia hec gaudia, ut sibi scientes habituri sumus

Sigismundus primus Rex Polonie
Imperatori Turcarum

SErmo ac potentissimo Principi et dno Soltan Sulai-
man Sach Dei grã Imperatori maximo Constanti-
nopolitano, Asiæ, Europæ, Persarum, Arabum, Sy-
riæq3 et Aegipti, etc., dno amico et vicino nro cha-
rissimo, Salutem et omne bonum. Serme et potentissi-
me Princeps et dne amice et vicine nr charissime,
Accepimus lrãs Mtis vrã, quibus certiores nos facit,
de suis gaudijs, atq3 ut eis interesse velimus perhu-
maniter invitat, Fuerunt hæ nobis multo gratissime
quod clara signa dabant non vulgaris in nos amicitiæ,
et benevolentiæ Mtis vrã. Ex qua maiorem quàm
dici potest capimus voluptatem. Nam cum non alia
res magis curæ nobis sit, quàm quemadmodum ea,
quæ nobis et filio nro, cum Mte vrã et illius filio
intercedit amicitia, magis indies atq3 magis augeri
queat et amplificari, cum primis gratum id nobis
accidit et iucundum, quod vrãm quoq3 Mtem eodem esse
in nos animo conspicimus, Itaq3 quod postulat
à nobis, id lubenti atq3 alacri animo facturi essemus,
nisi, vel ætas nos nra affecta prohiberet, vel loci
ingens, temporis vero per exiguum intervallum,
+ oia Nunc Mti vrã à Deo foelicia precamur, utq3 hæc
illius gaudia solida sint illi et diuturna, Atq3
illud una rogamus, ut nos, quod neq3 ipsi venire,
neq3 filium nrum mittere possumus, excusatos

habere velit, Eaque sibi omnia de nobis prolixe pollicea:
tur, quae de Principe sui amantissimo, non fallemus
spem illius et opinionem de nobis. Nec equidem etsi
absentes ab ista laetitia erimus, hic tamen sub illud
tempus, quo M. vram, sua capere solatia sentiemus,
apud nos signa et testimonia, eius gaudiorum acto:
rum, edere curabimus, et amica praestare,
Caeterum ut qua possumus ex parte desiderio
M. vrae satisfaciamus, mittemus istic brem, qui
vicem nram obeat, animique nri studia, et officia
amica declaret, Quem cuperemus quidem ad tem:
pus et initium celebritatis istius gaudiorum M.
vrae venire, ut qui istic aderunt, nram propensionem
erga M. vram conspiciant, tamen si per istam
angustiam temporis, et locorum magnam distantiam
serius quam opporteat, et nos vellemus, venerit
M. vra nihilominus amicitia et promptam volunta:
tem nram erga se ex eo, quod praestari potuit, et
non ex adventu tardiore, metietur, Quam nos
iterum omni foelicitate cumulatam, recte valere
optamus. Datis Crac. duodecima Mensis No:
vembris, Anno Domini Millesimo Quin:
gentesimo Trigesimo Nono,

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Alberto Duci Prussiæ

Illustris etc. Commendamus hanc providentiam Illtis vræ quæ ventura incommoda multo ante prospicit, tantumque studii adhibet, ut ea quam longissime à se arcere possit, Verum est quod solet dici, Aliquid mali propter vicinum malum, Itaque recte et sibi et nobis metuit Illtas vra, si quid vicinus et propinquus illi Rmus Daniæ Rex incommodi sit passus. facitque prudenter quod tanta cura providet ne Mtas eius bello lacessatur, quod ex eo ad vras quoque ditiones aliquid sit periculi re: dundaturum, Nos vero cum ipsius Sermi Regis Daniæ causa, tum certe quod utriusque nrum ita ex: pedire intelligimus fecimus libenter quod petiit à nobis Illtas vra, ut de conciliandis inter se, atque in pacem, concordiam, et amicitiam reducendis Prin: cipibus istis curam susciperemus, Cumque missuri simus brevi Oratorem nrum ad Sermum Ro: Regem, inter alia quæ dedimus ei mandata non postremum fuit hoc, ut admoneret Mtem eius, quo et ipsa Mtas in pacificationem istam interponeret, ac et Sermum frem suum ad idem faciendum addu: ceret, Quod si pax confici non posset, saltem proro: garentur induciæ, ne si ipsi inter se Principes Chri: stiani digladientur, iucundum præbeant Turcarum Tyranno spectaculum, atque in spem eum vocent, ea quæ cogitat in perniciem Christiani nominis perfi: ciendi, Speramus profici nobis posse, cum præsertim

ad ipsam quoque Imperatoriam Mtem hac ipsa de re scribi iussimus. Ceterum nostris quoque in Prussia imperabimus, vt vigilent atque in specula sint, vel in procinctu potius, vt si quis facere in terram istam impetum volet, propulsare queant. Et ad proxime celebrandum in Prussia Conuentum, vel per Nuncium vel per lras, in illorum consultatione omnia referri mandabimus, de quibus nos Illtas vra fecit certiores. Quae bene valeat, Datum Cracoviae die vigesima tertia Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo, ~~Quinquag~~ Trigesimo Nono, Regni vero nri, ~~XXX~~ iijo

Scheda praesentibus inclusa

Quod Illtas vra de auctis vectigalibus queritur, sat scimus, quo tempore fuimus in Lithwania nullam ea de re querimoniam ad aures nras peruenisse, neque ex eo tempore quicquam noui per nos institutum fuisse. Quare dedimus in mandatis publicanis nris, ne aliter exigantur vectigalia, quam qua ratione praesentibus nobis in Lithuania exigi sine cuiusquam querela solebant, et si quae sunt post discessum nrum imposita ea omnia deponantur,

Ad Mandatum S.
Regiae Mtis proprium

Responsum Rmo domino Francisco de Frange-
panibus Archiepo Colocen Sermi domini Hunga-
rie Regis Legato datum Crac die 27 Nove-
bris Anno 1539 per dominu Samuelem Ma-
czieiowski Vicecancellariu

Non potest S. Mtas Regia, non dolenter ferre, q
Sermus do: Vngariae Rex non modo non adduci
potuerit in hunc usq3 diem, ut conventis staret, ve-
rumetiam postulet, nunc per Rndam Do: vram, ut
ei à pactis discedere liceat, neq3 eo adigatur, ut à
Sermo Do: Romanorum Rege consensum petat, quo
dotis noie, vtrie possessiones tuto queant obligari, Cumq3
data sit ei optio: illud ne malit: aut 70 millia de-
ponere, prius illud facere recusat: hoc vero alterum
non minus esse contra dignitatem suam asserit, quòd
ab his demum quasi pignoris loco, accipi solet pecunia
qui nihil possident, rerum imobilium, qua se ignomi-
nia aspergi nolit: Quasi vero recens hoc inventum
sit ut pignoris loco pecunia deponatur. Non est longius
abire necesse, Maximilianus Imperator, quo firmius
redderet matrimonium inter Nepotem suum, et Sacrae
R. Mtis huius Poloniae Neptem contractum: certo
in loco deposuisse dicitur trecenta millia aureorum,
neq3 quidquam ea re suam violari dignitatem exi-
stimavit. Itaq3 salvo honore dignitateq3 sua Regia
posset Sermus do: Vngariae Rex: quandquidem
animus illius à priore conditione tantopere abhorret,
hanc saltem posteriorem amplecti. Certe S. Mti
Regiae non esse fas videtur, oblivisci se esse

patrem Ser.mae filiae suae. Neque Paterno animo rationi-
bus illius ita prospicere, vt in tuto collocari possint,
Deinde vero et de ipso Ser.mo dno Vngariae Rege, qui
futuri essent hominum sermones, si palam istud fieret,
Item eius duabus conditionibus propositis, cum alter-
vtram se acceptur am per Legatos suos sancte promise-
rit, nunc neutri velle satisfacere. Multis procul dubio
secus de illius M.te existimandi occasio daretur, essetque
iusta causa, quamobrem suam erga Ser.mum dominum
Vngariae Regem voluntatem Sacra M.tas Regia
immutaret. Sed ea tamen, quando semel illius fidei
tradidit pignus suum charissimum, nullam esse putat sa-
tis iustam causam: quamobrem ab illius amicitia
se disiungeret. De vra vero R.ma Do.ne eam opi-
nionem concepit, quod si ita vt vra facere par est Ser.mi
Ser.mi Regis est studiosissima, atque illius comodis quam
maxime prospectum velit, non eam ideo minus velle
Ser.mae quoque Coniugis illius: sacrae M.tis suae
filiae dulcissimae rationibus prouisum: cum caro
vtriusque vna sit, vnum corpus: vnus animus:
Itaque plurimum mouet Sacram M.tem Regiam tan-
ta haec contentio Ser.mi do: Vngariae Regis:
Sed mouet etiam authoritas R.mae Do.nis vrae,
de cuius egregia in se voluntate, prolixe sibi omnia
pollicetur, neque abhorret ab iis rationibus quae sunt
per illam proposita: modo vt nihil inde detrimenti
accipiat Ser.ma dna Vngariae Regina, nihil de
illis explicat, sed exactius rebus consideratis, missi
moram in praesens condonat, consensus petendi
obligationem remittit, Ea conditione adiecta, si
tamtandem cito promissis satisfaciat, Castra
proposita nec reijcit, nec approbat, et hoc ipso

tempore missura est breui Legatum suum, Per quem
rebus his tandem aliquando extrema manus im;
ponatur, A vrã Rma Done magnopere postulat,
Quandoquidem apud hanc et apud illam Mtem
magna est illius authoritas, vt omnem operam &
studium interponat, quo res ad eum exitum perduca;
tur, nihil vt praetermissum videri posset: quod ad
rones Sermae dominae Reginae Vngariae in tuto
collocandas pertinuerit, Quae in re quo fuerit deli;
gentius elaboratum à Rma Do: vrã, hoc magis
sibi vtriusqz Mts huius gratiam demerebitur. fu;
turumqz est vtriqz curae: vt gratum suum ac memo;
rem animum erga Rmam Donem vrãm testentur.

De Petro Voiewoda Valachiae nihil adhuc habet deli;
berati Mtas sua: Res est ardua, et quae longioris
consultationis indiget. Per Legatum suum, quem
missura est Mtas sua Regia, suam ea de re
sententiam explicabit.

Quod verò Sermi Regis sui nomine postulauit Rma
D. vrã, quandoquidem constituit S. M. Regia
Legatum suum ad Imperatorem Turcorum mittere,
vt ei negotium daret, quo Sermum dom Vngariae
Regem, apud Caesarem in grã ponere conaretur,
atqz omĩa faceret, quae ad voluntatem illius recon;
ciliandam pertinerent, id libenti atqz alacri aĩo
se facturam offert M. sua, atqz interea mãdata
quae datura est S. M. Regia Legato suo, erit
hoc non postremum. Quid est enim, qd malit S.
M. Regia, quàm vt Sermus do: Vngariae Rex
omnium sibi studia adiuncta habere queat, vt

pace et tranquillitate fruatur, atque Regnum suum quàm diutissime foelic. moderetur. Ad eam rem quicquid consilii et auxilii afferre poterit, nunquam opem atque operam suam frustra requiri patiatur.

Quae Serenissimi domini Vngariae Regis nomine recens attulit Reverendissima Do. vrá: quamobrem pax nondum sit promulgata, ea Sacra Mtas Regia, tenet memoria: deque eis Serenissimum dom. Roma: Regem faciet certiorem, ac pro virili sua contendet, elaborabitque, vt si alienior est à Serenissimo dno Vngariae Rege: Serenissimi do: Romanorum Regis voluntas ea reconciliari possit, neue vlla de re quidque statuat Serenissimus Romanorum Rex: quod quidem ad Vngariae Regnum pertinet, nisi communicato cum Vngariae Mte consilio. Vtque amoris et beneuolentiae cum ea certamen suscipiat: communem defendendi Regni curam gerat: atque omnibus vicini et amici regis officiis fungatur.

Quae verò de dno Laski queritur Reverendissima Do: vra perspectior est integritas S. M. Regiae, quam vt cadere in eam possit vlla suspicio, profectionem hanc ad Turcam illius voluntate esse susceptam. Proinde recte facit Serenissimus do: Vngariae Rex, quod ipse quoque Sacram Mtem Regiam hac suspicione liberat, Caeterum quando Do: Laski Senator est Regni huius et Consiliarius: simulatque S. Mti Regiae praesentis eius potestas dabitur, vellet ex eo causam profectionis cognoscere: planumque faciet hoc illius tam audax facinus, sibi vehementer displicere;

Eidem publice responsum

QVæ sunt à Rma D. vra allata: ad moram Serenmi domini Regis Vngariæ excusandam, ea S. M. Regia libenter accepit, Ac vellet quidem quàm is aliam potius moræ istius causam fuisse, quàm eam de qua tam copiose, tamqz diserte verba facit Rma D. vra, magno cum audientium dolore, Nam certe quæ suo ipsius Regno, eadem omia vicino quoqz Vngariæ Regno euenire optat, maioremqz opinione omnium, ex eo dolorem hausit, quod id ad has esse videt angustias redactum. Sed solet interdum nr ille celestis pr, quibus filiis magis est propitius, vos ita castigare, vt misericordiam tamen suam non auferat ab eis, vt qui non in æternum irascatur, sed placabilem se cunctis præbet, ad se redeuntibus, Non delectatur in perditionibus nris, sed post tempestatem tranquillum facit: et post lachrimationem et fletum exultationem infundit, vt qui seminât in lachrimis in exultatione metant, Ipse est qui soluit compeditos, et erigit elisos: ipse est qui humiliat et subleuat, ipse tandem aliquando respiciet afflictionem ppli sui, et eum castigatum in gratiam recipiet, vt qui paulo ante tot fuit incomódis affectus atqz afflictus, is breui omnium rerum affluentibus copiis diletur, bonoqz pacis et trãquillitatis, quàm longissimo tempore pfruatur, Hoc Regno illi S. M. Regia ex amo precatur.

Quas vero laudes tribuit S. M. Regia Do: vra Rx.ma eas facile perspicit, ex summo illius erga se studio profectas esse, deq3 hoc tam propenso illius erga se animo agit gras. Caeterum si qua sunt in illa: quae laude hominum et approbationem merentur, De hiis Deo glam dari velit, cuius ea sunt munera, illius gratuitae beneficentiae accepta refert omia, qd q3 Regni sui status tollerabilior esse videtur, quam vicinorum quorundam, id quoq3 non viribus atq3 opibus non consilio prudentiaq3 suae tribui vult, sed illius solius misericordiae: Qui nisi aedificaverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam, nisi custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Nunq3 S. M. Regia in curribus aut in equis: sed in solo Dei nomine spem et fiduciam suam habuit collocatam. Non quin sedulo curaverit omia, quae ad Regni sui fines tuendos atq3 ad hostium vim arcendam pertinere indicasset, Sed quoties de hostibus suis victorias et triumphos deportavit, qui quidem Deo sit gratia satis et frequentes et insignes contigerunt nunq3 eos aut militum robori; aut suae Ducumve vel suorum virtuti: sed soli Divinae misericordiae voluit assignari, Atq3 hoc agit sedulo, ut eum sibi quam maxime placatum et propitium habere possit, in cuius manu sunt omia, victoriae, et triumphi, Ei gras agit, qd et se et Regnum suum in hunc usq3 diem voluerit conservatum, Et porro precatur, ut qua usus est adhuc misericordia in Regno suo protegendo, ea deinceps quoq3 uti non intermittat, Neq3 vero suo magis id quam vicino Ungariae Regno precatur, quod et ipsum cupit esse quam florentissimum, Atq3

illud à Deo supplex petit, vt Serʃmum dom: Vngariæ
Regem: filium suu charissimu: quam longissimo
tempore sanum, et incolumem, et foelicem ad Regni sui
gubernacula sedere faciat, atq id ita moderetur, vt
tum ad hominesq illi subiectos ingens comodum: tum
ad Deum omis boni authorem laus honor et gloria
perueniat.

Hæc sunt quæ S. M. Regia senior Serʃmo dño,
Vngariæ Regi per vrãm R. D. suis verbis renun;
ciari vult: Sed et Serʃmus Rex adolescens eadem
omia quæ Serʃmus parens. Mti eius precari iussit
à vrã R. D. postulat. vt Serʃmum Regem suu salu:
te plurima imparciat: deq animo Mts eius erga
illam prolixe omia polliceatur

Cum à Serʃmo dño Ioanne Vngarorū Rege
duabus potissimu de causis, ad Serʃm dom Sigi;
smud Poloniæ Regem Legatus essem: vt excusato;
rem Mtem domi mei, q pacts perficiendis mora
nonnihil interposuerit, et rogarem vna, ne adigere,
vellet Mtem suam ad petendum à Cæsarea
Mte Catholica Mte, Serʃmo dño Romanorum
Rege consensum: quo posset dots et contradots ro:

mine Serma coniugi sua domine Isabelle Unga-
ria Regine certas Arces et possessiones obligare,
quod id neque necessarium esset, neque cum Sermi domini
mei dignitate coniunctum, Mtas Regia Polonia,
pro suo paterno erga Sermum dominum meum amore et
excusationem meam Lubens accepit, et nihil se à Sermo
dno meo postulaturum respondit: in quo salvis
Serma filia sua rationibus, dignitas illius vio-
lari posset. Caeterum quae fuerunt Arces no-
minatim per me conscripta, ut hae dotis et con-
tradotis nomine absque consensu Sermorum Caes:
et Ro: Mtum obligarentur de his sententiam
suam suspendit, neque aut probavit eas, aut re-
iecit, sed ad Legatum suum missurum responsit: qui
non discedendo ab ea obligatione quam fecerat
Oratores Sermi domini mei, qui ad conficiendum
matrimonium missi erant, et quae obligatio erit in
literis reversalibus, quas Sermum dominum meum
mox à reditu meo huc missurum promitto, id
cum Sermo dno meo constituat, quod esset ex
re Serma domine Ungariae Regine, atque ratio-
nes illius in tuto collocet: ac quantum possit
securitati illius prospiciat. Ego benigno isto re-
sponso accepto à Sermo dno Polonia Rege vi-
cissim me Mti literis huiusce meis obligavi, tanquam
is qui personam Sermi dni mei gererem: et suf-
ficiens mandatum illius haberem, quod Sermus
dominus meus facturus esset omnia cum Oratore Sermi
domini Polonia Regis ad se venturo, quae ad secu-
ritatem Serma coniugis sue pertinerent, atque
ei de dote et contradote ita prospecturus, ut

quantum humano consilio provideri potest, nullum sit
ei periculum pertimescendum. Quod si vero inter
Mtem domini mei, et Sermi dni Poloniae Regis Le-
gatum praedictum non convenisset de ratione aliqua
qua posset securitati Sermae dominae Ungariae Re-
ginae aliter quam prius est conventum prospici,
tum vero obligo me praesentibus in loco Sermi dni
mei: quod alterutram conditionem quae est perscripta
in his litteris quibus obligarunt se Sermi domini
mei Legati ad matrimonium conficiendum, missi,
intra tempus certum, de quo inter Mtem domi
mei et Sermi domini Poloniae Regis legatum con-
venerit, sit impleturus, atque huic negotio ante
manum extremam impositurus, quam Sermus
dominus Poloniae Rex in Lithuaniam proficiscatur,
sub poenis in his litteris expressis: quibus se prae-
fati Oratores obligarunt, et ego praesentibus in eo
casu ubi ad priorem contractum redire fuerit
necesse, me nomine Sermi domini Regis mei sic obligo.
In cuius rei fidem litteras has manu mea subscripsi,
et eas signo meo obsignari iussi

Ego Franciscus de Frangepanibus. Archiepiscopus
Colocen, et Episcopus Agriensis. fateor et recognosco
per praesentes litteras meas. Quod cum Sermus Prin-

cps do: Joannes Rex Vngariæ misisset me ad
Serenissimos Principes dnos, etc. Vt ea quæ per Rm
Spectabiles et Mag.cos dnos, Stephanum Brodericum
et Perenni Peter, etc. acta transacta nomine, et
in persona suæ Mtis vigore pleni mandati eis ad
hoc dati, fuerant, intimus deberem, cum eorum S.
Mtibus transigere, et tandem negotium illud dotis
et contradotis bono fine concludere, cumque Mtibus
earundem, nomine S. Mtis domini mei clementissimi
obtulissem et obligare voluissem nomine dotis et
contradotis Arces Solmoss, Lippa, Dewa, Chicho,
et Rettelew, Oppidum Dobrezen, et Tricesimam
Cassoniew, Rogavi earum Mtes nomine Serenissimi
domini mei Regis, vt essent contente inscriptione
harum Arcium, Oppidi, et Tricesima, et non vrge-
rent Mtem domini Regis mei ab aliqua quæ sua
suæ Mti videntur indigna et periculosa, vt est
peticio consensus et depositio pecuniarum. Rogavi
id idem vt Mti suæ hac mora quæ interuenit ne
verteretur vitio, nec per eam iudicaretur incidisse
in pœnam in litteris obligatoriis inscriptam et conclu-
sam, cum non sine causa interuenisset, Et licet
istis Mtibus non visum est in omnibus condescendere
propter rationabiles causas petitionibus meis, Volens
tamen rem istam amice compositam iri tanque
parentum cum filio, remiserunt obligationem ad
peticionem consensus, Item pro mora pœnam quam
ob moram Serenissimus Rex do: meus incurrerat
statuerunt autem Oratorem suum, virum ex
primoribus mittere ad suam Mtem pro finali
conclusione huius negotii, voluerunt que etiam

hec Mtes ut ego vigore pleni mandati ad hoc mihi dati
quem in specie exhibui coram Mtibus suam Mtem
obligarem sicut per praesentes obligo, ut suas Mtas de-
beat cum isto Oratore, qui ad suam Mtem iturus
est finalem et realem conclusionem in hac re facere
Alioqui rursum incidat in culpam et paenam in
prioribus obligationibus scriptam et declaratam

Legatio ad Ferdinandum Romanorum
Vngarię Bohemię Regem missa

Rndo dno Ioanni Vilamowski Epo Camenecen
designato data, ac missa penultima Decembris 1539
Is Romam vadens in altera Legatione, hanc
Viennam descendens, coram Rege Ferdinando
dixit

Principio Mtem eius nomine nro plurima salute impar-
tiat: atque prospera omia ac secunda precabitur, sibique
semotis arbitris dicendi potestatem dari postulabit nisi
si quos eius Mtas adhibendos putaverit,

Postea narrabit Mti eius, qua de re Legatum suum
ad nos miserat Magcum Sigismundum de Erbestin
eam nobis vehementer curae fuisse, scripsisseque nos
Serenmo dno Joanni Vngariae Regi, filio nro charis-
simo, Legationis eius summam: et ut pacem tandem
aliquando promulgaret, diligenter eum hortatos nos
esse, Qui quod antea se facturum litteris suis receperat,
nuncium suum ad nos misit per quem pacem non promul-

gali causas exponi nobis iussit. Nos promissi nri memores, ea quae per Legatum dicta sunt, Mti eius summatim referri voluisse. Narrabit itaque summam Legationis eiusmodi.

Quod miretur Serenissimus dominus Vngariae Rex, et doleuter ferat, se per Mtem eius apud nos delatum esse, quod stare nolit pactis, et pacem promulgare recusat, cum id ne cogitare quidem ei in mentem venerit, Numque enim animum sibi defuisse pacem istam promulgandi sed ita, quoad sine Regni Vngariae periculo id facere possit, Quando quidem et in Caesareae Mtis Catholicae lris scriptum id esset, non prius pacem hanc in publico proponi oportere: quam promissum esset, ne quid ex eo detrimenti caperet Regnum Vngariae. Multa se pericula adiisse ante etiam, quam ad Regni gubernacula accessisset, saepe se telis hostium, saepe dimicationi capitis, saepe morti pro Regni salute obiecisse, Postea quam vero Rex factus est, multo magis sese in eam curam incubuisse, vt quoad posset, incolume Regnum conseruaret, nullis se sumptibus pepercisse, nullos labores refugisse, nulla pericula declinasse, Nunc à se postulari, vt quod adhuc Regnum summo studio tutatus est, id in maximum periculum et extremum paene discrimen adducat, ac modo non suis ipse manibus in hostium potestatem tradat, Quid enim esse potest certius, quam simul vt pax esset promulgata, irrupturos hostes in Vngariam, ferroque et igni, late, longeque, vastaturos omnia. Hoc esse quod postulet Mtas Regia Romanorum, dum pacem prius promulgari vult, quam exercitus vllos conscripserit, quam vllis eam praesidiis munierit,

Et interea queri Mtem eius, quod caueat Serenissimus Vngariæ Rex, ne reliquias Regni sub ditionem atque imperium suum Cæsar Turcarum subiugat; quod nolit vniuersum id perditum. Appareant modo promissa: existant Exercitus, qui si non vltro hostem lacessere bello: saltem lacessentis impetum queant sustinere, ac vim ab afflicto et calamitoso regno propulsare, se ea ipsa hora qua id viderit, pacem lubenti atque alacri animo promulgaturum. Sed hoc petere vt quoad nudum est præsidiis Rex suum Vngariæ, atque omni mortalium ope destitutum, ne postuletur a se vt sciens prudensque ad vltimam id vocet perniciem. Ad extremum quandoquidem futura nunc est in Germania inferiore Mtas imperatoria, se illius arbitrio rem permissurum. Quod si Author sit vt pacem promulget, et Turcarum contra se, Regnumque suum furorem prouocet, ipse ab omnibus rebus egregie imparatus, facturum se quod postulatur.

Hanc fuisse summam dicit responsi, quod nobis Legatus Serenissimi Vngariæ Regis attulit, aduersus ea quæ Mtas eius de illo coram nobis questa est. Qui hoc insuper addidit, multo se causam habere iustiorem de Mte eius querendi, quæ non contenta eo, quod contra existimationem illius venerit, misit præterea Legatum suum ad Cæsarem Turcarum, ita vt renunciatum illi est, non aliam ob causam, quam vt illum magnis promissis sollicitaret, vt expulso ex Regno Vngariæ, Serenissimo Vngariæ Rege, sibi id traderet, à singulis capitibus, mercedis loco, singulos aureos oblaturus. Hæc vero multo esse grauiora, per[?] quæ si vera sint, non modo fracta foedera, verum etiam ipsa

sit Chr(ist)iana pietas violata, Ipsa posteaq(ue) S. tua recensuerit, tum demum videri nobis iusta et aequa dicet, quae sunt per Serenissimum Joa: Regem responsa. Atq(ue) rogabis M(aiesta)tem eius, ut in his acquiescat, neu alieniore sit ab illo animo, sed in medium consulat potius, Quemadmodum si minus recuperari quae ere(m)pta sunt, saltem reliquiae Regni Ungariae, seruari possint, Quod si prius(que) generum cum nobis adsci: uissemus, dignum eum duxit, quem quasi in fratrem cooptaret, quod sponte sua fecit antea, sed nunc n(ost)ra causa uberius faciat, quemq(ue) nobis filii nunc loco esse videt, eum ob hoc ipsum tanto maiore beneuo: lentia prosequatur, Omnes inimicitiae causas praecidat, suisq(ue) interminetur, ut ne qua vi utantur, ne quib(us) illum, aut homines illius iniuriis afficiat, Nos, ut ille pari ratione suos contineat, misso ad eum Legato n(ost)ro admonuisse ac diligenter esse cohortatos, ne quid prius aut antiquius ducat, M(aiesta)s eius amicitia sed eam non solum retinendam: sed etiam augendam curet, ac amplificandam .

Commemorabit postea S. tua, quemadmodum res acta sit, cum eam una cum Mag(nifi)co Petro Kmita Palatino Crac. etc. reguntorum finium causa Sepusium misissemus, conatus n(ost)ros, et sumptus quos fecimus in nihilum recidisse, id nos pro amore n(ost)ro erga Serenissimum do: Romanorum regem aequo animo tulisse, cum scripsisset ad nos M(aiesta)s eius se arduis rebus p(rae)peditam, suos Commissarios mittere non potuisse, Caeterum quae postea accide: rint, eam nobis ingentem molestiam attulisse, Nam praeter alias iniurias, quibus homines n(ost)ri

affecti sunt. Praefectus Arcis Scepusien(sis) per amicitiae speciem hominem quendam nostrum ex Suburbio, ad se cum vocasset, eum custodiae tradidit, neq; in hunc usq; diem liberum dimisit. Id nos nisi tanti faceremus amicitiam Mtis eius, ferre nequaquam possemus. Neq; vero dubium nobis est, quin haec praeter scientiam et voluntatem Mtis eius facta sint. Sed rogamus tamen ut in officio suos contineat, ne scintilla initio neglecta, maius excitet incendium, quam quod restingui postea facile queat. Authorem omnis dissidii esse ferunt Loboczki, eum qui Opido Kessmargek praeest, qui cum nrae Jurisditioni subsit patrimonij sui ratione facile ulcisci iniuriam nobis liceret. Sed cum in ditione Mtis eius sedem suam fixisse videatur, nihil faciendum duximus, quod coniunctioni nrae mutuae rescindendae locum dare posset. A Mte illius postulamus, ut cum huic tum aliis quibusuis, qui dissidium aliquod excitare velint, edicat atq; interminetur, ut ab omni turbulenta ratione se contineant, atq; hoc agant, ut utriusq; nrum homines, benevolentiam potius inter se, quam litium certamen suscipiant. Inprimis autem nrum hunc hominem e custodia liberum dimitti iubeat, qui si cuiquam iniurius esse videbitur, ad nos nomen eius deferat, facile Jus quisq; suum obtinebit

Commemorabit S. tua, quanta toti Reipublicae Christiana pericula immineant ab immani Turcarum Tiranno cuius viribus unus aliquis Princeps Christianus resistere nequaq; potest. Sed necessarium esse, ut Sijncretismo, quod aiunt facto, in unum omnes con-

spirent et coniunctis eum viribus adoriantur, Itaque nulla debet esse Christianis regibus cura prior et antiquior quam ut ipsi nullas inter se inimicitias habeant, nullas exerceant simultates, nulla bella gerant, neque se tantum quisque ab iis rebus immunem praestare debet, sed contendere insuper, et elaborare, ut eorum qui dissident inter se animos, in gratiam, concordiam, et amicitiam reducat, et quantum potest prohibeat, ne mutua caede se Christiani conficiant, sed integros potius ad vim Turcarum arcendam se conservent. Nulla est res ~~praecipue~~ Principe Christiano dignior nullum Deo sacrificium gratius quam exturbare quoad possis ex animis hominum, Christianorum praesertim, iram, odia, simultates: ac inserere pro hiis amorem, amicitiam, et fraternam charitatem. Tum autem si salvi esse volumus, si salvam Remp. Christianam conservari, hanc nobis pacificationem inprimis curae esse oportet.

Cum itaque inter Serenissimum Daciae Regem et Illustrem Rheni Palatinum non obscure simultates intercedat, inter quos cum pacta essent Triennales Induciae, vere proximo tempus earum exibit, ac periculum est, ne nova bella excitentur: quae iucundum cone Christiani nominis hosti spectaculum, nobis vero qui uno omnes inter se animo esse vellemus, acerbum essent praebitura. Visum est nobis admonere Maiestatem eius, tanquam Christianum Principem, et per a Christo nobis testamento relictum amorem, ut ipsa se in pacificationem istam interponat, atque hoc agat, unacum Serenissimo fratre suo, ut Utrique Principum istorum, omnem ex animo suo offensionem

deponat, et amore potius quam odio inter se certent.
Quod si pax et concordia conciliari non potest, saltem
Induciae prorogentur, in quo tempore magnum in discri-
men vocatur tota Respub. Christiana, eo ipsi inter
se Principes digladientur, et quantum in ipsis est,
Rempub. prodant
Scripsimus hac de re ad ipsam quoque Imperato-
riam Mtem, quam ~~xcm~~ facturam non dubitamus
omnia quae sunt Christiano Imperatore digna.
Sed Mtem eius petimus, ut ipsa quoque suam au-
thoritatem interponat, et currenti quod aiunt Im-
periali Mti calcar addat, Ita facilius res ad opta-
tum exitum Christo duce perducetur.

Dicet etiam Mti eius, quantum ex eo dolorem
acceperimus, quod cum nonnulli Principes, tum etiam
Illris generis nri, relicto ritu veteri, prophanas quasdam
novitates sunt amplexi. Nobis aliud magis oportu-
num remedium non videri, quam ut toties proro-
gatum Concilium tandem aliquando congregetur.
Ea de re S. tuam per nos ad Sctum do. nrum
mitti: ut advigilet Sanctitas eius neque cunctetur
diutius. Rogabit S. tua Mtem eius ut suas prae-
ces cum nris coniungat, Ita enim facilius quod vo-
lumus impetratum iri

Hic recensebit S. tua quae in Ungaria quoque agi-
tur item de Abbate Strigonien., qui a Ducibus
Olessnicensibus est in vincula coniectus, quem li-
berari petit: una et hoc dicet S. tua mulierem
quandam miseram et calamitosam Romanam Ple-



chova Jrzikowa, sibi per quendam Vilelmum Zora;
linski Mtis eius subditum bona esse adempta,
Itaque petit, ad eum Mtis eius lras, quibus edi;
cat, ut si qua per iniuriam ademit, ea restituat,

Responsum ad præcedentem Legationem à Rege Ferdinando

Domino Ioanni Vilamowski Episcopo Camenecensi datum. Quod responsum ipse, dominus Vilamowski, perscripsit, misitq; in Poloniam ad Regem, solus verò recta ad summum Pontificem cum altera legatione profectus est,

SEremissimo Regi Poloniæ Sigismundo primo, Ioannes Vilamowski Epūs Orator.

. Sacratissime Rex .

SErenissimus Romanorum, Vngariæ, Bohemiæ. REX Audita Legatione, vrã S. Mtis per me sibi explicata, Ad primum legationis articulum, de Serenissimo dnõ Rege Joanne Vngariæ, ad eum ferè modum respondit, se non eo animo misisse Oratorem suum ad vrãm S. Mtem, vt abalienaret animum vrã Mtis à Serenissimo Ioanne Rege, neq; propterea se questum fuisse de illo vt ea res accusationem aliquam præ se ferret, sed hoc saltem quæsiuisse vt admoneretur à Mte vrã, ipse Serenissimus dõ: Rex Ioannes, vt pacta et conditiones initas et receptas custodiret, vel, Cut Jobis Mts suæ vtar ? vt pax ipsa interteneretur.
Nam videbat sua Mtas conditiones descriptas, plurimas violari, nõnullas adimpleri. Bona nonnulla quæ tempore confectæ concordiæ et confœderationis, fuerunt in potestate huius Ro: et Regiæ Mts.

in ditionem et potestatem ipsius Ser^mi Joannis
Regis rursus appropriari, ac multa alia contra Ca-
nones concordiae committi, Cumque sua M^tas ab ipso
Ser^mo Rege Ioanne requireret et postularet ut pa-
cem et concordiam publicaret, suaeque Ser^tas causas
adferret: propter quas id tutum non videretur,
dicat se M^tas sua in ea re tempori ita fauisse, ut
de pace hoc tempore publicanda. Ser^m Regem ur-
gere noluisset, nisi illud postulasse, ut conditiones
et capitula nonulla quae adimpleri sine publicatio[n]e
pacis et concordiae poterant, adimplerentur, et in suum
statum tacito quodamodo reducerentur, utque etiam
pacem istam et conditiones soli hoc tempore Con-
siliarii et Officiales Ser^mi Regis Ioannis iura-
mento suo firmarent, Neutrum tamen istorum
ipsum Ser^mum Regem Ioannem facere voluisse.
Sed causas tantum & moras quasdam nectere.
ex quibus in suspitionem veniebat de pace ipsa et
concordia violanda, quam sua M^tas ait se non
aliam ob causam fecisse, quam amore Reip^cae
Christianae, et ne Regnum illud Ungariae ad
extremum discrimen perueniret, quod futurum
fuisse sua M^tas perspiciebat: nisi hac concor-
dia tantae lites conquieuissent, quam sua M^tas
neque satis honestam, neque utilem sibi esse dicit,
Nihil enim lucri ex ea re reportat, praeter meram
spem futurae aliquando successionis. Nam ea bo-
na quae habet in Ungaria vix tantum vectigalium
habet, ut eorum onera possint ex eis sustineri.
Contra vero Ser^mus Rex Ioannes, ea quae
sunt magis opima et utilia possidet, ex quibus
vel pauca admodum vel nulla onera ferre solet,

Accedit etiam quod Mtás R. de Sermo Ioanne Rege
queritur, quod post eam cladem, quae est inter communes
subditos apud Cassoviam in qua Lascanus concidit,
per Comissarios tentatum eius rei iudicium, ad effe:
ctum peruenire non potuit, quos sua M. ad condictum
locum et terminum mittebat, contra vero à Sermo
Rege Ioanne nemo comparebat. Multi subditi, Nobi:
les viri suae Mts captiui tenentur, pro quibus dimit:
tendis toties frustra sollicitauit Sermum Regem
Joannem, et rogauit, vt fide sua dimitterentur.
& causam dimissi dicerent, potius quam ex Carcere,
hoc ipsum tamen obtinere non potuit, cum Mtás R.
non recusare se dicat, quin de eorum causa iudicium
fiat, Ait etiam Mtás sua sollicitatos fuisse eosdem
captiuos, vt si vellent vitam liberare, & se in li:
bertatem asserere: curarent per suos amicos, vt nō
multa Ciuitates et Castra in potestatem Sermi
Regis Joannis perueniant et tradantur. Tamen
illi ipsi captiui, vitam hac ratione, neque libertatem
comparare sibi volebant. Multa etiam alia re:
ferebat sua Mtás cum magno dolore, quibus se et
suos subditos per omnem iniuriam affici ab ipso
Sermo Rege Ioanne et eius subditis querebatur.
Quae omnia ferre se vsque adhuc aiebat propterea.
vt Principes Christiani intelligant se talem esse
pacis et concordiae Christianae amatorem, vt propter
eam, multa perferre possit, se nihil periculorum,
nihil laborum, neque sumptuum vitare velle quoad
prosit Reipublicae Christianae. & hoc Regnum tam
afflictum, aut restituat, aut conseruet, vnacum
ipso Sermo Rege Ioanne, qui si aperte ac sincere:
ter cum Mte sua agere volet. promittit Mtás sua

supra pectus suum Regnum nullum fratrem germanum suo fratri fieri posse amiciorem, quam ipse futurus est, ipsi Ser^o Regi Ioanni, seque omnia bona sua, et suorum promoturum esse non secus atque propria, modo ut illius Serenitas se et suos in officio contineat: et pacta ac conditiones observet, deque illius Regni commodis uno et concordi animo cum sua Mte consulat.

Si enim ipsum Serenissimum Regem ~~Romanorum~~ Ioannem, in amorem et confoederationem fraternam adoptavit: multo nunc etiam magis eum amatura se dicit Mtas sua, cum Serenissimam filiam vestram Sacrae Mtis acceperit uxorem. de cuius virtute prudentia, dignitate et moribus ea sibi praedicari ab omnibus ~~debet~~ dicit sua Mtas: quae optaret etiam liberis suis omnibus à domino Deo concedi.

Quamobrem etiam tanto plus datura est Mtas sua operam. ut hoc tam dignissimum matrimonium in sua Mte conservetur, et vestra S. Mtas, ac Serenissima eius filia intelligat tanti se ab hac Mte haberi quanti merito debet. Sed et Illustrissimorum liberorum, qui ex hoc matrimonio enascentur, curam sibi futuram esse sua Mtas quam maximam pollicetur, Solum illud rogat, ut Mtas vestra Sacra dignetur ipsum Serenissimum dominum Regem Joannem cohortari, ut se in amore benevolentiaque fraterna ita vicissim conservare studeat, ut ad eum amorem, certamen officiorum accedat, quibus si certare cum sua Mte ipse Serenissimus Rex Ioannes, potius quam simultatibus maluerit, non patietur se vinci ab eo sua Mtas.

De vero[2] Regni defensione eam nunc curam cogitationemque sua Mtas suscepisse se ait: ut con-

fidat, eam fructus suos consequuturam. Quam etiam ob causam nunc celeriter ad Imperatoriam Mtem profici: scitur: Speratque Mtas sua: quod extabunt illi ipsi exer: citus qui esse debent. Sed ita tamen, ut ipse Serenissimus Rex Ioannes etiam ex parte sua inuigilet, et uirtu: tem potentiamque suam contra hostes communes explicet, Licet enim sua Mtas, quod si ipsa sola deberet Regnum Hungariae tueri, et Serenissimus do: Rex Ioannes colli: gendis tantum Thesauris uacare: illud ipsum non esset par pari refferre. Hic recensebit frater meus vra Mti: quae sit opinio Serenissimi huius Regis. etc.

Illud rogat Serenissimus Romanorum Rex, ut quando quidem nunc in penitiorem Germaniam discedit, et Regnum Vngariae non sine ordine neque sine praesidiis relinquet, ne quid amplius iniuriae sibi uel suis ex par: te Serenissimi Ioannis Regis inferatur. Alioquin se iam ferre non posse diutius: sed ita ordinasse, ut si quid huiusmodi innouatum fuerit, uis ipsa, ui per suos repella: tur, Interim uero et de publicatione pacis, et de aliis rebus Mtas sua Regia remittit ad cognitionem Ce: sareae Mtis, Quemadmodum et Serenissimus Rex Ioannes eodem prouocare uidetur. Itaque si eo miserit ipse Serenissimus Rex Ioannes aliquos suos Oratores tractabitur de iis rebus omnibus quemadmodum perfici deberent.

Quod vero accusata est Romanorum Regia Mtas apud Serenissimum Ioannem Regem, quasi ipsa Oratorem suum ad Tirannum Turcarum misisset, qui eum sollicitaret, ut pulso inde Serenissimo Ioanne Rege, Vniuersum Regnum Vngariae sibi per manus tra: dat: oblaturus pro eo mercedis loco ex singulis ca: pitibus unum aureum, Ad hoc sua Mtas ita rndit,

profectum quidem esse suo nomine dom Laski ad Tirannu Turcarum, sed nullam ei legationem commisit sollicitandam sua Mtas quae esset contra bonum et comodum Christianae reip: neque in perniciem alicuius neque contra Principes amicos aut confoederatos Neque hoc de quo accusatur sua Mtas aliquando apparere poterit, adeo ut neque se pudebit huius legationis, neque apud Deum, neque apud homines.

Haec fuerunt S. Rx.a Mtis. quae mihi ipse Serenus Rex Romanorum eodem tempore, quo erant a me explicata omnia, de tota ista rone respondit,

DE finibus Scepusien. narravi omnia quibus interfui cum essem Comissarius vrae S. Mtis ad Locum differentiae dimissus, explicavique causam non esse dissidiorum ex parte subditorum vrae S. R. Mtis obtulit se mihi sua Mtas responsum in scriptis daturam, Dedit autem huiusmodi, Datas fuisse ad se non multos ante dies lras a Sacra M. vra de eisdem negotiis: ad quas dicit se abunde respondisse vrae Mti, Nam quemadmodum M. vra, libenter tuetur subditos suos, ita etiam Serenus ipse Rex nollet suis deesse, neque pati, ut limites Regni sui minuantur, Non recusat tamen M. sua, dare lras ac mandata ad subditos suos, ne in negotio metarum aliquid innovent: quousque res per Comissarios vendicatur, ita tamen ut signa et cumuli terrarum quemadmodum ipsi appellant, quos Comissarii vrae Mtis fecisse dicuntur, nulla Juris ~~remissione~~ remisio expectata, mox aboleantur per subditos vrae M. atequam iuris ~~remissio~~ remisio fiat.

Ad quam rem ego suae Mti replicavi, quod nulli cu:

muli sine scopuli illic erecti à nobis nihilq innouatum, nisi quod more limitum obequitauimus circumcirca limites bonorum Vrae Mtis, et iuxta descriptionem literarum quas subditi Vrae Mtis habent, signa ipsa limitum reuidebamus, vt cum ad comune Comissariorum Iudicium perueniretur, possemus tanto facilius de omibus rebus edoceri, Video autem Mtem suam à nostris Polonis male edoctam, Idq Mti suae, et coram dixi, et inscriptis de hoc solo negotio dedi, tamen Mtas sua nihil certi statuere de hoc voluit, nisi prius cognitio Comissariorum praecedat, quae cum facta erit prodibunt fortasse nonulla res in lucem.

Quod ad Stephanum captiuum attinet, quamquam Mtas sua nuper se abunde etiam respondisse Vrae S. M. per lras ait, tamen nunc etiam mihi respondit, se illud detineri iussisse tanquam Officialem et Seruitorem suum, Notarium videlicet Capituli Ecclesiae Scepusiensis et qui in certas suspiciones non parui momenti inciderat, Quod si sua Mtas intellexerit illum directe subditum Vrae Mtis esse et huius culpis carere ob quas captus est, non recusabit Mtas sua Vrae S. Mti morem gerere, et eum dimittere.
Hic ego replicaui, videri mihi eundem Stephanum desiisse longe ante Notarium Capituli fieri: quod tamen certo nesciebam, et rogaui vt saltem sub cautione fideiussoria dimitteretur, et causam non vinctus diceret, Sed extorquere à sua Mte nihil aliud potui, Intelligo tamen eum ab Polonis hoc nomine delatum esse, et quaecumque nascuntur, ex illis regionibus in hac aula suspitiones ex illis ipsis ea prodire.

De Serenissimo Rege Daniæ, & Illmo Palatino Reni, cum ad eum modum verba facerem, ad quem Mtas vrã praescripsit, videbatur mihi sua Mtas ad eundem modum hoc negotium cordi habere, quemadmodum de vrã Mte dicebam, Itaqz cum indolentia quadam subito mihi sua M. rndit, dicens sibi hoc negotium maxime curæ fieri, seqz daturum operam, vnacum Serma Caesarea Mte, vt si non certa pax, saltem Induciæ belli prorogentur, Jussitqz consignari lrãs vrã Mts Magco Dno Sigismundo de Erbestein vt per primam postam ad Caesaream Mtem perueniant. Hic quoqz videbatur aliquid sua Mtas innuere se cupere quodamo vt illic etiam Orës vrã Mtis adessent.

De tribus villis per dom Laski Monasterio in Lendek ademptis, ita mihi sua Mtas inscriptis respondit, Quod attinet de tribus villis, quas per subditum eius Hieronimum Laski occupatas esse ait Mtas Regia Poloniæ: respondet Sermus Romanorum Rex: vt de ea re cum Hieronimo Laski via Juris agatur. et quidquid Jure compertum fuerit sua Mtas executioni demandari iubebit

De lris ad Capitulum Scepusiense vt perquiri permittant lrãs et inscriptiones in libris Ecclesiæ Scepusiensis suæ, pro parte bonorum et subditorum vrã Mts in Scepusio. Respondit sua Mtas, se daturam mandatum ad Capitulum vt lrã huoi et Inscriptiones adimentis hominibus sua Mts pergratur et quæ iuste vel ad Mtem vram vel ad subditos

Vra S. Mtis pertinebunt, eorum exempla sub sigillo Capituli dari iubebit.

De defectione à religione Illmi Dni Marchionis Joachimi, magnum se dolorem accepisse sua Mtas ait, De qua priusquam publicaretur, cum intellexisset, dederat ad eum lras, quibus obtestabatur eum per Dei voluntatem, et per foedera benevolentia et amicitia sua ne faceret, qua priusquam peruenisset, iam erant omia publicata, Ad quas tamen respondit dns Marchio se etiam si prius peruenissent, aliter facere non potuisse. De ea etiam tota re nunc aget nunc Mtas sua cum Caesarea Mte, ut finis aliquando deliramentis istis et improbitati haereticae domino Deo auxiliante ponatur. Vident enim omnes contagiosum hunc morbum esse, qui cum sit fomentum quoddam pcti et scelerum facile plurimos in praeceps trahit. Dedit mihi sua Mtas lras fidei ad Sanctum dnm nrm quibus rogat, ut in his quae nomine vestrarum Altmi petiero, animum et voluntatem suam inclinet, operamque et curam omnem adhibeat

De Abbate Henrichouien respondit mihi sua M. se iam omia fecisse tanquam Principem Christianus, quae pro eo liberando attinet, Dedisseque mandatum penale sub pena 50 millium Ducatorum auri contra Duces Monstenbergen, ut se una cum praedicto Abbate, proximis diebus Pragae statuat, Quibus iam confectis, non videri suam Mtem hoc tempore aliud quod facere in hoc negotio expediat. Haec fere sunt quae ab Mte hac Regia responsi tuli.

Joannes Vilamowsky Episcopus
Camenecensis

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Cardinali Gentutio

R.me M.ce et C.d. Cum videamus magnis procellis et tempestatibus Petri naviculam iactari, et agitari, ad summum illius in terris Gubernatorem, ut saluti eius prospiceret, misimus Rndum in Chro Prem Do: Joannem Vilamouski, quem proximis superioribus diebus, cum ob fidem erga nos, tum ob multa praeclara Dei munera, quibus est ornatus Camenecen Epum nominavimus, Neqz vero dubitamus quandoquidem quae per eum à Sanctissimo dno nro postulamus, propria Stis eius sunt officia, quin facturus sit, ut precibus nris et salubribus monitis locum det, Sed quoniam R. D. vra authoritas istic est magna, fecerit nobis rem gratissimam si operam suam interposuerit, ut quam celerrime quae optamus optata ferre possimus. Si qua praeterea vel vra, vel nrorum, vel sua privata habuerit negotia, Rogamus R. P. vram, ut ea sibi haberi velit quam comendatissima, Et cum negotium ei dederimus, ut et cum vestra R.ma P.te nostris verbis quaedam conferat, haud aliter ei dicenti fidem haberi volumus, Quam si nos ipsos coram loquentes audiret, Dat. Cracoviae penultima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Tricesimo, Nono.

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali Sanctorum Quatuor Protectori regni

R. Me. etc. Mittimus istuc Rndum in Chro Prem Do: Ioan: à Vilamow, quem nuper ob fidem erga nos singularem, et multas praeclaras dotes Camenecen Epum nominavimus, ei dedimus negotium, ut apud Sctsm do: nrum, nro nomine de rebus iis verba faceret, quae ad constituendam vel conservandam potius Rempcam Chrianam pertinere videntur. Bona spes tenet animum nrum. Quandoquidem nihil postulamus, nisi quod totius Reipcae, praecipue vero S. Sedis Apostolicae plurimum interest, facturam Stem eius, ut precibus nris locum det, Nihilominus à vra quoque R. P. petimus, ut authoritatem suam interponat, quo facilius voti nri compotes efficiamur, Sed et privata quae tractaverit negotia, sive ea nra fuerint, sive Senatorum nrorum, sive ipsius etiam propria, in iis ex sententia conficiendis, ut ei R. P. vra consilium et auxilium suum impartiat, rogamus, Et quoniam ad vram quoque R. P. mandata nra habet, quae nris illi verbis dixerit, ut his fidem habeat postulamus. Datum Crac. penultima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo Nono.

Legatio ad Summum Pontificem
Paulum Tercium

Data Rmo dno Ioanni Vilamowski Episcopo
Camenecen designato, die penultima Mensis
Decembris. Anno Domini M.D.XXXIX

Is Romam vadens ex itinere ad Regem Ferdinandum descendit: alteram ei legationem exposuit.

Primum Sanctitati eius subiectissimam seruitutem nostram deferet, atque ad oscula pedum eius venerabundus accedet, salutem, longam foelicitatem, rerum omnium prosperitatem precabitur.

Tum admonebit periculorum quae Christianae Reipublicae grauissima nunc impendent, non modo ab hostibus Christiani nominis, verum etiam ab his, qui sibi Christiani videri volunt, quique se solos verbum Dei pure docere, et Euangelium profiteri falso gloriantur, à quorum contagione cum libera fuerit non ita pridem bona Germaniae pars, intra vertentis Anni spacium ita multi ab Ecclesiae vnitate defecerunt, et errores istorum amplexi sunt, vt paucae iam restent in Germania Ciuitates, quae prauis de fide opinionibus infectae non sint, Quoad superstes erat is qui sororem vestram habuit in matrimonio, Illustrissimus dominus Georgius Dux Saxoniae, ita vt potuit suos omnes in officio continuit, summaque cura prouidit, ne qua labes

eiusmodi ad suas perueniret, Is in ea de aetate cum ad superos migrauerit, fr eius rerum potitus, peruertit omia, & qui nuper in Ecclia authoritate fuerunt: Hij iam diuersas ad partes transierunt. Ad eundem modum quoad in viuis erat Illmus Do: Joachimus Marchio Brandeburgen, Princeps Elector, tota ditio eius ab hac peste fuit immunis. Qua quidem re praecipue fuimus adducti, vt filiam nostram collocaremus Illmo filio eius domino Joachimo Marchioni Brandeburgen Principi Electori, qd eum facturam existimabamus, vt paternam in antiqua fide et religione constantiam imitaretur. Sed vix Annus vnus intercessit, cum fr eius Illmus Joa: Marchio, prophanam dogmatum nouitatem amplexus ab Ecclesia, desciuit, Quod nos etsi dolenter ferebamus, nonnihil tamen consolationis afferebat generi nri constantia, quem nunquam ab officio ~~genere~~ Religione declinaturum firmiter persuasum habebamus, Ecce aut extrema aetate venerunt ab illo lrae quibus se futuri Concilii expectatione, Quod semel indictum, toties iam esset prorogatum, satis diu continuisse suos significauit, quo minus vicinorum exemplo veteres ritus abiicerent, nouosque approbarent, Nunc vero cum nullum Concilium istud exitum habeat, et nomen illius inane praetendatur, Quandoquidem summo conatu id sui homines a se contendant, se tanti illorum voluntati cedere oportere, neque impedire posse, Quin nouum religionis institutum amplectantur, Quin etiam diem praefinivit, quo commutationem hanc religionis promulgare statuisset, nonas in

Ecclesia sua Cerimonias instituere, à nobis postu;
lare ausus est, vt quam habet in matrimonio filiam
nostram, quoniam ea; ob hoc illius institutum magno
se moerore conficeret, Admonitam eam vellemus
per Nuncium nostrum, vt ne mariti sui voluntati ad;
uersaretur, neue ab illius instituto abhorreret.
Quae litterae illius vt inopinatae nobis acciderunt, ita
maiorem opinione omnium animo nostro molestiam
attulerunt. Hortatique sumus Generum nostrum
summo studio. vt ne consensum Ecclesiae desereret, fa;
naticorumque quorundam consilia sequeretur, nostro
vt potius, aut patrui sui Cardinalis, aut mortuo;
rum parentis et Socerj exemplo moueretur, quam
aliorum, qui neque dignitate nobis pares, neque amo;
re et beniuolentia erga illum nobiscum essent com;
parandi. Quod si facere non posset, quin suorum
contentioni aliquid concederet, quamuis iniquum no;
bis videretur iniqua concedere his quos in tua
potestate habeas facile nos tamen passuros, vt eos
Judicio suo vti permitteret, atque ad eorum errata
conniveret, dum modo ipse se ab hac labe integrum
servaret, vel hoc saltem precibus nostris daret,
vt ne quid noui ipse statueret, tantisper dum tandem
aliquando toties prorogatum Concilium istud ha;
beri inciperet. Nos apud Sanctitatem eius summo studio cu;
raturos, atque omnia facturos, vt ne quid ei morae
amplius interponatur, sed primo quoque tempore,
Concilium istud habeatur.
Caeterum nihil apud eum ponderis habuerunt prae;
ces nostrae, nihil consilio nostro loci datum est. Eo
ipso die, quem praefinierat Calendis Nouembris,
nouas quasdam Cerimonias, nouosque ritus instituit,

atque vnitatem reliquit, Illustrissima Coniunx illius fi:
lia nostra charissima, quæ pie à nobis sanctæque edu:
cata est, tanta, ea ex re, in luctu est et squallore,
vitam vt sibi acerbam esse putet. Sed et nos acer:
biorem, inde quàm dici queat dolorem hausimus.
scripsimus patruo illius Cardinali Maguntino, vt
fratris sui filium, ad officium sanitatemque reduceret,
atque ad Authoritatem Ecclesiæ reuocaret, Id si
persuadere non possit, hoc saltem auferre conetur,
vt ne cogeret charissimam filiam nostram, eosdem
quibus ipse se inuoluit errores sequi, sed eam in
qua nata et educata est Christiana fide perman:
re sineret,

Deinde nihil curæ, studii, diligentiæ, à nobis præ:
termissum est, in deducendo de obstinata sententia
sua Illustrissimo genero nostro, verum irriti cadunt conatus
nostri, Neque aliam Principes isti defectionis suæ cau:
sam afferunt, quàm quod Sanctitas eius, suæ vel potius
Ecclesiæ causæ diffisa, Concilium conuocare non
audeat, atque eo ipso nouitatem istam dogmatum
quasi comprobet, quæ certe nunquàm in tam multo:
rum mentibus ita alte iam radices egissent, si
mature fuisset Concilium congregatum. Nunc cum
semel editum, semper prorogetur, neque vnquàm
conuocetur, illudi sibi homines existimant.
Atque ita non inuiti Ecclesiæ ordinem deserunt,
atque in aduersariorum Castra se coniiciunt, Quod
si prorogationis istius finis non fuerit, si summa bre:
ui exitum Concilium non habebit, ingens est
periculum, ne maior in dies fiat ab Ecclesia de:
fectio. Diligentiores enim sunt Lupi in spar:

gendis et rapiendis ovibus quam pastores in colligendis
et tuendis. Utinam Sanctitas eius, non ea modo quae
ante pedes sunt, quae sub oculis illius aguntur, verum
etiam quae remotioribus in locis fiunt diligenter inspi-
ceret, nihil proculdubio de congregando Concilio curae
praevertendum existimaret. Jam enim non modo
Germania prope universa, sed et Angliae, Scotiae,
Daniaeque Regna, peste ista correpta sunt, quae in
Hungariam quoque permanavit, ubi non modo privatos
homines, verum et Civitates atque Oppida nonnulla
videre licet, quae ab Ecclesia desciverunt. Ita Regnum
nostrum ab omnibus partibus his populis circumseptum
est, quorum mentes pravitatis erroribus sunt imbu-
tae. Etsi autem omni cura providemus, ne qua
lues ista ad nostros quoque homines perveniat, praestare
tamen non possumus, quia et in nostro Regno nonnulli
sint ea infecti, ac nisi fuerit diligentius a Sanctitate eius
advigilatum, nisi primo quoque tempore congregatum
erit Concilium, latius proculdubio pestis haec in-
dies grassabitur, ac maius incendium excitabitur,
quam quod sine magno negotio restingui postea possit.
Quare tandem aliquando prorogationum istarum fi-
nem faciat Sanctitas sua, et Concilium hoc habere tandem
incipiat; alioquin periculum est si diutius erit cun-
ctata, ne, ut maxime velit Sanctitas eius paucissimi superfu-
turi sint, qui venire postea non detrectent.

Commendabit praeterea rem de fratre nostro divo Casimiro, ut
iam tandem in Cathalogum Sanctorum per eius
Sanctitatem adscribatur, quandoquidem clarissimis miraculorum
documentis et multis vivorum testimoniis et mortuorum
vita eius innocens sancta est investigata.

Caeterum S^{tas} tua perquiret à Venbli dno Andrea Czarnkowski, quo in statu sit negotium de denario S. Petri, quem se nobis et successoribus nris perpetuo impetrasse à Sancto dno nro ipse scripsit, et in sumptus lrarum plus minus trecentos flor. a Danisch accepit. Qui si dicet aliquod post factam concessionem impedimentum, vt illic solet miectum quo minus vt promissum est lrae conficiantur, tum illo consultore adhibito, cum Sanctmo dno nro, et Rmo dno Rectore aget, et quatenus expedire videbr, ita expostulabit, vt quod semel est promissum, ratum et firmum nobis ab ipsius Sanctitate praestetur,

Si nondum etiam sunt expedita lrae Rndi in Chro pris nominati Chelmen Epi et Vicecancellarij Regni nri, adimabit quantum poterit S. tua tum vra authoritate, tum suo quoque studio, vt quam celerrime expeditionis finem optatum sortiantur.

BREVE APOSTOLICUM

Per Joannem Vilamowski Epum Camenecensem Oratorem allatum

PAULUS PP. III

Sigismundo Regi Poloniae

CHarissime in Chro fili nr. Salutem et ap. ben. Venit ad nos cum lris et Mandatis Ser^{tis} tuae, Venblis fr Joannes Vilamowski

Epus Camineceñ Orator tuus, ac nomine Sertis
tuæ, coram nobis in Sacro Consistorio nostro expo:
suit pia desideria et exhortationes tuas, ut ad succur:
rendum rebus Christianis laborantibus universale
Concilium celebrare, et expeditionem adversus Thur:
cas aggredi velimus. Quibus intellectis, nos una
cum venlibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Eccliæ
Cardinalibus præstantissimam animi tui pietatem semper
nobis agnitam, et in luce totius Christianitatis positam
abunde recognovimus. Nam et puritatem Catholicæ
religionis quam restitui cupis, in tuis Regno et domi:
nijs semper conservasti, et ex bellis pro Christiana
et Catholica fide gestis nomen in terris, præmium
in coelis imortale tibi peperisti. Nos vero fili cha:
rissime eo gratiorem tuam legationem exortationemque
habuimus: quo ea quæ suades, imo etiam nro officio ad:
ducti, et voluntati incensi semper non modo optavimus,
et procuravimus, sed etiam ex parte inchoavimus,
et quantum in nobis fuit præstitimus. Nam et Con:
cilium indiximus, sicuti scis, et quia nec illud de:
bite celebrari, nec expeditio contra Turcas su:
scipi sine Christianorum Principum Concordia po:
terat, sicut tua Sertas pro sua prudentia non igno:
rat, non contenti lris, nuncijs ac legatis sæpius ad
hoc frustra missis, nos ipsi nulla senectutis nræ,
vel laboris, aut periculi ratione habita, Niceam
pro reconciliandis eorum animis navigavimus:
cuiusque quantacunque postea secuta est redintegratæ,
inter illos amoris significatio, nos certe post Deum
Omnipo: authores fuimus: Superiori quoque
Anno, eandem ob causam Nepotem nostrum
Cardinalem de Farnesio Legatum in Hispa:

niam misimus. Hodieq; in Flandria habemus,
utinam sortituri eventum quem omnes cupimus.
Bellum vero in Turcas ab hinc triennio qui-
buscum potuimus suscepimus, et gerere cepimus;
nec in nobis, aut de hoc, aut de Concilio celebrādo
ulla unquam mora futura est. Deus igr omni-
potens illuminare dignetur ipsos Chrianos Prin-
cipes, ad eam quam nobiscum tua Sertas optat veram
ac plenam concordiam, sine qua nihil sperari potest.
Tuam vero Sertem. omi cordis nri affectu, et
commendatione prosequimur in dno, omniq; laude di-
gnissimam indicamus. qd se cum omi tempore, tum hoc
quoq; Catholicum et pientissimum Principem pre-
stiterit, illam in dno, non tam ex necessitate sua
quam ex benevolentia nostra exhortamur: ut in
sancto proposito utriusq; rei promovende perseverare,
et quantum in se est, ope, consilio, authoritateq; no-
bis adesse velit, sicut eam esse facturam et
speramus et confidimus.
Quod autem spectat ad cetera tue Sertis par-
ticularia negotia nobis per eundem Oratorem
tuum exposita, tam publicum qz privatum, ac
tam spirituale, quam temporale comodum tue
Sertis tuiq; regni concernentia, nos sane li-
benti animo ac voluntate quantum nobis cum deo
licuit, eisq; tue Serti gratificati sumus &c.
Quemadmodum ex ipsius tui Oratoris ad te redeuntis
verbis et ex dilecti etiam filii nri Antonii Car-
dinalis sctorum. 4. Coronatorum tuorum Re-
gnorum apud nos protectoris lris diffusius
intelliges. Rome, apud. S. Petrum sub An-
nullo piscatoris, xxiij Ap: 15xlmo,

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape Tercio

SAnctissime, etc. Cum ex lris S. vrae tum ex ipso Rndo pre domino Joanne Camenecensi Epo abunde intellexi, quam illustri eum gratia S. vra exceperit, quamque alacrem se praestiterit in his omnibus de quibus non priuatae meae sed publicae vtilitatis causa Sti vrae supplicaui. Quo nomine ingentes illi gras ago, ac quo magis in mora esse periculum video, hoc peto vehementius, vt quauis cunctatione remota, semel edictum, toties autem prorogatum Concilium istud, ita vt se facturam recepit haberique tandem aliquando incipiat, Nihil mihi longius est, quam diem illum videre, quo congregetur. Multum enim positum esse in celeritate video, cum maior indies fiat sociorum defectio. Quare quanti me facit S. vra, vel potius quanti suam ipsius et Reip: Chrianae salutem facit, tantum quaeso contendat et elaboret, vt non meo magis, quam piorum omnium pio desiderio satisfaciat, quam de se nobis expectationem concitauit, ei respondeat ac quod verbo toties, hoc re tandem tam exoptatum Concilium, omnibus cunctationibusque mo-re causis praecisis nobis exhibeat, et piorum omnium animos reddet ea re sibi deuinctissimos, et nomen suum ad immortalitatem consecrabit,

et Deo Optimo Maximo, nullam offerre poterit victimam gratiorem: ac si quid aliud, hoc, illi ad misericordiam eius consequendam maxime proderit, Sed et priuatis meis petitionibus, quod locum dederit S. vra, ago illi gratias, Illud miror, neque satis aequo animo ferre possum: esse quosdam: qui quae mihi a S. vra liberaliter sunt concessa, de hiis delibare aliquid non dubitent, Ita enim ad me perfertur, quas in Breui suo concesserat S. vra facultates, de hiis legati mei discessu non nihil esse detractum, quas ego non esse ostensas ferrem facilius, quam postea commutatas. Quod quorum opera factum est, hii non me magis quam vra S. persona et dignitatis obliti viden- tur. Quid enim est Sanctitate vra dignius, quam vt quae semel ab ea data sunt, ea perpetuo firma sint et rata? Quid autem Regibus minus fe- rendum? quam si ita cum eis per quosdam agatur ioculariter, vt quae fuerint paulo ante concessa liberaliter, ea non ita multo post indecore mi- grentur, Vilne die XXV.a Julii 1540

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali S. Quatuor

Gratum nobis fuit ex Sanctissimi Dni nostri lris cognoscere, quam illustri gratia lega- tionem nostram exceperit quamque se prom-

ptum et alacrem praestiterit, in his quae nro nomie sunt ab eius Sanctte petita. Sed nobis omnis mora longa videtur, qua Concilium istud non congregat^r, Neq; enim sine magno Reip^ce Christianae periculo rem in longum extrahi videmus. Quaobrem à R^da. P. vrá petimus: vt pro ea qua valet apud Sanct^mum dominum nostrum authoritate, omi studio contendat et elaboret, quo semel indictum: toties aut prorogatum Concilium istud tandem aliquado omi cunctatione semota haberi incipiat. Nihil nobis gratius, nihil toti orbi Chriano conducibilius R. P. vrá praestare poterit, Et nos sibi devinctos habitura, et apud homines laudem et gloriam, apud Deum verò gratiam et misericordiam consequutura. Quod privatas petitiones vrás attinet, renúciatur nobis aliter nunc esse Breue perscriptum: quam fuit ante Legati nostri discessum. Atq; esse nonnulla de facultatibus absenti detracta quae fuerunt liberalir praesenti concessa. Miramur et molestè ferimus tam parum consideratos esse quosdam, vt no modo vrae, sed ipsius etiam Sanctsmi domini nri persona et dignitatis prorsus obliti esse videantur. Etsi enim nobis indignum est, quae semel concessa sunt, ea adimi postea et conmutari, multò tamen id nobis minus dignum videtur, ipso Sanctsmo dnó uró cuius Christi in terris vicem gerentis constans esse debet et perpetua voluntas: Rogamus R. P. vram vt velit providere, quo maior istic ratio urae dignitatis habeatur, Cui cum consultum fuerit, eadem opera ipsius quoq; Sanctae Sedis dignitati consultum fuerit: quae male

audit eo nomi: q; non æqui tenax in eo quod
semel concesserit firmu et ratum semper conser:
nando atq3 facilis est in concedendo, Quod nos
absit vt aliqua Sanctissmi domi nri culpa fieri
putemus: sed esse, quosdam suspicamur, qui
maiorem sui comodi quam illius dignitatis
rationem ducunt. Quorum cupiditatem his
præsertim temporibus difficillimis reprimi
oportere iudicamus Dat Vilnæ die vige:
sima quarta Julii. 1540

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ferdinando Romanorum Regi

SEremissime, etc. Memoria tenemus promisisse,
nos Mti vrã, si quem aliquando ad Cæsarem
Turcarum Nuncium essemus missuri prius nos
illam hac de re certiorem esse facturos. Quam:
obrem cum hisce diebus Nuncium ad nos suum
Cæsar Turcarum miserit, nosq3 ad filiæ suæ
nuptias inuitauerit, atq3 vna postulauerit,
vt eum quoq3 diem præsentia urã honestare:
mus, quo duos suos filios circumcisurus est,
Ita vt ex lrarum ipsius exemplo, quod Mti
vestræ, versum ex Arabica lingua mittimus
vberius cognoscet, visa est nobis temporum isto:
rum ratio postulare, vt ne quod à nobis petitum
est, id prorsus repudiemus, sed Legatum nostrum

mittamus qui loco n̄ri ad nuptias veniat, Quem
suæ profectioni nullam moram interponere opportebit.
cum dies nuptiis dictus sit proximo Mense Januario.
Quem si obire velit mature hinc exeat necesse est,
Hæc ut nos facturos recipimus, scribenda M. V̄ræ
duximus. Quæ facta sunt in Comitiis Glogovien
non est nobis dubium, quin M. V̄ra iam cognove-
rit, Per nos non stetit, neq̧ per homines n̄ros,
quominus fierent omnia, quæ ad sedandas discordias,
et vicinorum utrinq̧ animos tranquillandos per-
tinerent, Sed qui fuerint ei rei impedimento, ex
iis intelliget M. V̄ra, quos eo miserat, Ingen-
tes utrinsq̧ n̄rum conatus in nihilum reciderunt,
Cracoviæ, Anno M° D° XXX° IX°

Scheda præsentibus inclusa

Mittimus M. V̄ræ exemplum l̄rarum ad nos Sere-
nissimi Joanis Ungariæ Regis, Quibus r̄ndet
ad ea quæ cum M̄te eius egeramus: ut promulga-
ret pacis conditiones inter V̄ram et ipsius M̄tem,
nullum quidem adhuc certum responsum nobis
dedit, quid facere statuerit, Sed quoniam iam le-
gatus, qui nuper hic applicuit illius discesserat,
antequam n̄ræ illi litteræ essent redditæ, per
Nunctium suum, certius se suam nobis voluntatem
declaraturam pollicetur, Quemadmodum ex hoc
ipso l̄rarum M̄tis illius exemplo. M̄tas vestra ube-
rius cognoscet.

Ferdinandus Romanorum Vngarie
Bohemie Rex Sigismundo Regi
Polonie

Accepimus Ser.tis vrã lrãs, decima præsentis Mensis ad nos datas quibus nos præter alia certiores facit, se ad Cæsarem Turcarum Nunctium mißuram eße, idq3 eam ob causam, quia à Turca ad filiæ euiusdam suæ nuptias inuitata sit, cuius postulationi propter præsentis temporis rationes non possit non morem gerere, præsertim qui id tantopere postularit, cum eodem tempore sit duos filios suos circumcisurus, Quare tum grato admo, dum animo à Ser.te vrã huius rei cõicatiõem tam frẽuam suscepimus, tum per nos met facile considerare possumus Ser.tem vram effugere non posse, quin aliquem suorum in Legationem istam destinet, Sed confidimus tamen eandem Sertem vrãm ex omĩ parte curaturam, vt peramicæ requisitionis nrã, suæq3 promissionis nobis eo nomine factæ, memoriam retinens, atq3 arctissimæ adeo necessitudinis nrã rationem ducens, ea promouenda quouis in loco suscipiat, quæ ad communem Reip: Chrianæ salutem atq3 comodum facere posse videtur.

Cæterum propter Comitia Glogouien.a nuper habita, in amo habemus peculiares ad Ser.tem vrãm Nunctios amandare, à quibus omnem huius rei statum, qualitatesq3 percipere possit.

Porro quomodo Sertas vra ad instantiam nram per lras egerit, cum Sermo dno Joanne Rege Vngariae, super promulgandis pac. conditionibus: quidqz Sertas sua ad ea responderit, ex exemplo lrarum illius ad nos transmisso intelleximus, et operam sane istam, studiumqz Sertis vrae gratum habemus, Non dubitantes quidem, quin Sertas vra ex superioribus documentis nris, rerumqz transactarum in hoc negotio pacis euiden: clare perspicueqz deprehenderit quanto magis publicum bonum atqz comodum, quam propriam vtilitatem nram vel spectauerimus vel quaesiuerimus, Neqz impingi nobis vlla rone potest, q Sermum do: Regem Joannem ad aliqua vel indebita, vel illicita aut inconuenientia adigere voluerimus, Quippe qui nihil magis hactenus a Serte sua contenderimus, quam vt inite semel inter nos pac. esset studiosior, illiusqz conditiones iam tandem ex pacto promulgari non aspernaretz Atqui Sertas sua non modo publicationem istam non admisit, quantumuis sepe tum a Caesarea Mte tum a nobis interpellaretur et requisita fuerit, Verum etiam de successionis Jure assecuratione vra nobis praestari huc usqz distulit, Quamobrem Sertas vra recte fecerit, si denuo dictum Joannem Regem ad pacis promulgationem hortetur.

Reliquum est, vt quid nobis heri missus a Caesarea Mte Tabellarius attulerit, cum Serte vra comunicemus, quam vtiqz compertum habemus solere ex hiis rebus voluptatem consolationemqz nobiscum capere: quae ad Commune Christianitatis bonum salutemqz pertineat. Sciat itaqz Sertas vra

per
nobis: prafata Caesarea Mtis lras nunciatum esse quemadmodum Mtas sua constitutum habuit paulo post diem festum omnium Sanctorum proxime praeteritum iter per Galliam arripere versus Flandriam, ubi se Deo propitio circiter dimidiatum Mensem Januarium insequentis anni futuram sperat, ut rerum praesentium statum conditionemque suo consilio auxilioque moderatur, hiisque negotiis omnem operam diligentiamque, curamque apponeret, quae ad communem Reip: Christianae salutem, tranquillitatem, quietem, stabilitatemque pertinere intelliget, quas cogitationes tam salutares Deus Opt: Max: prosperare dignetur, Nos quidem ex hoc Nuncio non mediocriter gavisi sumus, visumque fuit nobis id ipsum dignum plane, quod pro nra mutua coniunctione, ad Sertem vram perscriberemus. Vienna xxxi Mensis Novembris. Anno Domini M° D° XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum regi

QVOD nos Mtas vra de adventu Apostolici ad nos Nuncii fecit lris suis certiores, in eo agnoscimus, ne antea quidem nobis obscurum, amorem erga nos et benevolentiam Mtis vrae, cuius magnitudinem magis etiam nobis declaravit, cum nos de nonnullis admonuit periculis, quae Regno nro ex quorundam temeritate impendere videntur.

Valde nobis grata accidit haec tanta cura et sollici;
tudo Mtis vrae, ac quibuscumque poterimus, semper
illi vicissim gratificari conabimur, neque ullum er;
ga Mtem vram benevolentissimi fratris officium
requiri à nobis patiemur. Atque ita ut ab illa su;
mus admoniti, tum in expediendo Nuncio Apostolico
et illius à quo legatus est, et nrae dignitatis eri;
mus memores, tum ne quid Resp: Regni nri detri;
menti accipiat omni cura et studio providebimus.
Etsi autem utrumque ita facere nobis fuit consti;
tutum, quamvis à nemine admoniti fuissemus,
currentibus tamen (quod aiunt) calcar addidit,
Mtas vra, Quo nomine fecit nobis gratissimum,
neque vero necesse fuit ut tam officiose nobis gras
ageret Mtas vra de eo, quod promissi nri memores
certiorem illam fecimus de Nuncio quem ad Caesa;
rem Turcarum missuri sumus, Fecimus enim id
pro officio nro et quidem libenter, Neque minus liben;
ter, caetera quoque faciemus omnia quae Mtas vra
fieri à nobis postulat. Deque Serenissimo do: Joanne
Ungariae Rege cura nobis futurum est: ut ne
quid causae sit, quamobrem Mtem vram animo
ab illo alieniorem esse oporteat, ut quae ad pa;
cem, concordiam, et tranquillitatem existimave;
rimus pertinere, in hiis conficiendis nihil stu;
dii et laboris praetermittemus. Qua de re senten;
tiam nostram uberius Mti vrae Legatus nr
explicabit, quem brevi ad illam mittere decrevi;
mus, De rebus novis quarum nos fecit partici;
pes, agimus M. vrae gras, Deum precamur, ut Cae;
sareae Mtis cogitata secundet, utque ea omnia, quae
ad Reip: Chrianae utilitatem facere decrevit, fe;
licem exitum sortiantur, Crac. prima Decembris. 1539

Sigismundus Rex. etc.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Imperatori Romanorum Carolo V°

Quae nunc agantur in Germania, et quam non de-
sint qui Principes et populos CHristianos ad defe-
ctionem ab Ecclesia Catholica sollicitent, Explora-
tius est Mti vrae proculdubio, quam ut a nobis plu-
ribus scribi sit necesse. Sed cum difficile est tacere
cum doleas, tenere nos non potuimus, quin ea ipsa
de re Mti vrae pauca scriberemus doloremque illi
nrum, quem opinione omnium maiorem accepimus,
impertiremus. Nam cum publice dolemus, quod ita multos usque adeo
desipere videmus ut unius fraterculi commenta ne-
scio quae pluris faciant, quam totius Ecclesiae consen-
sum, tum privatim inde non mediocrem luctum
hausimus, quod cui proximis superioribus Annis fi-
liam nram primogenitam despondaramus: is
quoque in eandem se Nassam protrahi passus est.
Neque vero defectionis huius aliam causam vi-
demus, quam quod prorogatur toties semel edictum
Concilium, Itaque misimus Legatum ad Sanctmum
do: nrum, atque admoneri Sanctem eius iussimus,
ut ne quid curae hinc de congregando Concilio
praeverteret, ac provideret, ne ex mora ista et cun-
ctatione, ingens Resp: Christiana detrimentum ca-
piat. Nunc a Mte vra maiorem in modum peti-
mus, ut ipsa quoque suam in ea re authoritatem
interponat, et urgeat atque insistet apud Sanctmum
do: nrum, tandem ut aliquando diu expectatum

Concilium istud, congregari velit, Nam quo diutius
erit cunctatum hoc maius est periculum, ne plures
adhuc in aduersariorum Castra se conijciant, Nos
certe vndiq3 iam sumus his circumsepti, qui prauis
de fide opinionibus mentes imbutas habent, in ipsa
etiam Vngaria tota, Oppida videre licet vicina la:
be infecta. Quo minus præstare possumus, vt vel
nostros homines sartos, tectos, ab ipsa peste conser:
uemus. In qua cogitatione etsi cura nrã omis con:
sumitur, tamen verum illud esse experimur: aliquid
mali propter vicinum malum. Quare iterum atq3
iterum rogamus Mtem vrãm vt pro virili sua
contendat et elaboret, ne qua mora longior congre:
gando Concilio interponatur. Rem fecerit Mtas
vrã, cum toti Reipcæ Chrianæ cumprimis vti:
lem, tum nobis vehementer gratam. Quin
& Deo nullam offerre possit M. vrã victimam
gratiorem, quâm si toto pectore in eam curam in:
cubuerit, vt ista religionis dissidia tollantur, atq3
vnitas Spûs inter omes in vinculo pacis conseruet:
tur. Sed ab imani Turcarum Tiranno quan:
tum Reip: Chrianæ discrimen imineat, non igno:
rat proculdubio Mtas vrã, cui non alia potest
dari lætitia maior, non aliud præberi spectaculum
iucundius, quâm si Principes Chrianos armis
inter se certantes, mutuaq3 cæde se conficientes
videant. hinc ei crescunt animi et in spem quan:
dam erigitur ea quæ Reip: Chrianæ crudelia
cogitat, minore negotio perficiendi. Quamob:
rem omnes, qui saluam esse Rempcam volu:
mus, onia facere debemus, vt spem hanc illius,
debilitare potius q̃ augere possimus. Et quom

ille ex odiis nris, dissidiis, bellis, præclaram sibi
dari occonem existimat ad rem contra nos geren=
dam, tanto maiore studio elaborand nobis est, ut
quæ illi res erigunt amos, nobis vero contrahunt,
quæ spem illius confirmant, nram extenuat, quæ
robur illi addunt, nras contra vires exhauriunt,
ea tollantur e Rep: nra Chriana, eijciantur &
exterminentur ex amis Chrianorum Principum
omnia odia dissensiones: inimicitiæ, et cum satis
diu armis certatum sit, certetur tandem aliquan
amore, beneuolentia charitateq Chriana, Ea
cura etsi omes Reges et Principes Christianos
attingit, propius tamen pertinet ad Mtem vram
quæ Principem inter omes locum obtinet, quæ etsi
magnam est ex eo laudem consecuta, q inimi=
citias suas Reip: donauit, non tamen satis iam
ea re officio ss suo functam existimare debet, nisi
cæteros quoq Principes Chrianos exemplo suo
ad omnes offensiones deponendas prouocet: Cum
itaq videat M. vra, inter Serm do: Christiernum Chrianorum
Danie Regem, et inter Illm Fridericum Comi=
tem Palatinum Rheni exitiale quoddam bellum
parari, inter quos quæ fuerant triennales Indu=
ciæ, iam prope exierunt. Proprium hoc est Mtis
vra officium iratos eorum amos conciliare, atq
eos inter se dissidentes, in grām, concordiam, &
amicitiam restituere. Quam curam et cogitatione
ut ne grauatim Mtas vra suscipiat maiorem in
modum petimus, Quod si perpetua inter eos pax
et concordia confici non potest, illud saltem
pugnet Mtas vra, ut Induciæ prorogentur,
Nam si unq antea, nunc certe contra communem

Christianj nominis hostem Syncretismo opus est, ut positis inter nos odiis, de propulsanda vi illius solliciti simus. Nullum esse potest munus Christiano Principi dignius. Et apud Deum gratiam inibit Maiestas vestra et apud homines laudem consequetur, et tum nobis gratum faciet, tum toti Reipublicae Christianae plurimum commodabit, quam diutissime sana et foelix valeat. Datum Cracoviae penultima Mensis Octobris Anno Domini M° D° XXX° IX° Regni vero nostri Anno XXX° III°

Legatio ad Caesarem Turcarum latine scripta domino Soboczki data 22ª Decembris anno 1539

SAlute dicta, agendae erunt Imperatori gratiae, quod tam clara dederit argumenta amoris et benivolentiae in nos suae quod nos tam longo à se locorum intervallo disiunctos gaudiorum suorum participes fecerit, Atque invitatos ad ea voluerit, Quod nisi nos vel ardua Regni nostri negotia vel itineris longinquitas, et anni tempus difficile, retardasset, fecissemus procul dubio, et quidem cupide ac libenter, ut aut nostra ipsi aut Serenissimi filii nostri praesentia epulas illius honestassemus. Sed quando licitum nobis ipsis non fuit, misisse nos nostri loco. F. tuam, ut gratularetur Maiestati eius de iis quae laeta ei et secunda acciderunt, Ac quo magis testatum omnibus faceremus amorem erga Maiestatem eius et benivolentiam nostram, voluisse nos

ei per F. tuam munus hoc nro nomine dari exi;
guum quidem, sed ex abundantia amoris, erga
M. eius nri profectum, Quo magis fore confidi;
mus vt id boni consulat atqȝ vt in ea amicitia
quam nobiscum habet constitutam perseueret,
atqȝ in hiis quæ sunt cauta foederibus perma:
neat, Quando quidem, et nos oïa semper facturi
sumus, quæ non modo ad retinendam, verum
etiam ad augendam et amplificandam eam quæ
nobis inita est cum Mte. eius necessitudinem per;
tinebunt, Cum hæc verba fecerit F. tua, dona
offeret, quo tempore magis ei videbitur opportunum.

Hijs rebus confectis muneribusqȝ oblatis grãs aget
F. tua Mti eius, ꝙ memor amicitiæ ac frñ amoris
erga se nri postulante id nro nomine Legato nro,
mandata dederit ad Caesarem Precopiensem, vt
ne nos ditionesqȝ nrãs bello prosequeretur, neue
excursionibus vllis vteretur, Quodqȝ ad eand
rônem edixerit præfectis arcium suarum quæ
sunt in confiniis Regni nri, vt suos in officio
continerent, neue permitterent eos in fines nros
incursare et aliquo homines nros detrimento
afficere, Quod si qui secus fecisset in eos exem;
pla seueritatis ederent, Quæ quidem oïa val:
de nobis grata acciderunt, Cumqȝ vicissim
à nobis postularat Mtis eius Legatus, vt nos
quoqȝ prouideremus ne nri homines, aliquid iniu;
riæ facerent, iis qui sunt illi subiecti, Quod si
nomen alicuius apud nos de iniuriis esset dela;
tum simili cum si conuictus esset animaduersione
vteremur, Quod quidem nos lubenti atqȝ alacri

animo facturos nos esse recepimus, Sanctèq́ꝫ & inviolabilr conabimur observare.

Cæterum quæ mandata dedit M^tas eius ad Cæsarem Precopiensem, ea an perlata ad eum sint dubitamus, Nam cum domi eum Nuncius M^tis eius non reperisset, persequutus non est, sed apud Præfectum quendam eius lrás reliquit, Quibus cum usum oportuerit, quoniam id in hunc usq́ꝫ diem factum non est, pertenui sumus spe eum mandata M^tis eius accepisse, Quamobrem petet F. tua ab illa M^te ut promissum velit demum, quo voluntati et mandato eius satisfiat, neue Tartharorum excursionibus et latrocinijs fines Regni nri sint infesti. Dicet præterea F. tua, q Præfecti Ucran M^tis eius non ea qua par est cura et diligentia suos continent, quominus excurrant in fines nros. Nam non ita pridem simul atq́ꝫ é Regno nro egressus est M^tis eius Nuncius Kijerdeij, terras nrás hostiliter ingressi sunt, magnaq́ꝫ damna intulerunt Turci Bijalogrodensem cum Tartharis coniuncti, inter quos cum captus Turcus unus, per F. tuam ad M^tem eius eum mittendum duximus, ut ex eo cognosceret de cuius consensu et voluntate excurssiones istæ factæ sunt,

Dicet etiam F. tua, q in hunc usq́ꝫ diem mandato M^tis eius paritum non est, neq́ꝫ deductæ sut oves de pascuis nris, Id quod petet F. tua nostris verbis, ut ista tandem aliquando transigantur et ad optatum exitum perducantur, ut ne præter voluntatem nram, prata nra depasci eisq́ꝫ liceat,

Nam Pastorum praetextu ultro citroque multa furta fiunt et latrocinia, quae minore negotio reprimi poterit, cum utraque pars extra fines suos non processerit.

Quod si hac in parte quaesitum fuerit de F. tua num administrata sit iustitia Mtis eius hominibus, ita ut per Legatum postulavit, administratam esse videbit, occiso enim Mercatore Turcico, quaecunque res eius recuperari poterant, eae sunt restitutae. De iis vero qui facinus hoc patraverunt, sumptum est capitis supplicium, Quin et investigari diligenter fecimus sicubi quae res adhuc laterent, ut eae repertae per Officiales nros asservarentur, et suo tempore ei cuius propriae sunt redderentur.

SEd et alterius Mercatoris Turcici, qui Vilnae mortuus, quaecunque reperta fuerunt ea sunt restituta, Item et duorum Mercatorum, qui Leopoli e vita excesserunt, res, merces que omnes Mtis eius Nuncio Kierdeij sunt data,

De omnibus ablatis res est per concordiam transacta, cui concordiae satis ut fiat cura nobis facturum est.

Qui nuper furta fecerunt quidam ad Oczakow eos investigari diligenter, Nondum reperti sunt sed ubi potestas eorum facta nobis fuerit, debitas suae temeritatis poenas persolvent,

Absolutis negotiis nostris in hanc sententiam, F. tua,

verba faciet, Quod visum est nobis in memoriam reducere Mti eius, Quod rediens Legatus nr, qui nro illam nomine per Ajassbascham rogauerat, vt eo quo ceperat fauore & beniuolenta Serm Do: Io: Regem Vngariæ filium nrum charissimum prosequi pergeret, hoc nobis responsum attulit, Mtas eius etsi offensa sit à Rege Ione, non detractare tamen, quin eum in gram suam recipiat, Si modo Rex ea qua par est rone in gram se à Mte eius recipi postulauerit, atque id quidem tempori, quod nobis responsum gratum accidit, cum Sermi Regis Ioa: filii nri causa omnia velimus, atque illi honestissime cupiamus, cui quod filiam nram collocauimus, hac vna re adducti sumus maxime, quod non minori eum esse gratia, apud M. eius persuasum habebamus, quàm qua fuit illo tempore cum rebus eius magno fuit præsidio Mtas eius, eumque lris suis sepe nobis cum magno studio comendauit. Cum itaque responsum hoc nobis gratum Nunctius nr attulisset, eum ipsum, vt primum rediit ad Serm do: Jo: Regem, misimus, vt ipse quæ audisset illi referret, Js enim plurimi faciat, fauorem et gratiam M. eius atque omni honesta ratione conciliatam illam cupiat pro virili sua, Significauit nobis se Legatum suum mittere, qui constituat rones suas atque hoc agat Mtis eius vt gram illi reconciliet, atque vna nos quoque petiit, vt intercederemus pro eo, apud M. eius, vt Nunctium ipsius benigne accipiat et eorum quæ petierit compotem faciat, Nos quibus & olim cum Rege Vngariæ constituta fuit necessitudo, cum sororem eius in matrimonium accepissemus, et nunc ea magis est aucta et confirmata, postquam

filiam illi nram collocauimus, in quam suauissime sumus effusi, nihil optandum nobis magis existimamus, quam vt Generum nrm ita vt antea gra florentem apud M. eius videre possimus, atqz pace in Regno suo et tranquillitate fruentem, Itaqz studium hac in re atqz operam nram proli: xi illi promisimus, Quo magis ex animo petimus Mtem eius, vt eum gra sua prosequatur, neqz pristina erga illum voluntatem suam immutet, Nihil nob hoc tempore Mtas eius facere possit gratius

Si postulabitur à F. tua vt prus adsit cum Regis Joannis Orator, legationem suam exponet, dicet licet non facta sit à nobis certior an ei adesse liceat, Quod vsum fore F. tua non putabat, atqz ideo quæ est voluntas ea de re nra percontata non est, tamen si ita visum sit Mti eius quando quidem sciat F. tua magnam ei nobiscum amicitiam intercedere, nō recuset quominus Legationi intersit.

Quod si quid quærere velint ex F. tua, presente Nunctio Regis Vngariæ, quod coram illo dicere tutum non esset: deliberationis se dicet indigere, ac deinde absente id qd dignum videbitur respondebit.

Non aliud erit Officium F. tuæ, quam vt Regem Joanem apud M. eius in gra ponat, præterea nro nomine neqz aget, neqz respondebit quicquam. Quicquid aut quæsitum, aut postulatum à F. tua fuerit, siue per M. eius, siue per Bassas, siue per Legatum Regis Vngariæ de quo mandatum nostrum non habeat F. tua, honeste se excusabit.

paucis verbis, ut ne sit disputationi locus, neque se quicquam in mandatis habere dicet. Quod vero mandatum est a nobis F.ti tuae de gratia reconcilianda id quoties usus erit, vel potius quoties volet Orator Regis Ungariae F. tua, vel coram M.te eius vel coram Basschis oportuno tempore.

Quod si prius ibi aderit Palatinus Syradien., ne quid cum eo F. tua commune habeat, Quod quidem ad Legationem attinet. licebit tamen audire si quid ipse enunciet, Sed consilio tamen illius F. tua nulla in re utatur, Quandoquidem ille nullum habet a nobis mandatum, et praeter scientiam voluntatemque nostram istuc est profectus. Quod F.tas tua significare poterit si quid de ea re quaesitum fuerit.

Cum venerit F. tua ad Voiwodam Valachiae explorabit qui sit status terrae illius, quod si ita ut nobis nuper est renunciatum offendit aliqua re M.tem eius, rogabis eam nostro nomine, ut eum gratia sua prosequatur, atque ut quae terrae pars adempta ei est, eam certa pecunia redimi patiatur, ita ut ei cum M.tate eius convenerit, Quod si non dabitur facultas ea de re apud ipsum Caesarem verba faciendi cum Basschis F. tua aget, quibus nos bene velle significabit Voiewodae, sed quoad id bona cum gratia Caesaris fieri possit, quam sine ulla offensione retentam ante omnia cupimus.

De Bacro deque reliqua Terra Ser.mae coniugis nostrae, dicet F. tua M.ti Caesareae, quod et si per Nunctium nostrum literas nobis miserit, quibus



prospectum esset securitati terre illius, neque ullum
à M.tis eius exercitu periculum impenderet, quoniam
tamen iam olim date sunt ee litterae veremur ut satis
sint ponderis habiture. Quamobrem petit f. tua
ut M.tas eius demo prospectum velit earum terrarum
securitati, ne quid detrimenti accipiant.

Littere Caesaris thurcarum quas Soboczki
orator ab eo attulit

IAM Pan Vielki Soltan Suleyman z Bozei la-
ski, Pisschemi Panem vielkiemu miedzi Crzescianski-
mi Pany, ~~W Moiseschowey~~ o Mesiassowey vierze Panem Staremu y
madremu y bogatemu, Osnaimnyiem vam ktorego
czassu nasch list do vas przyidzie, abiscie viedzieli o tim,
ktoregoscie do naschego vielkiego Dworu swego
viernego Slugie Soboczkiego do nas wposselstwie poslali,
y pissaliscie tak do nas. Czo ten vas Possel przed
vami iakie posselstwo spravi od nas, abiscie mu
vierzili, isch spravil posselstwo od vas do nas,
a misme mu vierzili a barso dobrze vedlug na-
schey przyiasni. Pissaliscie zatim do nas o Czarza
Tatharskiego Sahebkyerzgia, ysch bi iego poddani
mieli do vaschey Ziemie przyiachacz, i vaschim
poddanim skodie mieliaby vczinicz, y Bialogrodz-
kiego Sandziaka tesch ktorzi pod iego moczą ssą
ysch bi tesch mieli spiknawschy schie wespolek przia-
chacz do vaschego Panistwa, Kielkiem vaschim
wsschiem szkodie poczinili, vaschich poddanich nie-
ktorich pobili, a niektore tesch wnieuolie pobrali
y ych wsschitkie maietnosci y bidlo przeiachaw-
schi przes Niestr, A niektorim vaschim poddanim
owcze pobrali, nam to iest niebarso miela rzecz
yesly ze schie tak stalo, ysch tak barso vielkie
zkodie przes naschego viedzenia vczinili, Nam tego

barso zaul, wßakze dla vaschei dawni przijasni pissalismi do Czarza Tatharskie^o, ijesli bi ktori vasch taki wijezini bel, abi vam wroczono ij ßkode wzitke vaschim poddanim oprauiono, A potim. zzdalisziu nas o Krola Vegierskie^o o Jamscha, czo schie tknie ote rzeczi ij dla vaschei dawni przijasni wschitkom to uczinil, ij pissalim tesch do vas tak abisziu viedziuli, ijsch to pewna rzecz ktorasmi kn vam przizekli ij naczi schie to minaidzie abiszie tak viedziuli. A wschakze possla Soboczkie^o poslalismi do vas stim listem vieszeszin wesdrowijn abisziu tak viedziuli. Dats Wandmopoln :—

Miedzi Crzesczianskimi Pani, Pana vielkiego Wmoizeschovi vierze Pana Stare^o ij mandrego ij bogate^o Polski ziemie Krola, Siin August Sigmunt, vam osnaimuiemi ktore^o gassn nas list do vas przidzie abisziu viedziuli, Wmoizeschovi vierze, vasch Oczecz do naschego vielkie^o Dworu ktore^o Possla poslal, przitim Poslie viszie tesch domnie list poslali ossobni zaliezaiacz Oijcza swe^o naprzod i sami schiebie okazovalisziu naprzeziwko nam, Jam dla vasche^o Oijcza przijasni dawnij, swami tesch takiesch chcze przijacielem bicz ijako ij zwaschim Oiczem iesli sami bendziesziu chcziecz wtei ze przijasni przijaczielskiej list pissalismi do vas ij przes vasche^o Possla smi przisslali abisziu tak viedzeli

Dats ijako wischei :—

Responsum quod Soboczki à turca attulit

O Krola Jana tak povied ziano

A iaschbascha bel czloviek prentki à gniewlivy ,
à gdi schie rozgnieval tedi to moviel czo mu zlina
do vst przinosla . Cessarz nigdi schie niegnieval
na Jana Krola ani schie gniewa y owschem chze
bicz nam laskaw, yeno schie tesch on niechai za;
chowiva tak iako nam przischluszi , à gdi Poszel
ieo przyiedzie chczemi smim snadnie vgodzicz y wschit:
ko przyiasliwie nalozicz .

BASSCHOVIE

PAnie Possle, Cessarz schyie na Krola Jana
niegniewa, ale on ma wiedziecz iako povinien
Cessarzovi, bi ale Possla poslal, teraz vasch Pan
trzecieo Possla sle, à to vasch Pan Cessarzovi
nicz niepovinien ieno yssch mu iest prziacielem ,
Krol Franczuski poslal Possla na vessele Kroli;
za wprawdzie ale wszedy poslal , ktori schie tesch
prziacielem poczita Cessarzovi, à tesch go slal pro;
szicz Cessarz , Krol Ferdinand, to iest nieprzia;
ciel Cessarski tego Cessarz nieprosziel, nieviem
iako schie dowiedzial otim Vesselu przislal voie;
vodzicza vaschego , ieo Possla yssze nimasch, ale

bi yeno possel przyachal, sudnie wssitko postano:
viem, vslissawschi zo bendzie poviedal, a yako
schie bendzie chzial przeziwko Cessarzovi zacho:
vacz, Ale poslal Gomza i tu bel, o poviada:
iącz Possla vielkiego, y mial przyachatz, a
vßdi yeo niemasch, ale snacz moze bicz iesze.
Jam poviedzial isch tak ku Panu memu wsska:
zal, ysch ma poslacz Possla ku rozmowieniu
y postanovieniu rzeczi svogich do Cessarza
ieo mczi. —

Rosthumbascha

Cessarz dal mu svoy [oziwar] ziemie, ktore wzial
s swe Schable, mogl zi bi tego bicz wdzieczien,
Jam mu pissal abi Posla poslal, a moglli bi abi
sam przyachala, yesli iaki niedostatek nani, to dibi
przislala, omovielbi niemam, A poslabi zo kol:
niek zo bi mial, Cessarz to sam moviel, kiedis:
mi vmislnie przed Cessarzem smianke onim
zinili isch Possłow niescie, przes przizini to nie:
iest, Cessarz mowiel, muschi abo niedostatek nani
bicz, albo niesmie przed zadami, abo wsdi ya:
ka przizina temu iest, ia temu nievierze abi
on zapamietal dobrodziestwa mego. Ale Ces:
sarz dal bi mu abi schie zapomogl wskarbi
v voisko, a snacz bi wtem iedna godzina prze:
schla isch bi to zaschluzel Czessarzovi —

Hoc dixi Regie Mti Secrete, Quecum
Lutbascha locutus sum.
Potkalem Slußebniki Pana Laskiego, ktory

mi powiedzieli ijsch ten Goniecz Krolia vangierskie° nielaskamie odpravion, przeto ijsch tu mial skarßicz na Pana ijeh, à ijsch miano ijemu powiedziecz ijsch Cessarz vijeczij vijeczi Laskiego slimie nisch kroli; vi Janowi, a tak iesli to doslo Krola Jana, ijakoß podobno doßlo: kiedi mnie doßlo: zo mi do tego mnij: tedi owa weßijel zo inniego przed ßije', abo Possel mie smial iachacz iestli go tesch to doßlo aß bi te rzecz na Pana swego wlozil Bascha powiedzial to niebelo: onij to ku swoij rzeczi moviją: kazdi za svim: Prawda ijsch on nie; ktorie rzeczij chzial iednacz: ij o Krola Jana powiedzial ijß schije' spissali tam iakosch po smiercz: zij: a ijsch sobie ßie' spissali ijeden drugiego mied strepicz: a tesch mi mu powiedzieli ijednaij tij svie rzeczi, a Krolevi Janovi daij pokoi: ten iest poddanii nasch: wßak viezie pani Po: sslie, bi dwa brazia na iedno iablko trafili kaßdij bi ie sobie volal: takiesch oni moviją za svim iako kto sobie: tak tesch ij swemu zieczij, ale to nieiest nigdi moviono od nas.

O Czarza Przecopskiego

Na moie Posselstwo, ustnie Cessarz sam powie: dzial, Opatrzemi to.

Ludwi Bascha Powiedzial: Do

Czarza Przecopskiego: Cessarz Posslie, abi ßije' zachowinal przezinie Krolevi ie° Mczij: tak iako mi ßije' zachovivanii, pod laską Cessarską. à ~~for~~ srodze iemu Cessarz roskaze.

O Polia

Mialem vieliki spor zBasschami, vivodząc to bie pola Krola ie° Mci: podle nauki ktorą mial od pana Haffliszkiego Starosti, na ostatek natim sta; nelo, ij povedzieli, isseh Cessarz poslie tam nate Pola iedno°. Krol ie° Mcz. niechai drugiego poslie ktori bi tam te mieiscza vkazal, à tam abo spendzą insz Owce, abo wszak to iest przijaczielska, ijesli ze sziej niemogą obiscz bes tich tam paschi poddani Cessarscij, niechai bi davali Krolevie ie° Mci, ta; kową dani, iaką Cessarzovi davaiją, à gdi ten vijedzie od Cesarza da znacz Krolevi ie° Mci abi tich swe° visslal

O Tatari Biialogroczskie

Ktorzi ziemi skodé wzemiach krola ie° Mci possli Cessarz Kirdcia, ij Czawssa zdworu swe° a rozkaże ie tak zkaracz, ijsch to iawno każde; nim bendzie, ij Krolevi ie° Mci, ij tim ktorzi ijm tego pomagaią: abo dopuszczaiją

O Sandziaka Tchinskiego

O rosprawé ktorą mial Spretwiczem, etc. Rzekl Basscha ij tego szijé tam dovidzą, a tich insch slisscz ze ijusch iest skaran

O most pres Niestr

Most nieiest rzecz virgna, bel Most ale nieiest ani bendzie: ij to niebel Most, ale lawki beli czo brali

kamienie ponich chodzycz na budowanie zamku
à zo to za sskoda K. ie Mci isch Camienie brano.
Krol ie M. takze moze wzijcz ziemie Cessarski
bisz zkody iego, ij poddanich iego

O Bar

Dani sie listi, i przinioslem ie takove, iakiem mial
w wroskazaniu od Crola ie Mci. ij Barbarossie
Za przipominaniem Jamssbekovim miano roska:
zacz pilnie abi Ludzie ie niezinili zkod s Morza
tam tim Panistwam Krolevi iej Mci

Vijessnie Więźnie

Ktorzi beli nalezieni poddani Krolewscij, ktore
Tatarovie Bialogrodschi: przinioslem list Cessar:
skij abi beli volnie puszczeni gdzie bi beli ktorzi
nalessieni: A ten list ma na potim bicz na kto:
rim Zamku pogranicznim Krola ie Mci, isch
gdzie bi ssije potim kto dovie dzial, o svim podda:
nim abo povinovatim wturcech, stim listem ma
jedz, a wssiecz svego, a kazdij ma bicz wolno pu:
sczon:

O Fabianka Cursora Krol: ie Mci

Przinioslem list Cessarskij, Krolevi ie Mci
sktorim gdzie bi kolwie bel nalession, ma bicz vol:
nie pusczon, à ten list zroskazania Krola ie
Mci, Dalem pann Zupnikovi

O Voievode valaskiego

Niciem niemovil, bo mie bel prossil voievo:
da valaski, ijsz ijesli bi mie ssukal vtim imie:
niem iego, iego sin Alexander, ij Hethman

iro Mihal, abich moviel iesli bi mie wtim nieschu-
kali, abich dal pokoi, o tosch gdim bel na Dworze
Cessarskim, tedi mi nicz nie movil, Jam tesch
vrzedzi iro nicz nie movil

O Kxiedza Belskieo

Nie moglem sziee nicz dovidziecz czo tam sprawo-
val gdi bel na Dworze Cessarskim, vmislniem
ziniel znianke onim s Basschami, ij Sijanus-
bekem ale go zadni niesna à ni pamieta

Thomas Sobozki mam
sna, ssbr.

Sigismundus primus Rex Polonie
Suleimani Coesari Thurcarum

Rediens à Mte vrá Legatus nr, grata nobis oia
retulit, Quo nomie Mti vrá grás agimus, qd po-
stulationi vrarum tantam rationem habuerit,
Coeterum illud Mtem vrám celare nolumus
quae promissa per illá sunt Legato nró: ea nondu
praestita esse, Nam neqz ad loca, vbi greges pa-
scuntur praeter voluntatem vrám quisqz venit
à Mte ~~eius~~ neqz captiui nobis sunt restituti, Cuius
rei causam ex interprete hoc nró Mtás vrá
cognoscet, à qua petimus quae semel est pollicita
vt id primo quoqz tempore confectum dare velit.
Rem nobis gratam et omi officio nró compesandu
factura Vilnae, xa Iuli Anno domi MDXLo.

Legatio ad regem Ioannem Vngarie data
Mco domino Petro Kmita de Visnice
Palatino et Capitaneo Crac regni Po:
lonie Marshalco vltima Decembris
1539

SAcra Mtas Regia, domine, domine clementissime,
Sermi domi, Sigismundus primus: et Secundus: pr
et filius Poloniae Reges atque vna Serma Regina
Bona domi mei clementissimi: mandare mihi dignati
sunt, vt Sacram Mtem vram quam officiosissime
salutarem: atque ea omnia Mtem [illegible] verbis
meis deferrem, quae a Parentibus indulgentis:
simis filio dulcissimo deferri par est, pacem
praecipue: tranquillitatem: regnique omnium summam
prosperitatem precarer, Quae quidem omnia ita vt
in mandatis habeo Sermorum Principum et domi:
norum meorum nomine Sacrae Mti vrae ex animo
precor et opto vt quam longissimo tempore salua
et incolumis in pace et tranquillitate Regnum hoc
suum moderetur.

Cum multi sint vltro citroque Legati missi, cum a
Sacra Mte vra ad Sermos Principes meos: tum
a Sermis Principibus meis ad Mtem vram, vt
tandem aliquando ea perficerent, quae diu multumque
de Dote et contra dote sunt agitata, Quemadmodum
caveri de his Sermae coniugi Mtis vrae possit
atque in longitudinem prospici, nescio quo fato
euenit, vt in hunc vsque diem nihil sit ea de re

certi constitutum quod vtriusque partis iudicio ac
voluntate probaretur, Itaque memores paterni fraternique
officii sui Serenissimi Principes mei, atque ex animo pro:
uisum iri cupientes alter filiae charissimae, alter
Sororis dulcissimae Maiestatis vestrae coniugis Serenissimae
rationibus atque istud vna secum perpendentes: quam
incertae res sint humanae adeo, vt ne crastinum
quidem sibi quisque polliceri queat: cum nemo: quid
serus vesper vehat scire possit, mihi huius muneris
prouinciam hanc imposuerint, de rebus his cum
Maiestate vestra conferendi, et certi tandem aliquid
statuendi, neque nisi confectis rebus hinc me di:
scedere iusserunt, Quando enim annus iam pro:
pe vnus intercessit, cum negotium hoc inter
Serenissimos Principes meos et Maiestatem vestram agitari
coeptum est. Cupiunt Serenissimi Principes mei, vt
ne qua mora longior afferatur, Sed primo quoque tempore
manus extrema rebus his imponatur, Sed ea
de re dissaeram vberius cum tempus mihi commo:
dum per Maiestatem vestram fuerit constitutum.

Secreta Legatio

Nemini dubium est: quanti Maiestatem vestram semper
fecerit Serenissimus Princeps et dominus meus, qui
cum Sororem prius eius in matrimonium accepisset,
simul vt intellexit Sacram Maiestatem vestram ad
Serenissimam filiam suam, animum adiecisse, atque
eam vxorem sibi dari voluisse, etsi non igno:
rabat, qui esset Regni Vngariae status, quod non
modo vnius imperio non subesset, verum etiam

in lubrico versaretur, atq́ in maximum periculū et extremum pene discrimen adductum esset, tantum tamen indulsit amori erga Mtem vram suo, vt oblitus incomōdorum et periculorum omnium, id quod habuit in terris pignus charissimū, filiam suam dulcissimam Mti vrā, lubenti atq́ alacri animo tradiderit,

Quo quidem tempore, qua pacta intercesserint: inter Serenorum duorum meorum et vrām Mtem siue Legatos potius à Mte vrā missos tenet procul dubio memoria sacra M. vrā.

Ac erat constitutum tempus quo praestari pacta oporteret id iam pridem praeteriit, et quidē prope duplicatum. Neq́ dum tamen eorum quā pacta sunt quidquam apparet, habet Mtas vrā quod tota mente petiuit, habet in mrimonio magni Regis filiam, quā non maiorum magis quām suis ipsa virtutibus clara est et conspicua haud facile vt quisq́ statuere possit, quid in ea comēdet potissimū eximiū ne oris decorem, at grām quandam, et venustatem singularem, et prudentiam admirabilem, an modestiam incredibilem, an summam pietatem, totiusq́ vitae integritatem, At illa et talis ipsa, et talibus prognata, et tali ac tanto Regi annum iam prope vertentem coniūcta, non habet adhuc vbi pedem in suo ponat, non habet vbi quod Deus quām diutissime prohibeat, si quid humanitus acidat dotem suam et contra dotem repetere possit.

Misit M. vra Legatum suum, eum qui nunc latere illius assidet Rxmum dom. Franciscum de frangipanibus, Archiepm Colocensem et Episcopum agriensem, qui et moram excusaret, causa in eas angustias et difficultates collata, quibus nunc Vngaria Regnum premittur et pacta quaedam ex parte mutari postularet, quod essent in his quaedam quae salua dignitate sua Mtas vra facere non posset.

Intelligebant Sermi Principes et domini nri moram causam istam, non fuisse pericula ista et difficultates Regni huius, cuius durior etiam fuit conditio, quo tempore facta est obligatio, quod multo tum maiores ei metus impendere videbantur. Jam enim ver appetebat, quod bellis gerendis maxime est idoneum, iam ingens Turcarum exercitus aduentare in Valachiam dicebatur, et non mediocres terrores iaciebant, qui extrema aestate, quo tempore praestari pacta oportebat, quasi sopiti omnes fuerunt, Quid itaque impedire potuit, quominus quae difficiliori tempore sunt promissa, ea minus difficili praestarentur, aut quid attinebat tum promittere, si quid postea praestare non posse videbatur.

Quamuis autem intelligerent, haec Sermi domini nri, quamuis nullam iustam causam viderent, quamobrem his quae pacta fuerunt mora aliquid esset adferendum, pro eo tamen quanti faciunt Mtem vram, tulerunt moderate excusationem, qua Legatus Mtis vrae usus est, libenter

acceperunt, culpam condonaverunt, pœnis quibus tene-
batur Mtas vrá liberaverunt.

Ac expectabant Serenissimi Principes et domini mei
vt post excusatam tarditatem, tandem aliquando
fieret aliqd et ad optatum res exitum perduceretur,
Cæterum autem disputare de pactis quam præstare pacta
visum est potius: durior esse dicebatur obligatio, qua-
re nonihil remitti postulatum est, et dignitatis Mtis
vrǽ rationem haberi. Concedamus hoc esse aliquid
in obligatione scriptum durius: Atqui alienum nunc
tempus est ea de re disputandi: tunc id facere licebat,
cum scriberetur obligatio, tunc omnia diligenter ex-
pensa oportuit, tunc adimi quedam, circumduci, mu-
tari, fas erat, Postquam vero semel scripta est oblig°:
per Oratores M. vrǽ approbata, qui fidem suam inter-
posuerunt, Iusiurandum dederunt Mtem vrám aliter nō
facturam: non iam disputandi: sed promissa faciendi
tempus est.

Sed quid tandem est, quod adeo durum visum fuit,
& Mte vrá indignum? Data fuit optio M. vrá,
Legatis, vtrum vellent eligendi: an vt certa bona
quæ iudicio suo Sermi Principes mei probavissent, do-
tis et contradotis nomine Sermǽ coniugi suæ, de con-
sensu et voluntate Cæsareæ et Romanorum R. Mts
obligaret, an tuto potius aliquo in loco Septuaginta
aureorum millia deponeret, quo sic eiusdem Sermæ
Reginæ rebus satis esse prospectum videri posset.
Legati vtrumq3 scribi maluerunt, vt Mti vrǽ inte-
grum esset vtrum vellet eligere: alterutrum autem
eam facturam, cum personam vræ Mtis sustinerent

fidem, illius loco, suam obstrinxerint, nunc vtraq; conditio tanq; dura repudiatur, At quam tandem ob causam? q non sit persona dignitatisq; Regie, aut ab alio Rege consensum petere, aut perinde ac si nihil re: rum imobilium possideat, numeratam pecuniam deponere? At qui multo est istud durius in eam su: spitionem à vrā Mtē vocari, cum Sermos dominos meos, tum eos etiam quos misit Mtās vrā Lega: tos, quasi aut illi postulare, aut hii concedere aliquid in animum induxerint, in quo labefactari dignitas Mtīs vrā posset, quod quidem ab vtrorumq; natura videtur esse alienissimum

Nam et Sermorum dominorum meorum amor, et benevo: lentia erga Mtēm vrām, testatior est omnibus q̄ vt ambigi de eo possit, qui si vel minima ex parte perspicere potuissent, postulandis hiis, quae praemissa sunt violari dignitatem Mtīs vrā, nunq; ad ea po: stulanda adduci potuissent, cum alterum se esse Mtēm vrām, neq; separatim ei quidq; à se accidere posse persuasum habeant, atq; illius iniuriam, suam iniu: riam: illius indignitatem, suam esse indignitatem interpretentur. Et quos misit ad eam rem Legatos Mtās vrā, eorum spectata magis est et probata fides erga Mtēm vrām, integritas, prudentia, et rerum vsus, quam vt vlli de eis suspitioni locus esse posset. quod aut im̄prudentia peccaverint, aut consulto cogita: toq; ad ea voluntatem suam aggregaverint, quae praeter decorem, praeterq; dignitatem essent Mtīs vrā, Verum vt Sermi Principes mei, ita et Legati Mtīs vrā, facile perspiciebant nihil esse in obligatione ista quod vel minima cum indignitate Mtīs vrā sit

coniunctum,

Quod si deduci non potest de eo vra Mtas, quin lesam existimet dignitatem suam, eo quod in lrés Contractus scriptum est, vt voluntas et consensus Imperatoriæ et Romanorum Regiæ Mtum requiratur, ita existimare debet, Mtas vrá, non tum eam lesam esse cum ista scriberentur, sed tum potius, cum eas pacis conditiones quæ perscriptæ sunt, quas qz seruari iam necesse est Mtas vrá susciperet. Quæ si no putat aliquid de dignitate sua detractum esse, quo tempore Regnum Vngariæ, cum Sermo dnó Ro: Rege partita est, quo tempore capita ista siue articulos confoederationis, secundum quos obligatio ista facta est approbauit, nihil est quod sibi persuadeat nunc eam demum violari .

Quod si ipsa Caesarea Mtas, aut Sermus fr eius eisdē se conditionibus Mti vrá obligassent, et Sermi domini mei cum altro eorum eiusdem modi postea contractum fecissent, ipsi vero minime dubitassent, ab alter vtro eorum postulare, vt consensum Mtis vrá requireret, atqz ita sibi persuadent, de vtraqz Mte, quod nihil ea re contra dignitatem suam fieri existimaturæ essent .

Sed si vsqz adeo indignum hoc videtur Mti vrá, vt ad obliganda bona consensum postulet Sermorum frum, quodquidem cur indignum videri debeat, neqz Sermi Principes mei, neqz Oratores Mtis vrá, viri prudentes, et non mediocri magnarum rerum vsu praediti, perspicere potuerunt: Sed si ita vrá Mti videtur, an non licet ad alteram condicionem accedere, vt pecunia numerata tuto

aliquo in loco deponatur? Verum et hoc alienum esse à Mtis vrā dignitate putatur, q̄ præsens pecunia, ab hiis demum deponi consueuerit, qui certas posse: ssiones nullas habent, qua ignominia asperge: Mtem vrām æquum non sit. Quasi verò nouum hoc et inusitatum, et non sepe ab aliis magnis Re: gibus factitatum postuletur. Non est necesse, aut plures commemorare, aut abire longius: Maximilia: nus Imperator nomē longe latèq̄ multis Regnis, prouinciis, Ciuitatibus imperabat, et tamen cum ipm quāmuis Imperatoria dignitate fungeretur, simili tamen in causa Trecenta aureorum Millia cer: to in loco deposuiße in confeßo est,

Quare non vident Sermi Principes et domini mei, quamobrem ea duriora cuiquām videri debeant, de quibus inter eos, et Mtis vrā Oratores cōuenit,

Quod si queri liceret, multo iustiorem querendi causam habituri essent Serenissimi Principes domi: mei, quod tanto studio ab eorum Mtibus conten: ditur, vt priore contractu, mutato, ad nouas pactiones veniant. Quod dum ab eorum Mtibus postulatur. quid aliud postulatur, quām vt illi se parentes esse Sermæ filiæ suæ; Adolescens verò Rex frēm esse sororis suæ dulcissimæ obliuiscatur, vt ne paterna fraterq̄ cura et sollicitudine rōmbus illius prospiciant, Quemadmodum in tanto colloca: ri possint. Quæ res, quām digna sit Mtibus eorum, vrā Mtis iudicium faciunt.

Propositæ quidem sunt, per Legatum vrā Mtis

Arces quędam, sed cum earum nonnullę alieni
Iuris sint, quędam alijs obligatę, alię in hijs locis
sitę, vbi Turcarum semper infesti sunt Latroci:
nijs, vt periculum sit, ne, quod Deus omen auertat,
in eorum quandoque potestatem perueniant, Non
satis tutum est, eas Arces dotis et contradotis no:
mine Sermę coniugi Vrę Mtis obligari .

Sed si quę fuerint alię liberę, nemini obligatę, et
tutioribus in locis sitę, eas non renuerint Sermi Prin:
cipes mei, modo, vt ea lege Sermę Reginę obligen:
tur, vt fructus ex eis ipsa percipiat sumptus verò
ad eas propugnandas Vrā Mtās faciat .

Et quando tantopere id cupere vident Mtem. Vram.
vt magis testentur studium erga illam suum liberant
Mtem. Vrām. molestia petendi consensus, à Sermo
do: Romanorum Rege, dummodo Arces hę, quę
sunt obligandę, absque hoc ipso consensu, tuto obliga:
ri queant .

Id nisi sit veniam sibi dari petunt Sermi domini
mei, si pro eo vt parentes, et fratrem facere opor:
tet, Sermę filię rationes in tuto collocare cupiunt,
atque magnopere postulant à Mte Vrā, vt prioribus
pactis maneat, et quo exemplo scriptę sunt lrę Sermi
domini mei, eodem exemplo scriptas lrās, quas reuer:
sales vocant, mihi dari iubeat ad Mtes duorum
meorum perferendas. Dies quin adscribatur lon:
gior causam non dicunt Sermi Principes mei,
dummodo ante ipsorum, in Lithuaniam profectionem
rebus ijs omnibus extrema manus imponatur.

Quod si tantopere sollicita est Mtas vra, ne qua in re dignitas illius violetur, illud secum diligenter expendat, quod non alia re violari possit magis, quam si palam istud factum sit, quod pacta servare, quod fidem semel datam liberare recuset, in sermonem hominum, magnamque vituperationem ventura esset, Mtas vra, et secus de se multis existimandi locum datura

Jam verò quæ solent esse alia malorum semina? unde inimicitiæ? unde bella proficiscuntur? nisi dum Conventis non statur? nullam hostibus dare letitiam maiorem, nullum amicis inurere posset Mtas. vra. dolorem acerbiorem. Quare nō dubitet Mtas vra primo quoque tempore finem his rebus optatum imponere, Serenissimique Coniugis suæ rationes ita stabiliat, ut quantum humano consilio provideri potest, in tuto collocatæ videri queant.

Meminerit illam unum corpus, unum esse animum, cum Mte vra: sibi cavebit, dum illi cavebit. Suis rationibus prospiciet, dum illius rationibus prospiciet, omnia cum illa sit cum Mte vra communia semper habitura.

Cæterum quo celerius et diligentius id erit à Mte vra curatum, hoc magis illi pertinebit non modo, non modo ad retinendam verum etiam ad augendam et amplificandam non animorum minus, quam sanguinis arctissimam coniunctionem, quæ cum Mte vra Serenissimis dominis meis intercedit, Quorum senioris ingravescens ætas, cum in Serenissimi

filiae huius sua amore conquiescat, non alia, quam
haec de stabiliendis rebus eius cura magis an=
gitur, qua si praesentem Maiestas vestra liberaverit, magna
pietatis laudem consequetur.

De Petro Voivoda, qui ex terris a ditione sua
profugit, et nunc apud Maiestatem vestram exulat, ita
prius erat, per Maiestatis vestrae Legatum Serenissimo domino
meo renunciatum, quod iam statutum habuerit cum
animo suo ac deliberatum Maiestas vestra, eum ad
Caesarem mittere, imo sub id tempus fortasse iam
miserit, Itaque supervacaneum visum est Serenissimo
domino meo post actam rem consilium dare. Sed cum
acceperit postea integra adhuc de eo esse omnia anceps
et perdifficilis ei visa est esse haec deliberatio.
Nam neque quemadmodum dimitti, neque quemadmodum
retineri possit sine periculo prospicit. Et quo magis
mores hominis habet exploratos, hoc magis di=
strahitur in deliberando animus eius. Scit
illum vafro quodam veteratorio et malicioso
esse ingenio, qui si dimissus sit, facturus procul
dubio non sit, sed aut Maiestati vestrae, aut Serenissimi do=
mini mei Regno pericula creaturus.

Sin aut contra Caesaris voluntatem, retentus
sit, futurum prospicit, ut eum sibi Maiestas vestra
inimicum capiat, et quibus de causis nunc ad
eum Legatum suum misit, ea minime obtineri
queant, Quin periculum potius sit, ne ille irri=
tatus Regnum Maiestatis vestrae grandi aliquo mactet
infortunio.

Sed in duobus malis, cum fugiendum maius sit, leuius est eligendum, utrum itaq́ʒ ex duobus hiis malis leuius esse intelligit Mtas. vra. id eligat licet, Quod si verò æque magnum vtrumq́ʒ malu est, neq́ʒ satis extat vtrum sit minus existimandum, tum tercium aliquid inveniri oportet, quod solent in consimili casu Principes, cum Regni et populorum incolumitatem vnius alicuius saluti anteponendam esse censent.

Quod verò postulauit à Sermo domino meo M. vra, vt illam per Legatum suum quem in Turciã mittit apud Cæsarem in gratia ponere conaretur, Id illi pro eo, vt esse debuit, curæ fuit, deditq́ʒ ea de re mandata Legato suo, vt quoad posset absq́ʒ cuiusquam incomodo M. vram comendaret, ac summum in reconciliãnda illi Cæsaris voluntatem studium collocaret.

Bona spes tenet animum Sermi domi mei fore, vt ad æquitatem Cæsar delabatur, seq́ʒ Mti vræ præstet placabilem, atq́ʒ omnem ex animo suo, offensionem deponat.

Ad Sermum quoq́ʒ Romanorum :Regem: Legatum suum misit Mtas domini mei, qui quas attulit causas Orator Mtis vræ, quamobrem in hunc usq́ʒ diem pax promulgata non sit, eas Mti illius exponeret atq́ʒ ea oĩa diceret, quæ ad pacem, concordiam et amicitiam inter vram et illius Mtem conci=liandam vel retinendam potius et stabiliendam apta essent et accomodata.

ei Legato suo, dedit etiam negotium vt hortetur,
Mtem illius Serma, quo suos in officio contineret, ne;
ne pateretur homines vrae Mtis iniuriis affici, neue
vllam daret rescindendae concordiae huius occonem

Qua quidem ipsa de re, vram quoqz Mtem per me
voluit admoneri, quo et ipsa suos pari ratione con;
tineat, omniqz cura prouideat, ne qua scintilla, culpa
illius oriatur, quae maius postea excitet incendium,
quam quod facile restingui posset, vtqz capita, seu
potius articulos confoederationis diligenter obseruet,
neqz promulgare pacem recuset, cum se idqz absqz
suo, Regniqz sui periculo facere posse existimauerat.
Nam si inter priuatos, multo magis inter Reges et Prin;
cipes pacta seruari opportet, Inter quos nisi vltro ci;
troqz promissa quae sunt ea suo tempore appareant,
magna solet existere rerum omnium perturbatio.

Quod attinet ad Hieronimum Laski. Palatinum
Siradien facit Mtas vra pro eo vt facere par est
Regem ex animo amicum, quod Serm do: meum ista
suspicione liberat. Certum enim est quod preter scien;
tiam et contra voluntatem illius profectus sit.

Hoc ipsum persuadere sibi potest Mtas vra, de Mco
do: Joanne Comite a Tarnow Castellano Crac,
quod et ipse de hac sit profectione celatus. Nam quae est
viri illius integritas, si id sciisset, proculdubio omnia
vt ne do: a Lasko prouinciam hanc susciperet,
atqz eum obstricte Mti vrae fidei admonuisset.

Sermo domino meo, facimus hoc illius tam an;

dax minime probatur, vel potius displicet maxime.
Id quod tum declarabit cum ille redierit, Et quom
ex corpore Regni est Sermi domi mei, atq; inter
Senatores, et Consiliarios illius non postremum
locum obtinet, volet ex eo causam profectionis Sermi
do: mei cognoscere, neq; obscure feret magnam se
ex hac illius audacia molestiam capere. Dixi.

Perquiret do: Or diligenter et investigabit, si quae
fuerint aliae Arces, possessionesq; liberae, nemini
obnoxiae et obligatae, tutioribusq; in locis sitae, eas
Sermae filiae nrae dotis et contra dotis nomine obli-
gari postulabit, Et si viderit non necessarium Sermi
Ro: Regis consensum, tutoq; eas absq; hoc obligari
posse, ab eo petendo supersedebit, Sin autem eorum
ipsorum bonorum causa negotii nobis aliquid exhi-
beri posse à Sermo Ro: Rege perspexerit, omino
in eo perstabit, vt eodem quo nrae scriptae sunt
exemplo lras accipiat, quas reversales vocant.
Tempus quo datae sint, longius scribi pmittet, sed
vt ante nrum hinc discessum confectum nobis de-
tur negotium.
Si Arces et possessiones eiusmoi reperiet, quae
tuto possint absq; cuiusquam consensu obligari,
postulabit quo ad eius fieri possit vt primo se pos-
sessio Sermae filiae nrae, detur: Atq; vt praefe-
cti earum Arcium Sermae filiae nrae insinuandum

dent, se in fide illius et potestate semper futuros.
Si contendet Serm^us Rex Vngariæ, vt ex eorum bonorum quorum possessionem acceperit, Serm^a filia n^ra prouentibus se et familiam sustentet, atq3 annuam singulis mercedem persolnat: non repugnabit Do: Or. modo vt suppeditet de suo Ser^mus do: Vngariæ Rex, si quid fortasse non suffecerit ex illis vectigalibus, ad Sermam filiam nostram et familiam eius pro dignitate alendam, Et nihilominus Arces illas Castella et Oppida suo itidem sumptu præsidio firmet, ac commeatu rebusq3 omnibus necessariis instruat, Id si difficile visum erit M^ti eius neq3 ad onera ista consentire voluerit, tum instabit atq3 vrgebit, vt prioribus pactis maneat, neq3 ab eis discedat, precibus minas addet, atq3 omnia faciet, vt Serm^a filia n^ra rones in tuto collocare queat.

Poterit istud etiam coram Serm^o do: Rege Vngariæ, dicere, q nos minime necesse habituri essemus bello Ius n^rum aut filiæ n^re prosequi, atq3 sumptus aliquos in eam rem facere, Sed non defuturos esse, cum alios nonnullos tum ipm Serm Ro: Regem qui duplo etiam quantum Serm^e filiæ n^re debetur, Ius à nobis illius emat ac multum M^ti v^ræ negotii facessat. Sed nos Deum precari, vt ne eo necessitatis adigamur, vt vi potius quam amore et beneuolen^a ea quæ Iuris n^ri sunt extorquere nos oporteat.

Demiq3 quecunq3 ad persuadendum apta esse putauerit h^us libere vtatur, Omnia scripto mandari

non possunt: cum e re nata pleraque dici sit necesse Atque ideo mittitur is, cuius et prudentiam et fidem erga se perspectam habet Sacra Mtas Regia et exploratam, Illius Iudicio atque arbitrio permittit omnia, quecumque facta per eum fuerint, ea rata grataque habitura, dumo eiusmodi sint, vt probari queant; Certo autem sibi persuadeat de dno Ore Sacra M. Regia, q pro industria sua: proque studio erga se nihil vlla de re constituet: quod no sit e re futurum Sermc filie sue, neque cure quidque et diligentie pretermittet: quo possit rones illius in tuto collocare.

De Prepto quoque Lendek S. tua meminerit, qui queritur tres villas sibi ademptas esse per Magcum Hieronimum à Lasko Palatinum Syradien, vt eas Mtas restitui faciat. Subest enim prepositus is Mechomiensi Prapto, cuius cum nos pronus simus nri officiu esse putamus, anthoritatem nram interponere, vt ne bonis suis contra Jus euertatur.

Inscriptio dotis et contradotis Sermę dominę Isabellę in Hungaria per Sermū do Ioannē Regem Hungarię 22.ª Februarii anno 1540

Ioannes Dei grā REx Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, etc., Marchio Moraviæ, ac Lusatiæ, et utriusque Slesię Dux, etc. Memoriæ comendamus tenore presentium Significantes quibus expedit universis. Quia Serenmi Principes domi, Sigismundus pater, et alter Sigismundus Augustus filius: ac Sersma domina Bona Dei grā Reges et Regina Polonię, etc. Sermam dominam Isabellam, Vngarię, Dalmatię, Croatiæ, etc. Reginam, earundem Mtum filiam et sororem, Coniugem vero nrām charissimam, cum sumā dotis et Parapher norū Septuaginta millium florenorum aureorum Vngaricalium, auri puri, veri et iusti ponderis, in gemis, auro, et argento, estimatorum, et ponderatorum, nobis in matrimonium dederunt, Ideo nos quoque super obligatione dotis, et contradotis, eidem Rli Mti coniugi nostræ charissime ad plenum respondere volentes, ita cum Spectabili et Mag^co dnō Petro Cmita de Vissnicz Palatino Crac., Regni Polonię supremo Marschalko, ac Scepusien., Cracovien., Przemislien., et Colen. Capit^o, prędictarum Mtum Orē, vigore pleni Mandati ipsi per præfatum do: Sigismundum Seniorem Poloniæ Regem dati, egimus, tractavimus, et conclusimus, Cuius quidem Mandati tenor

est talis. SIgismundus Dei grã REX Poloniæ, etc.
Vniversis et singulis quorum interest plenum testa:
tumq̃ facimus: quod cum miserimus ad Sermum
do: Joannem Vngariæ Regem, filium nrum charis:
simum, Magcum Petrum Kmita Comitem à Vi:
ßnicz Palatinum et Capitaneum Crac, etc. vt cura:
ret quo Sermæ Dnæ Reginæ Vngariæ Jzabellæ fi:
dots liæ nræ charißimæ, et contra dotis nomine caueretur
a Sermo dno coniuge eius, perspectam habentes vir:
tutem eius, et in rebus nris conficiendis fidem, di:
ligentiam, dexteritatemq̃, plenam ei potestatem de:
dimus, ita vt pñtibus damus, de rebus omnibus
transigendi, haud aliter, quam si nos ipsi pñtes
adessemus, Itaq̃ quæcumq̃ per illum in hoc nego:
tio facta pacta, transacta fuerint, etc. In cuius
rei testimonium hæc scribi signoq̃ communiri fecimus,
Datum in Ciuitate nra Cracouiensi, die, Sanctæ
Dorotheæ virginis. 1540. Regni nri .34.

In primis q̃ Arces seu Castra bonaq̃ inferius de:
claranda sub modis et conditionibus in serie ha:
rum nrarum expressis, dotis et contradotis noïe
pro suma centum et Quadraginta Millium flor.
aureorum Vngaricalium, auri puri, veri et iusti
ponderis, eidem Rli Mti inscribi debeant et obli:
gari, et Castellani Arcium per pñtes obligatarum
in forma Juramenti, per nos præfatæ Rli Mti, me:
diantibus lris nostris, subscriptione manus nræ
propria, et impreßione secreti sigilli nri munitis,
data, coram sua Rli Mte, statuto die iurare
et si quem illorum successu temporum aliqua causa
mutari vel mori contigerit, extunc illi quoq̃

402

† prestare debeant et
tenentur. Arces sunt

quos loco illorum constituemus, insimili forma, coram
præfata Rli Mti iuramentum† Solymoss, Lippa, Dewa-
Chiez, et kykierlowvar medietas Tokai, et Tricesima
Cassomensis, Et quamuis Arces Chicho, et killew:
war, nullo iure Voievode Moldauiensi in cuius mani:
bus antea erant restitui debeant, tamen si in aliquo
casu, nobis ignoto, illæ ex necessitate aliquando, re:
stitui deberent, extunc nos et successores nri, simi:
les Arces in prouentibus æquiualentes, et in locis si:
mile tutis habitas, loco illarum Rli Mti obligare
debeamus, Harum autem Arcium omnium fructus
et vtilitates, vnacum Tricesima Cassomensi statim
ad vsus et necessitates Curiæ Rlis Mtis conuerti
ac dari debeant. Quæ si ad vsus et necessitates Cu:
riæ Rlis Mtis minus sufficerent, extunc nos ex
aliis prouentibus nris Regalibus, huiusmodi necessita:
tes supplere debeamus, Item Oppidum Debreczen
cum pertinentiis, in eandem dotem, et contradotem
Rli Mti sit obligatum, Sed quia nunc illud inscriptum
est, Ita cum præfato dno Ore super eo conuentum
est, quod nos illud spacio ad summum duorum anno:
rum, redimere, et instos illius quoque fructus, ad
vsus et necessitates Curiæ Rlis Mtis dari facere
debeamus, Item alia medietas Arcis Tokai, et
Arx Regecz, et bona dirutæ Arcis Thallia
ad summam dotis et contradotis Rli Mti sint inscri:
pta. Quarum etiam Arcium fructus et vtilita:
tes, dum ex manibus partis alterius, illæ iuxta
articulos inter nos et Serm do: Ro: Regem ha:
bitos, vel alio quouismodo eliberabuntur illico ad vsus
similiter et Necessitates Curiæ Rlis Mtis dari
debeant.

Item. q Arces prædictæ et bona præfata cum omnibus
Ciuitatibus, Oppidis, villis possessionibus ac iustis
fructibus et vtilitatibus earundem, de iure, et ab an;
tiquo ad illa spectantibus dotis et contradotis nomine
in toto pro suma, Centum quadraginta millium
floreñ aureorum Vngaricalium, auri, puri, veri, ac
iusti ponderis Rlis Mti sunt inscripta et obligata,
Ita vzt. q in casu, quo prædictis Arcibus vel ali;
cui illarum successu temporum aliquod immineret
periculum, siue illud sit internum, siue externum, nos
ad conseruationem illarum gentibus et aliis rebus
omnibus, oportunis et necessariis prouidere debeamus.
et hoc non ex fructibus earundem Arcium, sed
ex aliis prouentibus nris,
Item, q si Rlem Mtem absq3 liberis intestatam
decedere, quod Deus auertat contingeret, extunc
dos ipsa sua Rlis Mtis ad parentes vel fratrem
suæ Mtis, vel illis deficientibus, ad eos qui sibi
propinquiores sunt redire debeat, Et in eo casu
quo liberis careret, liberam eius Mtas de doti sua
disponendi, et cuicumq3 voluerit legandi potesta;
tem habeat.
Item, q nos quoq3 de Arcibus et bonis prædictis
in casu mortis nræ libere testari, et quibuscumq3
voluerimus illa relinquere possimus, ita tamen
vt postquam Rlis Mtas ad secunda vota tran;
sierit, illi quibus hmoi arces et bona per nos lega;
rentur totam sumam inscriptionis, hoc est sumam
Centum et quadraginta millium floreñ vngarica;
lium aureorum, auri, puri, veri, ac iusti ponderis
eidem Rli Mti deponere et persoluere debeant,
Et ita quoq3 Rlis Mtas, Arces illas, et bona

illa, citra ullam controversiam, ad manus illorum con:
stituere teneatur, imó arces seu Castra et bona præ:
scripta, sub modis et conditionibus præmissis dotis et
contradotis nomine, pro sũmá dictorum Centum et 40.
millium flor. etc. præfatę Serenę dominæ Isabellę,
Reginę, coniugi nrę charissimę, inscripta, locata et
obligata esse volumus, prout inscribimus, locamus,
et obligamus: promittentes in verbo nró Regio, quod nos
eandem Regiam Mtem in huiusmodi Inscriptione
et obligatione nrá, quamdiu beneficio Dei Optimi
vivemus, manutenebimus, et successores quoque nros
Reges et alios quoslibet, ad hoc observandum,
iuxta observationem conditionum præmissarum
obliga obligamus. Harum nrarum vigore et testimo
lrarum. Datum Budę in Domíca Reminiscere. Anó
domini. Millesimo Quingentesimo, quadragesimo

Ioannes Rex manu
propria sst

Sigismundus primus Rex Poloniæ etc.
Isabellę Reginę Vngarię filię suę

Scripsimus Sermó dnó Regi Vngariæ Coniugi Mti
vrá, ut ne durius id acciperet, quod dotem et Para:
phernorum partem ad constitutum tempus mittere
non possumus, curæ nobis futurum id esse, ut octo,
ad summum quindecim diebus post, ea omia Cas:
soviam perferenda curemus, Ideo scripsimus

quod enim breue admodum tempus esset, verebamur
vt possemus tam cito fidem pro nobis interpositam
Magnifici Petri Cmitha de Vissnicz Palatini et Capi-
tanei Cracouien. Marschalci Regni, et Oratoris
nri liberare, Itaqz non promittere, qz non praestare
visum est nobis satius, sed postea nihilominus om-
nem curam adhibuimus, vt ad constitutum per Orem
nrm diem, omnia ista ad eum de quo conuenit locu
perferri possent. ac perfecimus studio ac diligentia nra,
vt anteuerteremus potius diem, quam posterius ista
mitteremus, Quare si abest a Mti vra Serenus
dominus Coniunx illius, ne grauetur Mtem eius
certiorem facere de hac voluntate nra, vt mittat
Cassoniam aliquem cum plena potestate, qui, quae missa
per nos fuerint, ea Mtis eius nomine accipiat, quie-
tationemqz det, ac caueat, neminem amplius isto no-
mine quidqz a nobis petiturum, Ea res vt curae
sit Mti vrae magnopere postulamus, vt qui missus
a nobis fuerit, is necesse non habeat longo tempore
Cassoniae commorari, eum qui mittendus isthinc est
praestolando, Fecerit Mtas vra, rem nobis valde
gratam, quam cupimus qz longissimo tempore
incolumem esse et foelicem. Datum Cracouiae, die
Quatuordecima Mensis Aprilis, Anno Domini
Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo.

Renunciacio omni iuri et successioni in bona
per Sermam dominam Isabellam Reginam Vn:
garie facta

NOS IOANNES Dei gra Rex Vngarie
etc. Manifestum facimus. etc. Quod assignata
sunt nobis per Serm Principem dom Sigismun
etc. socerum et Prem nrum charissimum dotis
Triginta duo Millia aureorum Vngaricalium auri
puri. etc. Parapharnorum vero, cum Serma
domina coniuge nra filia eius Mtis triginta
millia florenorum aureorum Vngaricalium auri
puri. etc. quae in toto faciunt summam septuaginta mil:
lium florenorum aureorum Vngaricalium, auri
boni, veri, et iusti ponderis. Qua dote quibusque para:
phernis, cum Serma Coniunx nra ita sibi donec
a Mte eius cautum esse cognouerit, renunciauit, et
renunciat per praesentes, consensu nro accedente, omni iu:
ri, si quod illi aut ad Sermorum parentum: aut ad
cuiuscumque, tamen alterius ex eis descendentis hereditatem
competit, cauetque et nos cauemus, neminem aut
dotis, aut parapharnorum, aut hereditatis siue
maternae, siue paternae, aut quocumque alio nomine,
a Sermo do: Rege Poloniae, aut a Serma coniuge
eius, aut a Sermo filio et successoribus eorum, quidque
amplius petituram, Nisi si Serm frem charissime
coniugis nrae, absque liberis masculini sexus decedere
contigerit, tum illa maternae tantum hereditatis
particeps esse debebit, hoc est eorum bonorum, quae,

habet in Italia Serma do: Bona Regina Poloniæ con;
iunx Mtis eius et summa pecuniarum, quas certis in
bonis, Oppidis, prædiis, ac possessionibus tam in Regno
Poloniæ, quam in Magno Ducatu Lithwaniæ inscri;
ptas et obligatas habet. In cuius rei testimonium præsentes
litteras nostras duximus dandas, et concedendas. Datum
Budæ in Dominica Reminiscere. Anno Domini Mille;
simo, Quingentesimo, Quadragesimo.

Joannes Rex
manu propria

Formula Iuramenti Arcium pro Regali Mte accipiendarum

Ego N. Iuro per Deum vivum ac beatissimam Dei
genitricem Virginem Mariam, et omnes sanctos
et sanctas Dei, Quod Castrum tale in quo me Regia Mtas
Castellanum constituit, et ad manus meas illud dedit,
nemini alteri, nisi Mti Regiæ: et post Mtem suam
Sermæ dominæ Isabellæ Reginæ Vngariæ fideliter
tenebo, et conservabo, et quandocunque Mtas sua
Regia voluerit ex manibus meis, vel meorum vi;
cesgerentium, illud rehabere, eius Mti, vel homini
suæ Mtis cui commiserit, sine vlla cavsatione, quæ
aliquo modo per hominem excogitari possit, vel
partione restituo. Contingente autem, quod Deus
avertat, morte Regiæ Mtis, ante ipsam Regalem
Mtem eo casu Castrum ipsum, eidem Regali Mti
conservabo, et eidem Mti, vel homini suæ Mtis, cui
commiserit absque vlla cavsatione, etc. restituam
Ad quos faciendos fide, honore, et humanitate meis, me
sponte et libere obligo.

405 (~~384~~) 421

Postea dominus Ioannes ~~Sbanski~~ Sbaski Canonicus Cracovien Secretarius Regie Maiestatis, missus fuit in Vngariam ad capiendam possessionem et Iuramentum pradictarum Arcium.

INstructio data dno Ioanni Sbanski Decano Cracovien Secretario, ad Serenissimum dominum Ioanne Vngarie Regem, et Isabellam ipsius Coniugem, ad accipiendam possessionem Arcium Isabelle ~~ipsarum~~ inscriptarum

Principio et nro et Sermorum filii et Coniugis nre nomine vtramqz Mtem officiosissime salutabit, omnia eis fausta et foelicia praecabitur. Deinde se esse missum dicet, vt nomine nostro adsit cum Iusiuran: dum dabunt Praefecti Castrorum et bonorum, quae sunt dotis et contradotis nomine Serma filia nra obligata, atqz prouideat, vt ea Iurisiurandi formula seruetur, de qua inter Mtem Regiam Vngaria, et inter Orem nrum Magcum Petrum Kmita, etc., conuenit postulabitqz, vt quo tempore Iusiurandum id praestitum fuerit interesse ei et audire, iuxta pacta et conuenta liceat.

Offeret deinde lras siue diploma nrum, quo interpositam pro nobis fidem Oratoris nostri promidebit.

Recognitio, et ratihabitio Sigismundi Regis Polonia, de dote, et contradote Regine Isabelle inscripta

Sigismundus, etc. Recognoscimus per prntes

391

Nos inscriptionem et obligationem, dotis et contra dotis, in personam Sermae dominae Isabellae Vngariae Reginae filiae nrae, etc. a Sermo domino Joanne Rege Vngariae Coniuge eius filio nro charissimo, factam pro sufficienti dote et contradote acceptare, ratam quoque et firmam habere iuxta articulos super ea re conclusos, In cuius rei testimo etc. Datum Crac. feria quinta Magna

Plenipotentia dno Sbanski data, ad accipiendum Juramentum a Capit Castrorum in Vngaria, etc.

VNiuersis et singulis. etc. Significamus, quod cum inter Serm Do: Joannem Regem, etc. et Mag cum Petrum Kmitha, etc. Orem nostrum, nostram personam gerentem conuenerit, Vt ad Dominicam Misericordia Legatum nrum mitteremus, qui prius praesens tum adesset cum Praefecti siue Capitanei Castrorum et bonorum, quae Sermus do. Joannes Rex dotis et contradotis nomine Serma Coniugi sua, filiae nrae charissimae obligauit, Iusiurandum fidelitatis iuxta praescriptam sibi formulam de qua conuenit praestabunt. Misimus Venerabilem hunc Joannem Sbaxnosky Decanum Cracoviensem, Secretarium nrum, cui potestatem fecimus, ita vt praesentibus facimus Iusiurandi istud audiendi, atque vt promitteret mandauimus, quo id fieret secundum eam formulam, de qua inter Serm dom Joannem Vngariae Regem et Mag cum Petrum Orem nrum conuenit. Cui rei vt tanto maior et certior fides adhibeatur lras has Signo nro Signari iussimus atque illis manum nram subscripsimus, Crac. feria quarta magna, 1540




Polska. 35. 295, 218 467, 412, 532, 622

123 [illegible] 1538. [illegible]

127 Zborowski.

[illegible] Monety Polsk. i Litewskich 176

Bitwa [illegible] 184

1539 278

Izabella [illegible] Węgier. 383

457 [illegible]

28 [illegible]

karta 131 o [illegible], [illegible], [illegible] i [illegible] ciekawe rzeczy

81. [illegible] po [illegible] ciekawe [illegible]

208 [illegible]

364 Kazimierz S. Jacka

